NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
24 H
27

COMMVNIVM OPINIONVM VTRIVSQVE CENSVRAE DOCTORVM,

Per Alphabeti seriem digestarum, cum multis declarationibus necessarijs, & utilibus.

LIBER PRIMVS.

Authore Domino FRANCISCO VIVIO Aquilano Iureconsulto Clarissimo.

Cui multa ab eodem Authore addita sunt, quæ in priori æditione non habentur, vt cuiq; legenti facile innotescere poterit, ita vt & locupletior, & omnibus erroribus expurgatus, nunc exeat.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M D LXVII.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
FVLVIO CORNEO
PERVSINO,
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

FRANCISCVS VIVIVS
S. D.

Á est: Fului Corneæ, Cardinalis Amplisſime in Iure Ciuili Scriptorum copia, ut potius dubitandum iam ſit, ne librorum multitudo Studioſorum curſum impediat, ac remoretur, quàm ulla ſperari queat utilitas. Videtur enim hæc Iuris profeſsio propter ingentem autorum aceruum,eorumq; uarias,ac inter ſe contrarias opiniones ad eam propemodum redijſſe confuſionem, in qua cum Iuſtiniani eſſet ætate, conatus eſt ille, eruditiſsimis Iuriſconſultis adhibitis, huic malo mederi,quod & ſi ita eſt,multosq;

de eo sæpe conqueri audiui, Egoq; ita sentio, librum tamen adhuc placet addere. Ne autem uidear meæ ipsius sententiæ aduersari, paucis consilium meū aperiendum esse statui. Tantum enim abest, ut librorum additione Studiosos uelim onerare, ut, quantum pro me fieri possit, labore leuare cupiam, atque in id maxime incumbam. Id quod libello hoc me conatus sum efficere. Cū enim sciam, quantum communes attendantur opiniones, dedi operam, ut multas huiusmodi sentenrias in unum colligerem, ut nulla ferè uariorum librorum reuolutione, ac exiguo labore unusquisq; eas reperire posset. Quo fiet, ut unius libelli accessione multum detrahatur laboris, qui quidem in inuestigandis ijs necessariò sumebatur hoc meum fuit cō silium, hic conatus. An autem aliquid præstiterim, docti, & æqui lectores iudicabunt. à quibus uel ipsum conatum non improbatum iri certo scio. Aliud uerò de ipso opere dicere nec libet, nec opus esse arbitror. Quod tibi, Cardinalis Amplissime inscribere, ac sub tuo nomine in uulgus dare placuit, ut singula-

rem

rem quandam meam erga te obseruantiam exiguo hoc argumento testarer. In quam quidem multæ magnæque causæ me adduxerunt. Nam, ut generis omittã nobilitatem, quod tu, fraterq; tuus Ascanius, optima rei militaris peritia clarissimus, omnibusque uirtutibus ornatissimus longe nobilius, illustriusq; facitis, ut de honestissimo, altissimoq; gradu taceam, quem multos iam annos adeptus, dubium reliquisti, maioremne ab eo ipse dignitatem acceperis, an tu ei adiunxeris, ut alia multa missa faciam, institutæ uitæ tuæ ratio est eiusmodi, ut in eius admirationem, tuiq; obseruantiam omnes rapiat. Quis enim non admiretur eum, qui, cum primum in excelso isto, ac prope Diuino dignitatis gradu constitutus est, alijs omissis omnibus illud sibi unum proposuit, in eam unam curam incubuit, ut Christianæ pietati, religioniq; seruiret: Hanc unam colendam, exornandam, amplificandam curaret, Hæc una cogitationum, actionumque suarum omnium finis esset. Quod Christiani Antistitis proprium est munus. Testantur id sermones tui

omnes. Teſtantur multa egregia ſane opera: Teſtatur omnis totius uitæ tuæ curſus. Quo de ſilere præſtat, quàm pro breui Epiſtola uerba facere. Redeo igitur ad id, cuius cauſa hæc ſcribere inſtitui accipies opuſculum hoc meũ, quod tibi ex animo dicamus, eo animo, quo ea ſoles, quæ optimo tibi animo offerri exiſtimas: ac patieris, à tui per illuſtris nominis ſplendore lucis illud aliquid accipere. Non enim adeo à uero aberramus, ut ſoli ſiderum omnium lucidiſsimo exiguam ſtellulam claritatis quicquam afferre poſſe exiſtimemus. Vale.

IACOBVS VIVIVS DIVI
PETRI ARCHIPRESBITER.

FRANCISCO VIVIO FRATRI
IVRECONSVLTO. S. P. D.

ET si Frater de Fratre iudicans, fraterni amoris causa in suspitionem facile uenire potest, Ego tamen, ut ueritatem, quæ in tenebris latet, Hominibus patefaciam, atque illustrem, adiectis animi oculis, fraternoq; amore, & omni cupiditate procul remota, id fore iudico, ut communes opiniones, quas tu in Perusino celeberrimo Gymnasio à clarissimis Legum Interpretibus, dum eos audiebas, atque ex ipso iure Ciuili didicisti, & collegisti, omnes homines egregio ingenio, & peracri iudicio præditi dilucidè, distinctè, ornateq; expositas, utiles, & cuilibet Iurisconsulto æque, ac Leges ipsas, necessarias esse censeant. Atque hæ Communes Opiniones, ut ipse arbitror, iudicibus ad iustum iudicium pronunciandum, causidicis, patronis, & aduocatis ad consequendum Victoriam ex causis, & omnibus denique iurisconsultis ad respondendum de iure consulentibus, atque ad uerum à falso, & æquum ab iniquo distinguendum magnum sanè adiumentum attulerint. Ii uerò, qui publicè Leges interpretari solent, ex his nõ solum fructum, sed etiam delectationem capient. Eas enim in Gymnasijs ortas esse animaduertent, idq;, quod sæpe audiuerunt, memoria repetent, has esse illas Communes

Opiniones, quæ diligenter examinatæ, ac perpensæ incredibili quadam maiestate in tribunalia prodierint, quibusq; ducibus omnes controuersiæ nullo negocio dijudicatæ fuerint. Postremò hæ Cõmunes Opiniones omnibus iuuenibus iuris Ciuilis studiosis summo profectò emolumento erunt: quippe qui nullam prauã animis imbiberint Opinionem: sed quotiescunque de aliqua re dubitabunt, ad harum opem confugient, & has perpetuò duces sequentur. Ex quo fiet, ut & nunquam labantur, & longè maiores in suis studijs progressus faciant. Quapropter concludo, diuinitus accidisse, ut ipse hunc laborem susceperis, & ad exitum fœliciter perduxeris. Nam post hac, ipso Duce inclyta iudicia iudicabuntur, lites, ac discordiæ sedabuntur, controuersiæ dirimentur, inimicitiæ deponentur, & simultates, atque omnes homines in pristinam concordiam reducentur. In tuis autem scriptis si quid forte desiderabitur, benigni Lectores, te iuuentutis excusatione defendent: quòd uix annos triginta natus id aggressus es, quod cum sanè molestum, spissum, & operosum esset, nemo adhuc uel iuris Ciuilis scientia præstantißimus aggredi uoluit. Cum uerò uirginali quadam modestia semper ornatus fueris, quæ scripsisti, non eo consilio scripsisti, ut ipsa in aspectum, lucemq; proferres, sed Perusini, Pisaniq; Iurisconsulti, Viri ornatißimi, omniq; laude dignißimi, qui tuum hunc librum diligentißimè legerunt, ita eum probauerunt omnes, ut ipsum à te quam primum foras dari uoluerint, & te ad id efficiendum compulerint. Quapropter magnorum uirorum authoritate, ac Iuuenum

iuuan-

iuuandorum spe excitatus, quatuor post menses, ut præceptoribus tuis, & mihi per litteras significasti: secundam Communium Opinionum partem ædere statuisti: quæ quia in sacro Neapolitano Concilio, in nostra Illustri ac Florenti urbe, in amplorum munerum administratione, & apud iustißimos regni Neapolitani Prætores ac Iudices ad usum à te accommodatæ fuerunt, cæteris non modo argumenti dignitate, uerum etiam utilitate, omnibusq; rebus præstabunt. Id quod Clarißimorum uirorum, & in Pontificio, Ciuiliq; iure facilè Principum, quibus tu secundam ipsarum Communium opinionum partem ostendisti, iudicio, ac testimonio, & sæpißimè, vt multis audientibus, comprobatum fuit. Atque ego cui tuum excellens ingenium, ac doctrina maximam semper admirationem mouit, summis præcibus à te peto, vt eum librum ante constitutam diem publices: tum vt studiosorum commodo maturius consulas, tum vt mihi sententias ex Theologorum libris, Pontificioq; iure collectas, & cætera, quæ ad Sacerdotium, quo præditus sum, pertinent, propediem legere liceat, & quasi diuturnam sitim explere. Quod si feceris, vt tua incredibilis in me beneuolentia, meaq; item singularis erga te obseruantia postulat, meis optimis studijs obsequeris, idq; mihi beneficium dabis, quo maius mihi dari nullum poße putabo. Vale. Perusiæ.

Extat in humanis Platonis dogma monentis,
Vt Patriæ cupiat commoda quisque suæ,
Nos alij scribunt hominum ratione creatos,
Mutuò quo poßint suppeditare sibi,
Quare tentaui duros laxare labores
Innumerabilium, qui sibi iura petunt.
Nunc igitur quæ sit communis opinio cerne,
Quæstio, qua iusti soluitur omnis atra.

Laurentius Leonius de Spoleto Academicus Suegliatus ad Lectorem.

Hos Aquilæ fontes suegliata Academia fundit,
Non certè tales ex Helicone fluunt,
Si quis scire cupit iustißima dogmata iuris,
Hos bibat, & subitò Cæsarianus erit.

COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE

LIBER PRIMVS.

Cum multis declarationibus necessarijs Authore D.Francisco Viuio ab Aquila,Iureconsulto Clariss.

OPINIO PRIMA.



BBAS Solus potest hæreditatem, vel Legatum monacho delatum absque eius consensu repudiare secundum Cyn.& Iacob.de Aret.in.l.Deo nobis.C.de episc.& cler. Bar.in.l.tutor in fin.ff.de bono.pos.Bal.in l.1.in 10.q.C.qui admit.Pau.Cast. & Alex. nu.2.in l.legatum seruo.ff.de legat.1.& Canonistas omnes in c.in præsentia de probat. quia monachus ipse per se non dicitur habere uelle,neque nolle c.si religiosis de elec. in 6. Sed omne suum uelle dependet à uelle Abbatis, cùm monachus profitendo sicut proprijs renũtiauit, ita uoluntati suæ renuntiasse censetur uouendo illa tria substantialia regulę c.nullam 18.q.11.& opinionem istã asseuerat esse magis communem Alex.in d.l. legatum seruo.nu.2.& in l.1.nu.24.ff.de uulga.& pupil. substi.nu.24. Et Vasquius cum alijs signatis per eum in trac.de succes. proces.lib.2.de acquir.hæred.§.18.nu.1. & ueriorem dicit Pomates in addi. ad Bart. in d.l.tutor, & Augustinus Beroius in c.Raynutius.nu.384. de test.contrariam uerò partem uidelicet quòd monachus in acquirendo magis seruo,quàm filio æquiparetur,cuius certe factum omnino requiratur, & domino præiudicare possit tenuerũt omnes legistæ,Innoc.in c.cum olim de priuileg.Spec.in titu.

Monacho hęre de instituto, anhę reditas deferatur ipso iure monacho, uel monasterio. Cõis opi.

titu.de statu mona.vers.8.quæritur Bart.in.l.cum hæredes in prin.ff.de acqui.poss.Bal. & Rom.in l.1.C.qui admitti,Ang.in l.Papinianus in prin.ff.de acqui.hære.Bar. Bal.& Fulg.in l.fin.in prin.C. de bonis quæ liber.& Roma.in l.is qui hæres in fin.ff.de acquiren.hæred.& ita tenent cæteri legistæ magis communiter in locis præcitatis, & istam esse magis communem sententiam legistarum facit mentionem Beroius in d.c. Raynutius. nume. 283. circa medium,& nu.sequen. circa fin.sed omissa omni disputatione prima opinio uidetur uerior, communior,& tutior in actu practico,quam legendo, consulendoq; sequutus est Beroius,ut ipse recensuit in d. c. in præsentia. nu.115. & in d.c.Raynutius:& sequitur pariter,aitq; esse magis communem , ac tuetur efficacioribus rationibus , quàm alius quem hucusque uiderim Riminaldus in rub. nume. 37.cum alijs seq. institut .per quas perso.ius nob. acqui.& Franciscus Marci.decisio.311.& Vasq.in d.§.18. nu.1.cum cæteris seq.& Iulius Clarus in tract.de testam. libr.3.q.30. vbi ponit vtilitates maximas huius quæstionis , & suadet iudicibus quod non errarent sequendo in foro Cæsaris opinionem istam, & in foro Canonico primam sententiam Canonistarum. & ista communis ita amplexa interpretatur vtiliter non habere locum in prælato,qui hæreditatem,seu legatum ecclesiæ delatum repudiare nullo pacto potest absque capituli consensu , quia huiusmodi repudiatio dicitur esse alienatio secundum Bal.in l.pupillorum.C. de repu.hæ. & in l.contra.§.1.ff. de pa.Paul.de Cast.in d.l.legatum seruo,Ancha.& Imo. in c.1.de reb.ecclesiæ non alie.& alios relatos per Alex. in d. l. legatum seruo , ubi supponit istorum opinionem esse magis communem contra Federi. de senis consil. 9. contrarium asseuerantem .

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO II.

Absolutio ab excommunicatione ualet,& tenet nullo præstito iuramento ab absoluto secundum glo. in c.cum desideres de sent.excom.cum qua sentiunt Abb. cæteriq; communiter ibi teste Decio in c.quæstioni: nu.5. de appellatio:

Cõis opi.

pellatio. ubi ipse sequitur quoq; istam communem,& limitat; sed hoc iudicio meo absque dubio procederet in excommunicatione iniusta,& non aliter,quia absoluendus ab excõmunicatione .iniusta iuramẽtum ipsum præstare non tenetur secundum gl. fin. in c.ab excommunicato de rescrip.quam sequuntur omnes Doct.communiter,ut meminit ibi Barba. nu.61.& seq. & licet iuramentum hic necessariò non requiratur, tamen excommunicatus absolui non debet,nisi prius satisfecerit c.fin.de of. deleg. glo. in c. venerabilem de elect. & Bertachi.in suo repert.in prima par.in ver.excommunicatus sub vers.seu nu.40.ubi hoc latè probat,& declarat. Cõis opi.

OPINIO III.

Absente parte ratificatio actus fieri potest, & absenti prodest,quia pendet duntaxat à uoluntate ratificantis, licet ex huiusmodi ratificatione ratificans obligetur, quæ certe præsentia partis hic non requiritur aliquo pacto secundum Cyn.in l.in fraudem in fin.C. ne quis in frau.patro.ubi refert hoc idem tenere Iaco.de Are.& Petr.eandemq; opinionem tenet,& sequitur Bart. in l.Põponius. nu.1.ff.de neg.gest.& in l.quo enim in fi.ff.rem rat.habe. Alex.consi.126.in fi.uol.5.Deci.consi.281.col.2. & consi.297.col.2.& in l.semper qui non prohibet.nu.10.ff.de reg.iuris,Ioannem de Ana. cons.85.col.2.& ista est communis opinio,prout scribit Crauet.in tract.de antiquitate temporum in prima par.nu.123.in uer.absenti;& circa hoc posset in medium proferri unum exemplum dictę communi consonum in approbatione testamenti facta p filium præteritum, quæ absque dubio aliquo prodest hæredi instituto ẽt absenti, siquidẽ actus approbationis, ut supra docuimus dependet à sola uolũtate approbantis, & exẽplum hoc refert Ang. in §. si uerò expressim col.4. in auct.de hær.& falci.& duo alia exẽpla similia,ac predictæ cõi concernentia refert Bar. in d.l.Pomponius.nu.1. Cõis opi.

OPINIO IIII.

Actionum diuersarum cumulatio ex eodẽ fonte,causa,

seu

ſeu facto naſcentium, & ad diuerſa tendentium non admittitur ſecundum Cyn.in l.interdum.ff.de publ.iudi.& in l.1.C.quando ciuil.actio.præiu.Bar.in l.edita.nu.15. C.de eden.vbi ponit exemplum in eo,qui agit actione ui bonorum raptorum,& furti.l.1.ff.ui bon.rapt.quia abſolutoria lata in una poſſibile eſt ꝙ pariat exceptionem in alia,& opinionem iſtam ſequuntur omnes Doct.com
Cõis opi. muniter in d.l.edita,ut refert ibi Bolognettus.nu.120. & cæteri Moder.& Iaffredus in deciſio.287.

OPINIO V.

Actio hypothecaria,& actio perſonalis de dote ſimul in eodem libello intentari poſſunt. §. ſed neque in auct. de fideiuſ. nam hypothecaria ipſa eſt acceſſoria ad perſonalem actionem ſecundum Cyn.Bar.nu.18.Fulgo.& Bolognettum latiſſimè.num.117.cum alijs ſeq.in l.edita.C.de eden.Fabrum col.antepen. & Iaſ. nu.101.in §. item Seruiana inſtitu.de actio.& hoc non habet contradictorem
Cõis opi. aliquem ſecundum Balbũ in tract.de præſcript.in 4.par. nu.15. & Boeri.deciſio.334.nu.1. ergo acceſſorium hoc ſapit naturam ſui principalis iuribus uulgaribus, & text. in d.§. ſed neque debet intelligi, ut ibi ab initio ſimul, & ſemel fiat cumulatio perſonalis, & hypothecariæ ſecundum Dyn.in regula nullus pluribus lib.6. cæterum præcitata.l. edita loquitur de vna actione poſita poſt aliam, tũc enim cumulatio non admittitur,& opinionem iſtam
Cõis opi. Dyn.dicit communiter ſeruari Alber.in d.l.edita,& ſecundum eam iudicauit Senatus Burdegalenſis in facti cõtingentia,ut refert Boer.in d.deciſio.334.nu.3.Bal. uerò in d.l.edita uoluit eleganter quòd etiam ex poſt facto cumulatio iſta perſonalis actionis, & hypothecariæ admittatur, & ita per hanc Bal. doctrinam fuit concluſum, ac deciſum in ſacro regio Concilio Neapolitano teſte Capicio in deciſio.80.aliqui etiam ex allegatis Doct.uoluerunt circa præmiſſa unum ualde curioſum,ac potius põpoſum uidelicet ꝙ actor proponens plures actiones ad idem competentes in caſibus permiſſis proteſtari debeat quòd non intendit ſolutionem conſequi niſi ex una, tamen

men quicquid Doct.isti suadeant, ob hoc libellus non uitiatur propter omissionem huiusmodi protestationis secundum omnes Canonistas communiter in c. constitutus de in inte.resti. quorum opinionem communem esse attestatur Ripa in l. 1.§.quia autem. nu.21.ff.quorum legato.contra gl. in l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.contrarium asseuerãtem, & communiter damnatam ibi ab omnibus. Cõis opi.

OPINIO VI.

Publiciana est actio in rem origine prætoria, utilis, perpetua, competensq; alicui ratione iuris, seu rei bona fide quæsiti facta traditione, uel quasi à possidente, quem certè putabam esse dominum ex titulo habili ad translationem dominij contra habentem facultatem restituendi ad declarationem iuris sui secundum Pet.de Bellaperti.Io.Fabrum col.3.& omnes in §.sed iste instit.de actio. quorum opinionem, seu diffinitionem latè prosequitur Iaſ.ibi.nu.7.cum multis sequen.& latius ibidem eam explicat, declarat, sequitur, & dicit esse communem Gomesius. nume. 6. Actio Cõis opi.

OPINIO VII.

Actio Publiciana competit emptori bonæ fidei causam habenti à malæ fidei possessore, nec competit aliquo modo uero, & directo domino secundum Specul.in titu. de actio.& peti.§.sequitur, Azo.in summa in titu. de Publiciana, Iaco.But.Fabrum, Nico. de Neapo.& omnes in.§. sed iste institu. de actio. legistas omnes etiam in l.eũ qui. §.prætor ait. ff. de publici. & Canonistas in c. abbate de senten.& re iud. & istorum opinionem sequitur legendo Iaſ.in d.§.sed iste.nu.59.cum quinque alijs nu.seq. ubi recitat eam esse magis communem, Alex. quoque. nu.9.& Ripa.nu.31.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poss.quia acquirens rem iusto titulo, & bona fide à non domino, qui mala fide possedit certè ista mala fides authoris sibi bona fide acquirenti nocere non potest, nec debet quominus sibi publiciana prædicta competat; & agens actione Cõis opi.

ista

ista publiciana non tenetur necessariò probare ipsum nō dominum secundum Specu.in d.§.sequitur uersi.sin autē uelis,Bal.in d.l.eum qui.§.in publiciana,Aret. & Ias.nu. 76.in d.§. sed iste.

OPINIO VIII.

Actio publiciana ad hoc ut cōpetat necesse est ꝙ actor non modo habuerit titulum à non domino, bonamq; fidem, uerum requiritur etiam quòd habuerit possessionē uacuam,idest quòd absens ciuilem possessionem non habeat,& sic necessariò requiritur quòd agenti prædicto publiciana tradatur possessio uacua secundum Cyn. & Bar. in l.cum res nu.2.& 7.C,de probatio.& alios relatos per Alex.consi.45.col.1. & seq.uol.3.& per Doct.in d.l.cum res;& ratio per præmissos scriben.& Ias.in §.sed iste. nu. 16.& seq.instit.de acti.assignatur isthec, quia publiciana non competit ei, qui non potest usucapere.l. eum qui.ff. de publi. & sic procedit argumentum de usucapione ad publicianam, & opinionem istam scribit esse magis com munem Alex.in l.rem quæ nobis.nu.8. circa fi.ff.de acq. possess. & Præpo .in c.reintegranda.3.q.1. & aduerte ad unum ualde utile circa præmissa quòd bonæ fidei possessor post cursum 30.uel 40. annorum habet, siue acquirit exceptionē & publicianam actionem contra dominum, immo utilem in rem,& per consequēs acquirit utile dominium,uel effectum dominij.l.si duo.§.1.ff. de iureiur. secus autem si foret malæ fidei possessor, quia tunc non acquireret nisi exceptionem, & distinctionem istam tradidit glo.& omnes in l.traditionibus.C.de pactis, quam scribit magis communiter approbari Alex. ibi. num.3.à Docto. & Additionator ad eundem Alex. in loco præmisso fatetur istam esse magis communem opinionem tam scribentium ibi, quàm etiam cōsulentium omnium in uarijs consilijs.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO IX.

In ecclesiā transfertur dominium ex solo titulo donationis sine traditione. l. fin.C.de sacrosan. eccle. tamen ipsi

ipſi eccleſiæ publiciana non competit niſi actualiter tra- Actio
datur poſſeſſio.l.1.& l.traditionem.ff.de publiciana, & ita
uoluit Specu.in tit.de locato.§.nunc aliqua verſ.58.Bal.in
l. quoties col.1.C.de rei uendi.Io.Andr.Ant.Cardi. floré.
Imo. & Panor. in c.2.ex.de conſuet.& in terminis Corne.
conſi.288.num.7.& ſeq.uol.4.& conſi.117.nu.24.uol.2.& Cõis
iſtorum opinionem nonnihil declarat Iaſ.in §.ſed iſte.nu. opi.
36.& 75.inſtitut.de actio. & Gomeſius quoque. nu.26.ubi
recitat eſſe communem.

OPINIO X.

Rei vendicatio datur, conceditur'q; cõtra poſſidentem
cum titulo.l.officium in fin.ff. de rei uendi. ſed publiciana Actio
nunquam conceditur contra eum, qui poſſidet cum titulo
l.ſiue autem.§.ſi duobus, ubi Bart. & alij notant. ff. de pu-
bli.& rationem diuerſitatis aſſignant Bartol. & omnes in
l.hæreditatis.C.de petitio.hæredi.quam ſequitur Iaſ.in §. Cõis
ſed iſte.nu.19.& ſeq.inſtit.de actio.& communem dicit ibi opi.
Gomeſius.nu.13.at hoc non procedit quando titulus eſſet
cauſatus ab extraneo, & non ab hærede poſt mortem de-
functi,quia tunc publiciana conceditur contra titulo poſ-
ſidentem ſecundum Saly.in l.2.C.de peti.hæredi. & in l.fi.
C.de edic.diui Adria.tollen.& Alex. conſi.90.uol.2. fallit
etiam dicta communis, quando per reum exciperetur de
titulo ante ſententiam, quia eo caſu publiciana datur con
tra titulo poſſidentem ſecundum Cyn.Bal.& Pau. Caſtré.
in l.cogi in fi.de peti.hæredi.

OPINIO XI.

In actione publiciana quadruplicem formam libellan-
di ponunt glo.Dyn.Faber,Aret.& alij in §. ſed iſte inſtitu.
de action.ſed tertia forma libelli in publiciana tradita ibi Actio
per gloſ. eſt iſta,quando actor alternatiuè libellum ipſum
conciperet, peteret'q; rem, ſeu bona ad ſe ſpectare,& per-
tinere ratione dominij, uel quaſi, & ſic poſſet publiciana
cum petitorio alternatiuè cumulari, & libellus iſte de ſo-
la conſuetudine procedit ſecundum glo.præmiſſam,& idé
tenet glo.in c.2.ex.de lib. obla. & alios congeſtos per Fel.
in c.cum contingat de offi.deleg. & in c.2.de app.& ita cõ

soluit Soci.iunior consi.128.nu.1.cum alijs seq. uolu.2.& opinionem istam usque ad saturitatem explicat, & declarat quomodo, & quãdo procedat Ias.in d.§.sed iste.nu.70. cum alijs seq.vbi scribit eam esse cõem uidelicet ꝙ libellus prædictus alternatiuè formatus de cõsuetudine procedat.

Cõis opi.

OPINIO XII.

Actionis appellatione latè sumpto uocabulo uenit officium iudicis.l.actionis uerbo.ff.de actio. & oblig.iuncta.l. inquilinos cum ibi notatis.ff.de dãno infec. & ita firmant, & tenent glo.in l.1.ff.de eden.Tiraque.in tract. de utroque retractu in titu.de retractu consanguineorum.§.35.glo.4. nu.39.fol.227.& Doct.omnes communiter in c.fin.de offi.iudi.& in l.1.ff.de iurisdictio.omnium iudi.prout de ista communi facit mentionem Alex. ibi. nu.23.& Deci. eod. nu.23.& Ias.in prin.institut. de actio.nu.54. cum alijs seq. & in d.l.1.nu.8. & seq. ubi ponit octo differentias inter officium iudicis,& actionem.

Cõis opi.

OPINIO XIII.

Actionis natiuitatem licet dies tacita impediat, tamen non impedit natiuitatem obligationis,quæ statim nascitur ante diem, quæ tacitè inest, & subintelligitur ratione loci secundum Bar.& omnes in l. interdum ff.de ver.obli.quorum doctrinam sequitur vltra alios ibi Alex. & ponit esse communem.nu.3.Cagnolus quoque,& Dec.nu.9.& seq.in l.in omnibus obligationibus.ff.de regu.iur.ubi eam plurimum declarat,& ab omnibus ferè contrarijs tuetur.

Cõis opi.

OPINIO XIIII.

Actio

Lex si quis argentum.§.fin.C.de donatio. ubi dicit text. ꝙ licet donatio non sit uallata stipulatione, uel traditione sed nudo pacto, tamen agitur ex eo, præcipueq; ad pias causas,& actio ista appellatur condictio ex lege; vnde ampliatur primum.§.iste,ut actio non oriatur hodie ex nudo pacto donationis,sed propter pactum lex introducat condictionem ex lege secũdum Bart.in l.legitima.ff.de pactis, quem sequuntur cõiter scribentes,ut ibi refert Alex.& Ias. lex enim in donatione non fouet pactum, immo illud nudum

Cõis opi.

dum remanet, nec actionem parit, uerum lex ipsa, ob pactũ producit actionem secundum Bar. & Imo. in l. fideiussor. §. 1. ff. de fideiuss. obseruatq; lex in casu isto quod rex qñque, qui licet ualeat unum paruum comitẽ potẽtem facere sic, ut ipse per se bellum faciat, id certè non facit rex ipse, sed illo paruo comite in sua paupertate dimisso pp ipsum facit bellum, ut tradit exẽplum hoc Bart. in d. l. legitima, quẽ omnes cõiter sequuntur, ut supra deduximus, & de cõi ista testatur etiam Ias. in §. in personam nu. 47. insti. de actio. & Portius in §. 1. nu. 3. instit. de dona. in contrariam uerò partem inclinarũt Glo. Fulg. & Garzi. in d. l. legitima, quorum fundamenta tollũtur per scriben. in d. §. 1. sed Ias. in d. §. in personam. nu. 58. cognoscens quæstionem istorum fore de lana caprina, ac frustra laborare Doct. circa præmissam altercationem protulit magnum uerbũ quatenus attinet ad quæstionem hanc nullius, aut paucæ, admodum utilitatis est, an hodie oriatur actio ex nudo pacto de donãdo, an uerò ex lege pp pactum. Secundo loco ampliatur. d. §. fin. ut procedat, habeatq; locum similiter in donatione causa mortis, ut. s. ipsa nudo pacto perficiatur secundum glo. singularem, & ibi Bar. in l. cum pater. §. Mæuio. ff. de lega. 2. & hoc idem tenet Bal. post Cyn. in l. 1. C. de dona. causa mor. & opinionem istorum dicit esse cõem Ioan. de Imo. in l. eũ ex causa. ff. de re iudicata, quamuis ipse ibi præcipitanter asseueret per nonnulla fundamenta contrariam sententiam veriorem, quæ omnia tollit Ang. in d. §. in personam nume. 61. & ab hac opinione glo. & tantorum Patrum non fore recedendum in iudicando, & consulendo suadet Roma. in d. l. 1. C. de donatio. causa mor. & Iulius Clarus in tracta. de dona. quæst. decimaquarta, vbi ait istam esse communem opinionem, & sequitur cum alijs ferè innumeris signatis per eũ. Tertiò ampliatur. d. §. fi. ut procedat etiam in donatione præsumpta, ut puta qñ aliquis promitteret scienter absq; causa, quo casu præsumitur donatio secundũ gl. in l. hactenus. §. 1. & ibi Bar. ff. de consti. pecu. & opinionem istam sequuntur complures Doct. quos cumulat Ias. in d. §. in personam. nume. 65. & uidetur, ac apparet magis communis. Quarto loco ampliatur. d. l. si quis argẽtum. §. fi. ut procedat quoq; in donatione facti, sed hoc non trãsit

Cõis opi.

Cõis opi.

ita absolutè,& simpliciter,nam Aret.in §.institu.de dona. relatis opinionibus hinc inde tenet circa præmissa distinctionem Bald.in l.ex placito.q.9. C.de rerum permu.& in tract.de pactis.num.33.& Imo. in l.ædibus.§.1.col.2.ff.de donatio.quam sequitur Caccialupus in tracta.de pactis in 6.q.nu.45.Alex.& Ias.in d.l.iurisgentium.§. sed cum nulla ff.de pactis;ergo duo casus considerandi sunt,primus quãdo donatio continet merum factum,ut ire Romam,quando animo donandi tibi promitto, & circa istum primum casum post Guil.& Rayne. in d.§.sed cum nulla inclinauit in partem negatiuam,& plures alij,quos refert ibi Ias.nu. 29. & istorum opinionem fatetur audacter esse communẽ Ruinus in l.2.col.22.ff.de lega.1.sed contrarium asseuerãt Soc.iunior ibi,Bal.Fulg. & alij plures,quos citat,& sequitur Ias.in d.§.sed cum nulla,quorum fundamenta optimè, & doctissimè tollit Garzi. in c.1. nu.39.de pactis, & communem istam in actu practico tanquam verissimã sequendam,amplectandamq; fore totis uiribus suademus; Secundus casus est quando factũ mistam habet traditionem, puta quando factum animo donandi promitto tibi quòd cretam,uel lapidem possis eximere de fundo meo uideor donare cretam illam, uel lapidem per te eximendum, & patientiam eximendi promittere,vt Imo. declarat in d.l.ædibus.§.1.& istam partem affirmatiuam circa prẽmissum secũdum casum post Bal. in locis citatis tenet Caccialupus, Imo.in d.l.ædibus.§.1.Aret.in d.§.1.institu.de dona.Alex. in d.§.sed cum nulla,& fuit de mente Bart. in l.qui saxum, ubi etiam sentit Imo.ff.de donatio.ampliatur d.l.si quis argẽtum in duobus alijs casibus per Ias. in d.§.in personam, & clarus in d.q.14.quos uidere per te posses.

Cõis opi.

OPINIO XV.

Accusatus, uel inquisitus pendente accusatione promotus, & electus ad aliquam dignitatem, & postea absolutus; quo quidem casu iste absolutus non foret retinendus in dignitate,sed deponendus,& puniendus.l.qui status,& l.fi.ff. de re mili.& ita concludunt Inno.in c.accusatum de simo. & omnes Docto. in c.omnipotens Deus de accusat.ut per Augusti.Beroum ibi.nu.5.contrarium uerò tenet Io.And.

Cõis opi.

cum

cum aliquibus relatis per ipsum in d.c.omnipotés per tex. in l.qui de libertate.ff.de libera.cau. quorum sanè opiniones conatur more suo concordare Berous in d.c. omnipotens.nu.5.post Abb.ibi.& similiter iste accusatus criminaliter accusatione pendente non potest esse testis,nec in testem admittitur contra alium in causa criminali c.fi. de testi.& ibi Doct.Spec.in tit.de teste.§.1.vers.item pendente, & ibi Io.And.& Bal.in addi.quia ex pendentia huiusmodi accusationis aggrauatur opinio accusati, ut non dicatur integri status secundum Doct.præcitatos.

OPINIO XVI.

Accusari potest Iudæus absolutus per pœnitentiã de crimine ante baptismum commisso, & sic baptismus ipse non tollit accusationem,& pœnam delicti,ut uoluit gl.Hostié. Innocen.Ant.Abb.& Pet.de Perusio in c.gaudemus de diuor.Cardi.Alex.in c.deinde 26.distin. & Domini.25.dist. 1.Abb.Maria.& Aret.in c.de his.ex.de accusa.ubi Ioan.de Ana.& Augustinus Berous. nu. 15. asseuerat istorum opinionem esse magis communem,& idem fatetur Deci.consi.130.& Marquardus de Susannis in tract.de Iudæis,& infidelibus in 3.par.cap.5.nu.1. & additionator ad Thom.Ferrat.in cautela.24.super.nu.4.in litera a. In contrariam uerò partem uidelicet ꝙ Iudæus per baptismum euitet accusationem criminis per ipsum perpetrati inclinauerunt gl. in c.quod autem.32.q.1.Calder.Ant.Ioan.de Imo.& Fely. in d.c.de his,& Ruinus consi.13.col.fin.uol.5.ubi scribit ꝙ in iudicis arbitrio residet eligere hanc ultimam sententiã, hoc idem sequitur Marcus Ant. Blancus in practi.crimin. in cautelis pro reis defendendis caut.1.nu.3.& seq. & Thomas.Ferrat. in d.cautela.24. nu.4. post medium,ubi refert ꝙ ita tenent communiter Theologi, & in facti contingentia mediante patrocinio præstito per Ruinum cuidam Iudæo effecto Christiano post commissum magnum furtum fuit obtentum Paduæ; & demum istorum opiniones non parum conatur reducere ad optimam consonantiã,& concordiam Berous in d.c. de his. nu. 15.& 19.sed ego amplector istã ultimam opinioné tanꝗ magis piam, & canonicã ob rationes citatas, & assignatas per omnes Doct. relatos, Cõis opi.

OPINIO XVII.

Accuſare non poteſt infamis infamia iuris, & ſic ab accuſando omnino repellitur. l. qui accuſare. ff. de accuſ. ubi Bar. & c. infames. 6. q. 1. & idem Bar. in l. infames. ff. de publi. iudi. Saly. & omnes legiſtæ communiter in l. criminis. C. qui accu. non poſſ. Ang. in tract. maleficiorum in uer. ad querelam Titij infraſcripti ſuper uerſic. accuſare non poteſt ille, qui eſt infamis. nu. 23. Abb. nu. 7. & omnes Canoniſtæ communiter in c. 1. de accuſatio. & opinionem iſtam dicunt eſſe communem tam Legiſtarum, quàm Canoniſtarum Moder. inibi, & Hierony. Chucalon. in add. ad Ange. in tract. malefi. in loco præcitato; & illa dicitur infamia iuris ne ignorentur termini præmiſſæ communis ſecundum Abb. in d. c. 1. quæ eſt ſecundum leges ciuiles, uel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur, ut in l. 1. & ſequen. ff. de his qui not. infa. uel mediante ſententia, ut habetur in l. infamem. ff. de publ. iudi. & in c. prohibetur. 2. quæſt. 1. & in d. l. qui accuſare; & iſte infamis, ſeu potius infamis ex damnatione publici iudicij minimè poteſt in exceptis criminibus accuſare, ut per glo. eleganter in l. qui iudicio. ff. de accuſat. quam ſequitur Bart. ibi, & Berous in d. c. 1. nume. 43. vbi recitat cõmuniter approbari, quàmuis regulariter inhabiles in crimibus exceptuatis admittantur ad accuſandum. l. famoſi. ff. ad leg. Iuliam maieſt. l. mulierem. ff. de accuſat. & notat Specu. in titu. de accuſatore in §. 1. circa fin. idemq; obſeruari uidemus in infame infamia facti, qui ab accuſando repellitur ſecundum glo. Abb. num. 7. & omnes Canoniſtas communiter in d. c. 1. Goffre. in c. omnipotens Deus de accuſat. & Specu. in d. §. 1. & opinio iſta procedit de iure canonico, & eſt communis, ut per Moder. in d. c. 1. Sed de iure ciuili iſte infamis infamia facti accuſare poteſt, & ab accuſatione ipſa nullo pacto repellitur ſecũdum Bar. in d. l. qui accuſare. nu. 7. Abb. Maria. Soci. & Ioan. de Imol in d. c. 1. & iſtam ſcribũt eſſe communem opinionem Berous ibi. num. 44. & Hierony. Chucalon. in add. ad Ang. de malefi. in loco ſupra citato, & iſta infamia facti dicitur, quando eſt læſa fama, ſeu æſtimatio alicuius propter factũ ab eo commiſſum apud bonos, & graues uiros, ut per Dyn. in c.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Infamia iuris

Infamia facti

in c.infamibus de reg.iuris.& Bar.in l.1.de his qui no.infa. & dicit Bald. in l.neminem.C.de inceſt.nupt.quòd habens unam uxorem, & unam cõcubinam eſt infamis ipſo facto, & non admittitur ad accuſandum de publico crimine, & ſimiliter habens duas concubinas, quia infamis eſt, ut uoluit glo.ſecundum eum in §.fin.in auth.qui.modis natu.eſſi.legi. immo iſte concubinarius accuſare non poteſt eum, qui eius concubinam carnaliter cognouit,niſi eſſet eius patronus ſecundum Bar.in l.ſi uxor in princ.ff. de adulter. & ibi per Alex. item ſubditus non poteſt accuſare ſuum ſuperiorem, & præſertim eo caſu, quando ſuperior in accuſatione inſtituta,uel inſtituẽda aduerſus eum opponat quòd ſubditus iſte eſt criminoſus, uilis opinionis, & malæ famæ ita uoluit Abb.in c.nulli epiſcoporum. nu.7. de accuſatio. ubi refert ita tenere Inno. & communiter omnes idemque uidemus in ſeruis,familiaribus & libertis, qui nullo modo accuſare poſſunt eorum patronum, ſeu dominum.l.pen.& fin.C.qui accuſa.non poſſ.& ita firmat Ang. in d.tract.maleſi.in uerſi.ad querelam Titij.nu.27.& Gand.in tractat.de maleſic.ſub rubr. qui accuſare poſſunt. nume.2. immo ſeruus, uel familiaris ipſe nõ ſolũ repellitur ab accuſando dominum,ſed etiam puniri debet.l.iniquum.C.qui accu.non poſſ. & c. fin.3.quæſt.vltima; & hoc limitat,declaratq; Fely.in quatuor caſibus in d.c.nulli,qui text. intelligiturque, ac interpretatur in familiari criminoſo ſecundum commũnem intellectum,de quo per Deci. in cap.dilecti.col.4. de excep. Sed ſi accuſatio facta foret à perſonis iſtis prohibitis parte non opponente certè procederet, & ualeret proceſſus ſecundum Doct.omnes in d.cap.1.Bart.& ibi Alexã. in l. prima, §. accuſationem.ff.ad Turpi. Follerius in practi.crimin.in uerſicu. audiantur exceptiones proponendæ per eos.nume.41. Ang.in d.uerſi.ad querelam Titij. num. 40. & iſta eſt communis opinio teſte Areti. in d.capit.1. & Hieron.Cuchalon.in add.Ang.in d.uerſi. ad querelam Titij ſuper.num. 40.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO XVIII.

Accuſator,uel fiſcus in cauſis criminalibus non cogitur exprimere diẽ in accuſatione,ſed ſufficit ſolũmodo expri-

mere locum, annum, & mensem delicti, l. libellorum. ff. de acc. & l. in causis. C. e. ti. ubi tex. & Doc. & hoc idē habet locum in causis ciuilibus, nam actor in ipsis causis ciuilibus non tenetur exprimere diem contractus, nec diem confessionis, dicti, uel protestationis, nec diem rogitus notarij, sed sufficit exprimere solum annum, & mensem absque die l. 1. §. editiones. ff. de eden. ubi tex. glo. & Doct. tamen ubicunque reus in criminalibus negocijs petit per accusatorem, uel fiscum, aut delatorem, seu denunciatorem, seu inquirentem exprimi diem delicti prætensi, pro quo molestatur dicendo uelle diem in præmissis exprimi ad sui defensionem, & pro sui defensione, quia uult probare se illa die, quæ nominabit alibi fuisse, puta Aquilæ: uel uult probare testes contra eum deponentes illa die fuisse alibi: uel uult redarguere de falso indicia, & probationes, quæ contra eum allegantur, tunc accusator, denuncians, delator, & inquirens, & testes tenentur exprimere diem præcisum, & locum loci, ad hoc ut possit probari contrarium, nam ubicunque omissio loci, uel depositionis testium esset damnosa reo, & ei auferret defensionem, tunc exprimi debet locus loci, & dies certus, alioquin non ualet actus contra eū, nec probatio tex. est ī l. arbitraria. §. si quis ephesi, ubi not. Bar. per illum tex. & ibidem Bal. & Ang. ff. de eo quod cer. loco, & hoc idem tenet Bar. in l. is qui reus. nu. 10. ff. de publi. iudi. & in d. l. libellorum. nu. 12. & ista est magis communis opinio, de qua attestantur Doct. in præcitatis locis, & Hierony. Chucalon. in addit. Bonifacij de maleficijs in rubr. quid sit accusatio, in for. productionis accusæ nu. 12. super litera B. & eam sequitur Bal. in l. 1. C. de re iudi. Roma. in l. Pantonius. §. rei perduellionis ff. de acquir. hæred. Ang. in tractat. maleficiorum in uersi. de anno præsenti in prin. nu. 2. & August. in add. ibi, Francis. de Aret. in c. qualiter, & quando. §. debet col. 7. de accu. Iaso. in d. §. si quis ephesi, & Follerius in pract. crimi. in versi. audiantur exceptiones proponendæ per eos nume. 49. & Francis. Marci. decisio. 724.

Cōis opi.

OPINIO XIX.

Accusatio falsi, ac cæterorum criminum regulariter durat

rat vſque ad viginti annorum curriculum,& ſpatium;& ſic accuſatio, ſeu querela in iſtis criminibus poteſt tolli dicto tempore, quo elapſo amplius de falſo cognoſci nequit. l. querelam.C.ad legem Cor.de falſ.ubi glo. & omnes doct. hoc firmant,Ang.Aret.in tract.maleficiorum in ver. falſario in q.incip.quæro uſque ad quantum tempus,Gandinus in d.tracta. malefi.in titu.qui accuſare poſſunt.nu.28.Pau. de Caſt.conſi.184.uol.antiquo,& iſtam ait eſſe magis communem opinionem Boeri. deciſio.26. nu.5. & ſeq. idemq; uidemus in inquiſitione ex officio iudicis, quę tollitur ſimiliter uiginti annis ſecundum Bar.Saly.Rapha.& omnes in d.l.querelam,& Anchara. conſi.90. vbi tenet ꝙ ſublato iure querelandi, eſt ſublatum ius inquirẽdi, & iſtorũ doct. opinionem aſſerit eſſe communem Iaffredus deciſio. 486. Cõis opi.

OPINIO XX.

Accuſare regulariter poteſt maior uiginti annis,quamuis ſit minor vigintiquinque,ut notat,& firmat Barto.poſt glo.in l.2.ff.de accuſa. quorum ſententiam ait eſſe communem Abb.& Moder.in c.1.de accuſa.ubi eam comprobant hac ratione,quia qui poteſt in criminalibns teſtificari,multo facilius poteſt accuſare,maior enim habilitas in teſte,q̃ in accuſatore requiritur, quia crimina per teſtes nõ autem per accuſatores probantur c.licet heli de ſimonia,c.de cætero, & fin. de teſti. ſed maior uigintiquinque annis poteſt in criminalibus teſtificari l.in teſtimonium cum ibi notatis.ff.de teſt.ergo & cætera.immo ualet argumentum de teſte ad accuſatorem argumento notatorum per glo. & Bar. in l.qui iudicio.ff.de accuſ. quod procedit affirmatiuè hoc modo quis admittitur ad teſtificandum in criminalibus,ergo & ad accuſandum admittetur.c.teſtes.4.q.3. Cõis opi.

OPINIO XXI.

Aduocati ſalarium non poteſt excedere centum aureos l.1.§.pen.de uarijs,& extraordi.cogni. tamen in criminalibus capitalibus hoc non procedit, quia defendere delinquentem in cauſa capitali,in effectu iſta poſtulatio eſt merces eximij laboris.l.ſi pater in fin.& ibi ſingulariter Ange. ff.de don.& Io.de Amicis conſi.148.nu.8. & pariformiter

ubi

Quid dri agi de infamia.

ubi ageretur de infamia per ea, quæ notat gl. in l. iusta causa. ff. de manumi. uindicta, & in ca. uno delegatorum ex. de offic. delega. & ita Ray. de forli. & Bal. mirabiliter in l. 1. C. manda. dicentes quòd sicut pro uita tuenda salarium est debitum aduocato, ita pro statu dignitatis conseruando, quia à pari procedunt mors, & infamia. Sed aduerte ad unum hic quòd si aduocatus propriam conduceret causam, & obtineret in ea utique non posset pro salario aliquid petere ratione aduocationis, & postulationis, sicut pro aliena causa petere posset, ut per Rotam Roma. decisio. 434. in antiquis, & Canonistas omnes communiter in ca. finem litibus de dolo, & contuma. Lanfrancum in repeti. c. quoniam contra falsam. nu. 15. de probatio. & legistas omnes pleno ore in l. properandum. §. sin autem alterutra parte. C. de iudicijs, & Iacob. de Aretio in tracta. de expen. fol. 4. uer. sed quid si ipsemet, & præfatam opinionem communẽ sequuntur, & attestantur Moder. in d. c. quoniam contra, & in c. finem litibus; hoc uerò non habet locum in aduocato, qui propriam causam conduxerat petente suum salarium tanquàm interesse, ut tenent Doct. præcitati.

Cõis opi.

OPINIO XXII.

Alimenta tenetur præstare pater filio iure naturali l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure, & c. ius naturale. 1. distin. limitatur hoc non procedere quotiescunque filius posset uiuere à se ipso, tunc possunt denegari alimenta per patrẽ. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnoscen. Ant. & Abb. in c. cum haberet col. 3. de eo, qui dux. in matri. Caccialupus in l. si quis illustris col. pen. C. ad Orficia. Soci. cõsil. 121. num. 47. uol. 4. Calca. consi. 59. & Deci. consi. 576. quodq; interpretatur cum grano salis per memoratos Docto. procedere, & per Abb. etiam in c. 2. col. 2. de conuers. infidelium, & Io. Lupi in rep. c. per uestras §. 23. nume. 6. limitatur etiam in omnibus causis, per quas potest exhæredari filius; quæ quidem causæ habentur in §. aliud quoquè capitulum in auth. ut cum de appe. cognoscitur, & pariter ex illis causis alimenta ipsa denegari possunt, ut notat Bar. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, & in l. diuus ff. de pari. & in l. si patrem. C. de alen. libe. amplia istam conclusionem

Lim. 1a

Lim. 2a

Ampliatio.

nem ita explicitam in tantum procedere quòd etiam non ualet ſtatutum quòd pater teneatur filium educare ſecundum Iaco.de Aret.in d.l.ſi quis à liberis, Galeottum in tra ęta.de alimentis in uer.pone quæſtionem,Specu.in tit. qui filij ſint legitimi col.4. uerſic. ſed pone quidam,& Alberi. de Roſa.in prima parte ſtatutorum in quæſt.40. verſi.item quæro, & ita tranſeunt omnes Canoniſtæ communiter,ut per Rochum Cur. in repeti.c.quanto de conſuetu.col.12. Amplia ſecũdo non ualere etiam pactum quòd pater non teneatur alere filium, cui dedit partem ſuam, ſi poſtmodum ad paupertatem,, neceſſitatemq́ue peruenerit ſecundum Specu.in d.uerſi.ſed pone quidam in titu.qui filij ſint legiti. Alberi.in d.§.ius naturale col. fin. idemq́; tenet Bal. quòd filius qui conſumpſit partem ſuam,quam habuit à patre poſſit petere alimenta in d. §. ius naturale, & in l. ſcimus.C.de inoffic.teſtamen.in princip. & in auth. ſi captiui in fi.C. de epiſc.& cleri.& tradit etiam Barba.in ca. quæ in eccleſiarum colum.quinta,de conſtitu. Alexan.in l.ſi cum dotem.§.primo,col.3.ff. ſolut. matrim. etiam ſi pactum ſit iuratum.Domi.in capi.quamuis pactum colum.2. de pact. in ſexto,& Felyn.in cap. ex reſcripto nume.12. de iureiur. & dicit Barto.in l.1.§.parens circa fin.ff.de libe.agnoſcen. iure non ualere pactum quòd filius alimentari non debeat, nec uidetur mirum, quia ualet argumentum de pacto ad ſtatutum ſecundum Ludoui. Bolog.conſi.21.col.2. & 7. cum igitur retulimus quòd non ualet ſtatutum prohibens alimenta præſtari filijs, ergo nec ualebit pactum, hoc dictum uidetur limitare Bald.in authen.quod ſi rogatus col. ſecunda. C. ad Trebelli. niſi filius partem ſibi datam perdidiſſet dolo, uel eius lata culpa, & Bald. ſequitur Alexand.in d.l.ſi cum dotem.§. primo,ubicunque uerò filius etiam legitimam aſſignatam per patrem in uita conſumeret leui culpa adhuc non poteſt pater ei alimenta denegare,ſecundum Bald.in l.2.§.1.ff.ſolu. matrim. in auth. ſi captiui.C.de epiſco.& cleri.& in d.l.ſcimus in prin. & in d.auth.quod ſi rogatus,Specu.in titu.qui filij ſint legitimi. §.1.uerſic. ſed pone.3. & Alexand.in d.l.ſi cum dotem.§.1. Amplia tertiò quòd pater non tantum filijs tenetur præſtare alimenta,ſed etiam liberis, & uxoribus eorum ſecũdum glo.

glo.in d.l.si quis à liberis.§.non tantum per.l.si filia.§.1. fa mil. ercis. immo plus pater cogitur pro filio onus dotandi filias ipsitis subire.l.dedit dotem de collatio.bono.ibi quippè officium aui erga neptem ex officio patris erga filiũ pendet,& ita uoluit Bar.& alij in l.1.ff.solu.matr. Bal.in auth. res quę.C.communia de lega.in l.pater de euictio.idē Bal. & Saly.in l.fin.C.de dotis promissio.& idem Saly.in l.si filius ad Macedonia. & procedit hoc secundum præcitatos Doct.quando filius non habet unde dotet filiam suam.

OPINIO XXIII.

Alimenta pręterita,quando petuntur in iudicio p actorem,libellans ipse debet petere frumentum, & uinum,& similia, & sic ipsam speciem, & non illius extimationem, ut magistraliter docet Bart.quem cæteri omnes scriben.communiter sequũtur in l.libertis quos.§.manumissis.ff. de alimen.& ciba.lega.in 3.membro suæ distin. vbi ait ꝙ quædã sunt,quæ hodie habere expedit,ut frumentum, uinum & similia & tunc ipsa species debet peti non eius extimatio allegat.l.nulli.C.de erog.milit.anno.lib.12. nisi propter moram deueniatur ad ęstimationem & de præcitata communi attestantur Moder. in allegato. §. manumissis, & uarijs in locis iuris nostri.

Cõis opi.

OPINIO XXIIII.

Amicus non potest agere pro amico sine mandato.l. tutori.ff.de nego.gestis Alex.in l.exigendi col.2 C.de procurato.in l.1.§.lex falcidia.ff. ad legem falci. Ias. vèrò in d.l. exigendi asserit quòd in puncto iuris posset sustineri contraria opinio,& intelligit quòd amicus admittat pro amico quotiescunque est coniunctus maxima amicitia Fely.tamen in c.coram de offi.deleg.col.1. Alex.& Moder.in d.l. exigendi,Ripa in c.cum M. Ferrariensis nu.61. de constit. & Blancus in tract.de compromissis in 3.q.nu.48.in uersi. amicus. attestantur communem opinionem esse amicum non admitti pro amico ad agendum absq; mandato. Hoc uerò quòd amicus non admittatur pro amico sine mandato,fallit cum cautione rati, sicut coniunctus pro coniũcto secundum Tiraq. post alios congestos per eum in tract. de

Cõis opi.

pœnis

pœnis temperandis, aut remittendis in causa. 22. num. 34. Guil. de Cu. in l. sed & hæc. ff. de procurat. licet ibi Fulgo. intelligat hoc de amico coniuncto maxima amicitia, de quo per Ro. in sing. 656. incip. Cynus. & per Bar. in l. nõ so lum. §. qui alieno col. 1. ff. de procurato. & ibi per Alex. ubi dicit quòd amicus agit interdicto recuperãdæ. l. 1. C, si per uim, uel alio modo, & per eũdẽ in l. cum alienã. C. de legi. & in l. exigendi de procur. & per Fel. in d. c. corã, & Marcii Mãtuæ in suis apophtheg. apophtheg. 75. interpretatur ẽt hoc non procedere de iure municipali, nam stante statuto exorbitante, disponenteq; coniunctos, seu affines agere sine mandato pro consanguineis extenditur ad amicos, ut notat Guil. de Cu. in d. l. sed & hæc in prin. Dyn. Saly. in d. l. exigendi Bar. in d. §. qui alieno, Specu. in tit. de aduoca. §. adijcitur uersi. extat quartus ordo, & Ioan. And. in cap. fin. de postulat.

OPINIO XXV.

Archidiaconus, qui est archidiaconus, & canonicus in eadem ecclesia duplicem uocem habet in electionibus, ut Archidiaconus inquam, & ut canonicus ca. cum olim, ubi Abbas, & Doct. post glo. quorum opinionem asseuerat esse communem inibi Fel. similiter qui est archidiaconus, & canonicus debet obtinere ob presentiam personalem duplices distributiones, eas inquam quæ archidiacono tantum, & canonico tantum debentur secundum Ioan. And. Abb. & Felyn. in d. c. cum olim Bal. & Cardi. ei subscribentem in consil. 53. quamuis iudicio meo præcipitanter Ant. in d. c. cum olim teneat contrarium, uidelicet quòd Archidiaconus, & canonicus simul ob personalem præsentiam non possit habere, nisi simplices distributiones, & cum Ant. sentiunt Rochus Curt. in c. fin. de consuetu. fol. paruo. 49. col. 4. & Gomesi. in tract. de expectatiuis nu. 54. & licet præfata opinio Ioan. And. sit aliquantulum dubia, ut putat Aret. in c. 3. de probatio. tamen ea uerior est, & magis communis ut referunt Doct. in d. c. cum olim, & tanto magis procederet de plano, & absque dubio sententia Ioan. And. & obtineret si per consuetudinem fuerit recepta secundum Bald. & Cardi. in d. consil. 53. Deci. in c. cum omnes in 1. lectura

Cõis opi.

Cõis opi.

col.

col.1.& ex ea ibi nu.52.de constitu.quãuis Curtius in loco præcitato malè, & absq; aliqua rõne afferat adeò esse uerã Ant. opinioné ꝙ nec cõtrariã cõsuetudine possit admitti.

OPINIO XXVI.

Argumentum de alimentis ad dotem ualet, & tenet secundum gl.in l.ob æs.C.de prædi.min. Alex.in l.Cẽturio. col.2.ff.de uulga.& pup.secundum Cyn. in l.in omni.C.de admi.tut.Cyn.& Bal.in l.si mater.C.de iure dot.Bar.in l.fi. ff.de ijs quib.ut indig.Pau.de Cast.& Imo.in l.1.ff.sol.mat. & Ruinum consi.194.col.2.uol.1.& consi.199.nu.9.uol.2.
Cõis opi. ubi ait hanc esse communem opinionem.

OPINIO XXVII.

Argumentum à contrario sensu habet locum regulariter in legibus,seu uerbis legis,& canonis tex.est notab.in l. 1.§.huius rei.ff.de off.eius cui est manda.iurisdi. in l.qui in testamento.§.mulier.ff.de testa.& in c.apostolica in fin.de his quæ fiũt à prælat.in c.cum uirum de regular. cum alijs similibus. hoc uero procedit quoque in legibus,uel canonibus conditionaliter loquentibus secundum Pet. Cyn. & Bal.in l.conuenticulam.C.de episco. & cleri.Bald. & Pau. de Cast.in d.l.qui in testamento.§.mulier,Alex.in d.§.huius rei num.38.ubi Riminal. Niger, & alij Moder.asserunt
Cõis opi. istam esse communem opinionem: nec mirum si dictum argumentum sit in iure fortissimum, quia dicitur mens text. legis,uel statuti,ut est glo.ordinaria in d.§.mulier,quæ dicit sensum cõtrarium pro lege accipi,ita ꝙ istud,quod uenit à contrario sensu habetur perinde ac si esset in l.expressum,quam glo.dicunt singularem, & celebrem Bal.& Pau. de Cast.in d.§.mulier,& Bal.in d.l.conuenticulam,& in c. 1.col.4.de constitu.nec istud argumentum à contrario sensu uenit ex interpretatione, & coniectura, sed ex sensu, & mente legis secundum Bar.in l.omnes populi.ff. de iusti.& iure,& in d.l.1.ff.de offi.eius post Dy. & Deci.ibi nu.59.& seq. ubi tenet quòd argumentum à contrario sensu uenit ex mente saltem,quæ sumitur à causa finali, idemque tenet ibidem Curti.iunior nu.42. multa adducens, & respondés ad contraria, & Nicolaus Euerardus in sua centuria in 4. loco post princ.fol.59.hanc opinionem sequitur etiam, & com-

communem esse dicit Sapia ubi supra nu.99.cum seq.quędam adducens pro utraque parte,& nu.102.dicit argumentum à contrario sensu propriè dici ex lege quantum ad mẽtem, sed non quantum ad uerba,& quòd dicatur potius uenire ex mente, & intellectu, quam ex uerbis uoluit Paul. Oria. in d.l.1.num.99.in fin.post Imo.per eum allegatum, Iaco.Niger nu.42.cum seq.latè discutit articulum,& istam sequitur opinionem,& ibi numero. 44. præsupponit contrariam opinionem esse communem, præsupponit etiam quòd contrariam sententiam teneat Bartol. in d. l. 1. sed non est uerum. Item hoc argumentum non solum sumitur in legibus, ut supra docuimus, sed etiam habet locum in statutis quoque,& est ualidum in iure secundum Bar. in l.omnes.ff.de iusti. & iure, & in l.non possibile.ff.de pactis Alexand. consil.68. colum.2. circa præmissam pecuniam, Corset. in singu. suo primo in ordine argumentum, Bald. Imol. in l.Gallus. §. ille casus.ff.de liber.& posthu.& Docto. omnes in d.§.huius rei, Roma.in singu.106. Bald.in l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Felyn. in capit. significasti col. fin. de foro competen. Lauren. de Rodul. in tractat.de usuris. quæstio.143. & ista est communis opinio,de qua attestatur Roma. in d. sing.106.Felyn.in capit. ecclesia sanctæ Mariæ de constitut. col. 23. Curti. iunior. in d.l.1.num.85.& Euerardus in loco præcitato uersicu. & quia supra plenè, & abundè,ubi istam ampliationem nonnihil declarat. Hoc uerò argumentum à contrario sensu aduerte hic quia non colligitur in statutis correctorijs, ut per Docto. in d.l. 1. quod interpretatur,quando statutum nihil operatur in sensu directo, secundum doctrinam Bal. in l. obseruare. §. proficisci circa fin. ff. de offic. procon. quam sequitur Alexand. post Imol. in l. si cum dotem col. penul.ff.solut.matri.& Felyn. in d.cap. significasti col. penulti. & ex hoc uerificatur illa decisio notabilis Dyn. & Cyn.quam sequitur Bal.Pau.de Cast. & omnes in d.l.conuenticulam nu. 4. de statuto Florentino disponente quòd non stantibus masculis filiæ fœminæ patri succedant, ut scilicet sumatur argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris communis, ita quòd stantibus filijs fœminæ non succedãt,aliàs.n.nihil operaretur in sensu directo,

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi. & ista est communis opinio, ut patet ex allegatis per Alex. & Ias. in d. l. 1. quam communem sequuntur Deci. ibi. num. 59. Curti. iunior. nu. 37. Fely. in d. c. significasti col. fin. multa adducens, & Euerardus in loco præcitato uer. primo, ut procedat quando lex. & istam communem latè tradit Alb. Brunus in suo tract. quòd stantibus masculis in 7. articu. in 1. q. eam sequens, & defendens. similiter hoc argumentum habet locum in ultimis uoluntatibus, etiam si dispositio ultimæ uoluntatis sit conditionalis. l. aliquando. C. de conditio. & demon. & in l. si legatum purè in princ. ff. de adimen. lega. tradit Corsetus in d. sing. primo Ias. in d. l. 1. nume. 50. Deci. num. 47. & istam ampliationem plurimum declarat Euerardus in loco, de quo supra uersi. item circa præmissa quæro, Ias. in d. l. 1. ubi Moder. præsertimq; Curti. iunior dicunt communem nu. 59. Cõis opi.

OPINIO XXVIII.

Assassini omnes illi dicuntur, qui pecunia aliove precio conducti homines occidunt, seu percutiunt nihil tale ab eis præcauentes secundum Domi. Anchara. Imo. Vanchelium, & Probum in c. 1. de homic. in 6. eam constitutionem intelligentes in his, qui aliquem Christianum mandant occidi per homicidas pecunia ad id conductos, etiam si homicidiarij Christiani sint, idemque tenent, & præmittunt Bar. in l. non solum. §. si mandato nu. 14. ff. de iniurijs, & in l. Cicero. ff. de pœnis, Pau. de Ca. in l. 1. §. fin. ff. de eo ꝑ quē factum erit, Bal. & Saly in l. non ideò minus col. pen. C. de accusatio. Ang. in l. qui sepulchra. C. de sepul. uiola. Alex. consi. 166. lib. 7. Marsi. in practi. crimi. §. examinanda num. 21. & §. diligenter nu. 156. & in l. vnica nu. 105. C. de raptu. virginum, Carreri. in practi. crimi. tit. de homi. §. circa tertium in prin. Grammati. uoto. 8. & 11. & Capiccius decisio. 155. quorum opinio communis est, & consuetudine recepta teste Aret. consi. 165. col. 11. & est adeò recepta, ut pauci scriben. admodum refragentur. Cõis opi.

OPINIO XXIX.

Aureus, & solidus in iure inter se æquiparantur, & hæc solidorum nominatio pro aureis accipitur. l. quoties. C. de

de ſuſcepto. lib. 10. ubi ait eſſe caſum Rogerius in l. ſi pater.§.fin.ff.de donatio.nam ſecundum eum dicitur inibi ꝙ ſolidus legalis ualet aurum, hoc quippè non exprimit ille tex.ſed tamen ꝙ libra eſſe debet de ſeptuaginta duobus ſolidis,an uerò illi ſolidi ſint aurei tex. non aperit aliter:unde certius,& melius probatur in §.fin.inſtit. de pœna teme. litigan.iuncta.l.pen.in fi.ff.de in ius uocan.ibiq; glo. & Iaſ. notant, & ea iura ita unita ad hoc perpendit Aldobran. in §.ſed hoc iure.nu.3.inſtitu.de Attilia.tuto. & idem firmat, & tenet glo.Bald.Saly.in l.quicunque.C.de ſeruis fugiti.& in l.fin.& ibi Bal.& Pau.de Caſt. C.communia de lega.Nicola.de Neapo.& Faber in §.1.inſtitu.de donatio.& Rolandus à ualle in tract.de lucro dotis.q.53. num.7.fol. paruo. 168.& aureum iuriſconſultorum cuius meminere in l.1.§.1.& ſeq.ff.de ſepul.uiola. & ſolidum Iuſtiniani eiuſdem ualoris,ponderiſq; fuiſſe nulli dubium eſt,ſecundum gl.Bart. & alios in d.l.quotiens,Abb.& Felyn. in c.conquerente de offic.ordi.quorum opinionem inquit Conar.in ſua practi. in titu.numiſmatum cap.3.§.1.ſub nu.1.fol.paruo 203.cõmunem, & ſolidi inde appellati reperiuntur, ut arbitratur Budeus, quem citat Aldobran. in loco præcitato quaſi iuſti;& integri ponderis,ſeu, & forſan melius ſecundum glo. in d.l.1.C.de ueter.numiſ.pot.lib.11. à ſoliditate,qui de ſolo auro fiunt & iſti dicuntur aurei legales,quorum ſeptuaginta duo conſtituunt libram auri.d.l.quotiens ſecundum cõmunem intellectum.not. glo.in d.l.ſi pater.§.fin. & in l.fin. ff.de in ius uocando,& ibidem Iaſ. glo. in §.nos autem inſtitu.de Attilia.tuto. Boeri.deciſio.327.num.2.Gui. Papæ ſing.328. & Cannari.in tractat.de inſinuatione in 2.par.q. 31.col.fi.meritò ex hoc infertur ad unum ualdè utile quòd cũ hodie aurei,quibus utimur , ut Veneti, Florẽtini,& alij id genus diminuti reperiantur, & minoris ponderis circũferantur adeò quòd nonaginta ſex aurei requiruntur ad cõſtituendam libram auri,ſecundum Boeri.poſt alios quamplures relatos per eum in d.deciſ.327.nu.2. immo centum, & ſeptem auri hodie conſtituunt libram ſecundum Rolãd. in d.q.53.nu.10.colligitur, ſeu ſequitur ex præfatis utiliter donationem uſque ad ſeptingentos aureos, & ultra ualere poſſe ſine inſinuationis interuentu, & ſic in maiori ſumma

Cõis opi.

Vn solidus.

Cõis opi.

De insinuatio

aureorum nunc decurrentium, ita Pau. de Castr. in d.l.fin. C.communia de lega. in princ. Ias. in d.l.fin.ff. de in ius uocan. Decius consi.239.nu.2.& consi.432.nu.15. Soci.consi. 48.col.fin.uol.1. Soci. iunior consi.118.nu.10.uol.2. & Bellonus consi.4.col.pen.& seq. immo Soci. in d.consi.48. Ias. in l.2.§.ex his ff. de uer.oblig. & Fely. in c.conquerente de offi.ordi. relati per Alciat. in l.hæc renuntiatio ff. de uerb. sig. tenent quòd donatio ipsa ualeat ultra octingentos aureos, & ita obtinuisse fatetur Ias. ubi supra, & sequitur, aitq; hoc uerissimum fore Rolandus in d.q.53.nu.8.& seq. & ita interpretatur communis opinio, ut inquit Bellon. consil. 74.nu.22. immo Pet. Duennas in reg.224. limit.19. in fi. dicit, quod hodie ualet etiam ultra mille aureos. sed libra argenti ualet decem aureos l.1. & ibi Doct. C. de auri, & argenti illati lib.10. Boeri. in d.decisio.327.nu.1.& Gui. Papæ in d.sing.328. in fin.

OPINIO XXX.

Cautionem de præstandis legatis, uel fideicommissis testator potest remittere. l.2. C. ut in possess. lega. & istam conclusionem sequũtur Doct. in l.nemo potest.ff. de legat. 1. quam amplia primò ut etiã procedat si hæres esset unus dilapidator bonorum, adhuc testator potest ei remittere huiusmodi satisdationem. l.fin. in princi.ff. ut lega. nomine caue. Amplia, & secundo loco quòd similiter testator potest remittere cautionem Mutianam. l.fi.ff. de manu. testa. & ita notat Ang. in §.præfatæ per illũ tex. in auth. de nupt. col.4. interpretatur primum isthæc conclusio ita declarata in cautione de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri, quæ quidem à testatore remitti non potest l. scire debetis. C. ut in possess. lega. & l.1. C. de usufructu, nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quem testator remittere non potest, secundum glo. in d.l. scire debetis communiter approbatam à scriben. in d.l. nemo potest, & ultra Docto. inibi attestantur de communi Guido Papæ consil. 63. in secundo dubio, Bellon. consi.54.nu.3.& Ioan. Annibal in repet. d.l. nemo potest. nu.164.& Crauet. consi.174. nu.3. cum alijs seq. ubi ipse per complura conatur sustinere, fulcireq; contrariam partem, ista uerò communis uera

Cõis opi.

esset,

esset, quando usussfructus reperiretur constitutus in ultima uoluntate, secus si inter uiuos, quia inter uiuos potest constitui ususfructus. §. constituitur institu. de usufruct. & tunc principalis constitués potest remittere talem cautionem, ut per Barto. in l. 1. C. de usufructu, & ita debet intelligi. d. l. scire debetis, & eodem modo debet intelligi argumentum à contrario sensu (ibi minimè in testamento remitti posse) ergo extra testamentum siue per hæredem, siue per testatorem bene potest remitti, quia quilibet potest sibi præiudicare, & similiter communis præmissa de plano procederet in bonis immobilibus, sed in mobilibus testatorem cautionem ipsam remittere non posse uoluit Pet. in d. l. 1 in contrariam uero sententiam, uidelicet, quod in utroque casu testator cautionem remittere nequeat inclinauit Bar. in d. l. 1. nu. 10. cuius opinionem communem esse recitat Alex. consi. 58. nu. 10. uol. 3. & Dec. consi. 565. nu. 5. & uerissima apparet: hic non ab re inuestigandum esse arbitror, quæ sit ratio diuersitatis, cur testator possit remittere satisdationem hæredi de prestandis legatis, uel fideicommissis d. l. 2. & tamen non potest remittere satisdationem de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri. l. 1. C. de usufruct. & d. l. scire debetis; glo. igitur ibi assignat duas rationes diuersitatis, quarum primam reprehendit Bar. in d. l. nemo potest, & sequitur secundam col. 1. quia testator inuitaretur ad delinquendum, hanc rationem tenet idem Bar. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. & in d. l. 1. C. de usufruct. quoniam huiusmodi remissio de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri sonat in turpitudinem quòd usufructuarius possit dilapidare, & abuti, ideoq; nihil ualet, & dato exploratum sit testatorem non posse remittere satisdationem de utendo boni uiri arbitrio, tamen eam potest remittere hæres, ut probat tex. in d. l. scire debetis in uersi. testamento à contrario sensu glo. Bar. in præcitata. l. 1. C. de usufruct. quorum opinionem audacter scribit esse communem Alberi. in l. 4. C. de vsufruct. & Deci. consi. 48. uel 418. cui aduersat Ias. & Crotus in d. l. nemo potest Ias. inquam in 2. lectura circa fin. Cóis opi.

OPINIO XXXI.

Causa dicitur magna, uel modica secundum qualitatem

C 2 perso-

Cōis opi. personarum inter quas uersatur, ut per Bart. & alios communiter in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. in bonę fidei. C. eod. tit. & Canonistas in c. fin. ext. de iureiuran. & ratio assignatur isthęc, quia inter aliquos causa decem librarum erit magna, inter aliquos uerò negocium centum florenorum esset paruum, ut notant scriben. post glo. in l. sed & si susceperit. §. 1. ff. de iudicijs, ubi glo. in uer. modica ponit exemplum in regina Matilda dicēte, aliquantulum terræ dono illi ecclesiæ, quę tamen in effectu donabat 30. millia iugera terræ in territorio Cremonensi, & glo. hæc com Cōis opi. muniter approbatur teste Io. Lupi in c. per uestras de don. inter uir. & uxo. in rub. §. 11. num. 12. & licet contentio esset de re magna, tamen si ea de possessione non autem de proprietate contenderetur, eo casu profectò nō diceretur causa magna. l. 1. C. si de momenta. poss. & l. momentaneæ. C. qui legiti. perso. non habent stan. in iudi. secundum doctri Cōis opi. nam Ioan. And. in c. ex insinuatione ext. de procurat. communiter approbatam per Doct. Bar. & alios in præcitata. l. admonendi, quamuis conetur ibi Curti. per plures rationes suadere contrarium, & malè. & quæ dicatur causa magna, uel parua posuimus in 2. par. in opinione arbitrio iudicis quoque, & uide Ant. Corsetum latissimè declarantem in tracta. de minimis uol. 2. nu. 9. fol. 87. ubi etiam ponit ꝙ causa unius bouis, immo unius porcelli in rustico est magna causa, quia tenuis homo porcellum suum, sicut oculū, custodit secundum Glo. in l. illicitas §. ne potentiores. ff. de offic. præsi.

OPINIO XXXII.

Casus non expressus habēdus est regulariter pro omisso. l. commodissime. ff. de liber. & posthu. & ibi Docto. & in l. Gallus. §. & quid si tantum eodem titu. cum traditis per Deci. consi. 394. uerba testamenti col. 3. & Soci. consi. 5. in prin. uol. 3. hoc uerò non procedit ubicunque ex coniecturis appareret testatorem uoluisse ad casum omissum extendi dispositionem suam l. Lucius. ff. de libe. & posthu. ideoq; substitutus post mortē uxoris cui prædium relictum erat, donec uidua permaneret prædium habebit statim muliere ad secundas nuptias transeunte secundum Ioan. Andr. in addi.

addi.Spec.in rub.de secun.nuptijs, & Bal.in auth. quod lo cum.C.de sec.nuptijs Pau.de Cast.in l.si mater.C. de insti stitu.& substitu.sub condi.factis, Alex.in d.§.& quid si tantum,& in l.mulier.C.ad Trebel.& consi.100. uisa parte testamenti col.1. uol.4. & ex hoc etiam deciditur quòd si testator filium nasciturum instituerit,eiq; si in pupillari ętate, uel postea quandocunque decederet, aliquem substituerit substitutus etiam non nato filio admittteretur. l. fin. C. de posthu.hæredi.instit.secundum Guil. de Cu. quem post Bar.refert,& sequitur Soci.in l.1.col.11.ff.de uulga. & pupil.& faciunt notata per eundem consi.5.in princ.uol.3.& per Deci.consi.227.in casu,& est communis opinio ꝙ substitutio extendatur de casu ad casum,ut per Doct. in d.§.& quid si tantum,cum his quæ scribit Ias.consi. 203. Vannoctus uolu. 1.nisi ex uerisimili testatoris mente aliud dicendum sit,ut per Anchara. consil.357. ex serie testamenti, & Fulgosi. consil.49. ex facto proponitur,de quo latè disputat Barba.in cap.Raynutius de testa.fol.uigesimo tertio,& sequé. interpretatur quoque ista communis opinio si substitutio esset facta in pœnam instituti, secundum Bart. in l. pater seuerinam.ff.de condi.& demon.& Deci. consi.273. in casu,in consil.290.domina, & consi.298. col.2. uel tractaretur de extensione facienda de persona ad personam, quæ nunquàm fit etiam de uerisimili mente testatoris. l.Titius in princ.ff.de liber.& posth. cum alijs relatis per Dec. consi.394.pro uera resolutione col.3. & seq.& Ias. consil. 220. testator uol.2.

Cōis opi.

OPINIO XXXIII.

Cedere uolens bonis condemnatus ad pecuniam soluẽdam ex actione iniuriarum contra ipsum intentata non debet admitti ipse reus ad dictum beneficium cessionis bonorum, sed isthæc pœna debet conuerti in corporalem,ut per Doct.in l.1.qui bonis cede. possunt,& latissimè per Couarruuias in tract.uariarum resolutionum iuris Pontificij, & Cæsarei in 2.lib.ca.1.nu.8.& ista conclusio uidetur probari ꝑ tex.expressum in l.sed & si unius.§. si ante. ff. de iniurijs,ubi seruus fuerat condẽnatus ad certam pœnam actione iniuriarum Dominus poterat soluendo redimere seruum

uum ab iniuria, & nihilominus tradidit illum seruum uerberandum, & fuit liberatus; & hoc similiter procedit de plano si dictus condemnatus non posset totam summam soluere, super qua extiterat cōdemnatus excepto uno denario secundum communem opinionem omnium Docto. quam sequitur, commendat, & citat Gomesius in §. pœnales. nu. 38. institu. de actio. & Boeri. decisio. 349. nu. 8.

Cōis opi.

OPINIO XXXIIII.

Cessionarius dicitur propriè esse creditor secundum Iaco. But. in l. 1. ff. si cer. petatur, quem sequuntur communiter Doct. ibi, & ita consuluit Roma. consi. 142. quòd cessionarius, & consi. 202. non est dubium, mouentur præfati Docto. ad sic concludendum per. l. 2. C. de donatio. ubi appellatur debitor cessionarij ille, cui nomen cessum fuit, similiter facit, quia priuilegia concessa principali, conceduntur etiam cessionario. l. 2. in fin. C. de priuileg. fisci, & cessionarius ipse dicitur Dominus, ut per Bald. in. l. eos. §. fin. C. de appe. & ad hoc etiam facit, quod scribit Bal. in l. si sic. ff. de leg. 1. ut tradit ibi Alex. & istam communē sequitur, citatq; Deci. in 1. lectu. in fin. & Niger in d. l. 1. ff. si cert. peta. circa fin. quam latè uentilat Veronen. in l. creditores. q. 4. col. 5. & latissimè disputabat ad utranque partem. D. præceptor meus acutissimus Rainaldus Rodulphus Perusinus dū interpretabatur. d. l. 1. ubi asserebat istam communem non carere difficultate propter quàm plurima in contrarium allegata per Doct. passim, quæ omnia more suo subtiliter, & doctè fœdere distinctionis concordare conabatur, pro ut etiam concordat Alciat. Bolognettus, & cæteri Moder. ibi circa fin. & ista communis interpretatur non procedere, quando principalis creditor esset excommunicatus, & alij cederet suam actionem, tunc quippè exceptio excommunicationis cedenti obstat, sed non obstat cessionario, ut pulchrè deducit, & concludit Anto. Gallesius in tractat. de formulis obligationis cameralis formu. de responsa petente executionem nu. 3. & seq. fol. 201.

Cōis opi.

adde Cremen. n. 47.

OPINIO XXXV.

Citatio partis requiritur in executione sententiæ facienda. l.

da.l.1.C.de iu.& facti.igno.Bart.not.in extrauagan.ad reprimendum in uersic.executionem qui filij sint rebelles in usibus feudorum,quem sequuntur Alex. in l. à diuo Pio.§. in uenditione nu.35.ff.de re iud.& ibidem Ias.nu.9. & Vincen.Hercul.nu.32.& Marãta in tract.iudiciorum in 6.par. in 3.actu.nu.16.& seq. ubi dicit non fore necessariam citationem partis hoc casu, quando fieret executio in eadem re,super qua lata sententia ipsa extitit,sed ubicunque à sententia appellatum esset, ac appellatio deserta reperiretur, tunc quippè in executiene facienda debet citatio tanquam necessaria præmitti à iudice à quo ad dicendum causam, quare sententia executioni mandari non debeat, alioquin executio non teneret secundum Bart.in l.1.ff.nil no.appel. pen.Bal.Saly.& omnes in l.si contra.C.de app. Rotam decisio.422.in nouis,& istam meminit esse communem opinionem Maranta in loco præcitato, & Cassadorus in decisio.6.num.2.in titu.de causa posse.& propriet. & præmissa conclusio ita declarata quòd partis citatio requiratur in executione sententiæ ampliatur siue executio fiat in actione personali, siue in reali,cum militet eadem ratio secundum Cyn in l.ab executione.C. quorum appell. non recipian.cum quo transeunt Ioan.de Imo.& Alex. in d.§.in uéditione,& quamuis Barto.asseueret ibi contrarium,tamen inibi Ias.nu.9.refert opinionem Cy. esse magis communé, & ueriorem in iure dixit Alex.in d.loco. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO XXXVI.

Sententia arbitri prolata non citata parte nõ tenet, nec ualet etiam si in compromisso dictum fuerit quòd arbiter ferre sententiam ipsam possit absentibus partibus secundũ Specu.in titu. de arbit. in §.excipitur in fin. quem sequitur Ioan. de Imo. in c.cum dilectus ext. de arbit.& Alex. in l.si quis arbitratu col.5.ff.de uerb.oblig.& Fely.in c.olim col. 9.de re iudic. & istorum opinionem scribit Boeri. decisio. 283.nu.38 non habere dubitationem aliquam.Sed hoc limitatur, seu interpretatur non procedere si in compromisso essent adiecta illa uerba q; arbitri possent laudare, ferreq; sententiam partibus absentibus, & non citatis,tunc.n. bene ualebit sẽtẽtia non citatis aliter partibus secundum Citatio. Cõis opi.

Guil.de Cu.in l.episcopale vlti.q.C.de episc.audien.quem sequitur Bald. in l.si quis ex consensu col. 11.eod.titu.Pau. Cast.Alex.Soci.& Ias.in 3.q.in d.l.si quis arbitratu,& opinionem istorum Boeri. fatetur esse communem in d. decisio.283.num.34.cum quatuor seq.contra Bar.in d.l.si quis arbitratu contrarium asseuerantem nu.7. & in practica refert obseruari Marsi. in singu.173.fiunt quotidie compromissa, & istam partem sequitur etiam consulendo Bal. con si.262.in Christi nomine nunquid arbiter uol.1.Barbat.cõ si.18.nu.17.uol.1.Ioan.de Imo.consi.vlt.& Ioan.de Anan. consi.83.uisis his col.11.Anchar. consi.270. & Roma.con sil.61. ubi concludit quòd Pisis seruatur dicta opinio Guil. de Cu.& sequacium,& communem prædictam intelligunt præcitati Docto. procedere si partes auditæ fuerint plenè super discussione contentorum in compromisso, tũc certè in prolatione sententiæ non requireretur præsentia partis,nec alia citatio,secus si partes auditæ nõ fuerint, & hoc in alio proposito fuit tactum abundè infra in uersi.sententia principis &c.

Cõis opi.

OPINIO XXXVII.

Clerici à potestate, & iurisdictione principis secularis, & omnium, & quorumcunque laicorum ante omnem humanam legem iure diuino fuerunt, ac sunt exempti secundum glo. in c.si Imperator.96.distin. & in c.quanquam de censi.in 6.quã sequuntur Doct. omnes in dictis locis,Cardi.in repeti.c.perpendimus in 7.opposi.de senten. excommu.Abb.Fely.& Deci.col.2.in c.ecclesia sanctæ Mariæ de constitu.Roma.sing.419. Rota Roma .in antiquis decisio. 840.in titu.de consuetu.Abb.in c.at si clerici nu.23. de iudic.Aufreri.in clemen.1.de offic.ordi. & Fely. in c.2.col.1. de maiori.& obedi. ubi scribit istam esse communem opinionem, & Curti.quoque in c.fin. de consuetu. fol. paruo. 51. & Rebuffus in concordatis in rub. de protectione. & hoc procedit similiter in clericis primæ tonsuræ, seu non habentibus beneficia, & immiscentibus se in delictis enormibus, qui priuilegium fori non amittunt ex eo quòd uestibus,& tonsura non utantur, donec ter moniti fuerint à suo prælato,seu Episcopo, ut à prædictis desistant, & habitum reassu-

Cõis opi.

reassumant,ut probatur in c. in audientia. de senten. excō. & tenet glo.communiter approbata in ca. ex parte in.2.de priuileg Pan̄or.in c.tuæ de apostat. Henr.in c.cum non ab homine de iudi. Areti.consi.163.nu. 16. Fulgo.consi.157. Alex.consi.8.uol.1.col.pen.Deci.in d.c.ecclesia sanctę Mariæ nu.6.& consi.241.scripsi,Soci.consi.13.nu. 11.12.& 30. uolu.4. Alciat.in rub.ex.de iudi.Grammati.in uoto.33. & istam opinionem ponunt esse communem omnes Docto. præcitati, & cæteri in c.unico de cleri.coniuga.quā declarant procedere de plano, & absque dubio aliquo in clericis primæ tonsuræ, qui non forent coniugati, sed in clericis coniugatis monitio ista non est necessaria, prout omnes Docto. affirmant in d.c.unico. & monitio, seu citatio ista, ut omnes clerici reassumant habitum alias priuentur priuilegio clericali non sufficit fieri per proclama generale, sed necessariò trina monitione personali clericus debet citari, ac moneri, ut probat text. & ibi Cardi. Imol. & omnes in clemen.prima, de uita, & honesta.cleri. Rubeus consil.septuagesimo sexto,nume.secundo,& Marsil. singu. 259 generalis,& quòd iste clericus simplicis tonsuræ conueniri nequeat in ciuilibus causis, & criminalibus coram Imperatore, Rege, Senatu, uel quocunque alio iudice seculari etiam incedente absque habitu, & tonsura non est mirum, quia percutiens clericum huiusmodi primæ tonsuræ est excommunicatus, quemadmodum si percussisset clericum in sacris ordinibus constitutum,ut in c. quisquis 17. quæst.4. gl.in clemen. 1.in uer.clericos de uita,& honesta. cleri.& ita tenet Ioan.Lupus in tract.de censura ecclesiast. q.11.& 5.& Grammati.decisio.10.nu.1. Afflict.in constitu. Neapo.lib.1.rubr.9. & Ioan.de Imo.in c.ex literis nu.6.de uita,& honesta.cleri.& opinionem istam facit mentionem esse communem Albertus Trotus in tract. de uero,& perfecto clerico in lib.1.dubio.11.Sed hodie isti clerici occasionem, ansamque præbuerunt Concilio Tridentino non leuem de reuocando, ac annullando omnes leges facientes in eorum fauorem,& sic Concilium ipsum Tridentinū sub Pio Quarto Pontifice in 23.sessione cap.6.incip. nullus prima tonsura initiatus. statuit, & ordinauit quòd clericus primæ tonsuræ, aut in minoribus ordinibus constitutus

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.



ſtitutus non gaudeat fori priuilegio,niſi beneficium eccleſiaſticum habeat,aut clericalem habitum, & tonſuram deferat: iccirco ò clerici cauete ne uobis nimis fræti in antiquis eccleſiæ conſtitutionibus obliuiſcamini dicti Concilij Tridentini, & accidat uobis, ut euenit cuidam clerico Aquilano in minoribus ordinibus conſtituto, qui inceden do abſque habitu, & tonſura fuit captus à iudice ſeculari cum armis prohibitis, & uigore Concilij prædicti amiſit forum iudicis eccleſiaſtici.

OPINIO XXXVIII.

Clericus. Ordo eccleſiaſticus poſt delictum cõmiſſum à laico aſſumptus fraude,& dolo,ut forum iudicis declinet non liberat eum à iudicis ſecularis iuriſdictione,ut tenet,& probat Cõis opi. Oldra.conſi.4.Bar.in l.1.col.2.ff.de pœnis,Io.And. & alij in c.1.de oblig.ad ratiocinia.quorum ſententia communis eſt,ut apparet ex citatis per Aufre.in clemen.1. de offi.ordi.reg.1.fallen.11. Marſil.ſing.534.& Lamber.in c.1.de hęret.in 6.q.13.& Marquardum de Suſannis in tracta.de Iudæis,& infideli.in 3.par.cap.5.nu.3. & Aegidium Boſſium in pract.crimi.in titu.de pœnis nu.38. & ſic per huiuſmodi fori mutationem non impeditur ſecularis iudex eum punire. Sed Bellamera in c.propoſuiſti.q.2.de foro compet. aſſerꝰit contrariũ quòd abſque ulla fraudis diſtinctione non poſſit crimen hoc à ſeculari puniri, tamen in practica nunquam ego diſcederem à communi prædicta,taquam in iure uerisſima, & fraus in caſu iſto præſumeretur ſi quis poſt delictum,& ante ordinem ſuſceptum fuiſſet accuſatus, ſeu denunciatus,uel infamatus,ſecundum Dyn.in l.Vlpianus. ff.de excuſa.tuto.& Doct. in locis præcitatis. Hoc uerò limitatur non procedere ubicunque quis feciſſet notum clericatus, uel introeundi religionem ante patratum delictũ, tunc enim nullo modo poſſet à iudice laico puniri, cum notum hoc delicti commiſſi tempus præceſſerit,ut concludit Iaſ.in l.cum quædam puella nu.11.ff.de iuriſd. om.iud. Gerardus ſing.51.Marſil.ſing.534.Io. de Arnono ſing.29. uolo tibi,& Mar.Antonius Blancus in pract.crimi.in caute.2.nu.5.circa fin.qui referunt ita tenere Bald.in l.1.C.an ſeruus ex ſuo facto, aſſeruntq; hoc eſſe ualdè notabile pro eua-

euadendo aliquem à mortis pœna, & præsertim quia stare tur iuramento suo secundum allegatos Doct. Cassaneus tamen in consuetu Burge.rub.1.§.5.scribit se non credere quod opinio ista à practicis admittenda sit, & eandem opinioné reprobat quoque Claudius Seyssel.in d.l.1. C. an seruus ex facto suo. Verum opinio Bal.Ias. & sequacium est magis cõ munis, ac eam sequuntur omnes Criminalistæ uarijs in locis, & Ioan. de Ana.in c.ad falsariorum col.fin. ext.de cri. fal.& in practica seruari dicit Gerar.in d.singu.51.& casus iste euenit in facto hodie hic in Ciuitate Aquilæ discutiturq; coram iudice seculari, & adhuc indecisus pendet:sed parum post præsentis opusculi impressionem relata causa Reuerendi Marini Pandulphi clerici Aquilani, discussaq; in contradictorio cum iudice Aquilano coram Illustrissimo Gubernatore prouinciali,suisq; Auditoribus mediante meo patrocinio ob memoratam doctrinam Bal. & communem reportauit sententiam ipse Marinus in sui fauoré, & sic obtinuit remissoriam ad iudicem ecclesiasticum, qui commiserat homicidium, & ob id formata aduersus eum inquisitione,& posito in carceribus,ac illis fractis per eum fugam arripuerat, & assumpto habitu clericali post hæc, atque accedente cum eo uigore prædicti homicidij,inquisitionis, & fugæ iterum in eosdem carceres detrusus extitit; tamen allegato uoto ante homicidium emisso de assumendo habitum clericalem, ac probato mediante iuramé to dicti Marini fuit remissus ad iudicem ecclesiasticum ordinarium. vi- Gerar- prat- qst- cap- 33- nu- 4-

Cõis opi.

OPINIO XXXIX.

Clerici non residentes in ecclesijs,in quibus habent,seu obtinent beneficia ecclesiastica tenentur omnino ad dicendas priuatim præces horarias à Romano Pontifice, & ecclesia, priuatisve institutas, alioquin ipsi clerici restituere tenentur fructus beneficij, quos perceperint eo tempore, quo à dicendis præcibus canonicis cessauerunt secundum Calderi.in c.1.de celebra.missa.Domi.in c.fin. de præscri. in 6.in 1. not. quorum opinionem ueriorem scribit Deci. in c.cum omnes in secunda lectu.col.2.nume.15. & seq.de constitu.& Andrian.in 4.sententia.in tract.de resti.in q.an clericus

clericus teneatur restituere ultra uictum de redditibus beneficij,& c.& Ripam in l.fin.q.65.C. de reuocan. donatio. & eandem sententiam arbitratur tutiorem glo. in pragma. sanctione qualiter horæ canonicæ sint dicendæ col. 2. in contrariam uerò partem inclinauerunt uidelicet quòd dicti clerici non teneatur aliquo pacto ad restitutionem fructuum Abb.& Cardin.in d.c.1.de celebra.missa.Præposi.in summa.44.distin.Siluest.in uer.clericus.4.q.23. & Fely. in
Côis opi. c.postulasti.nu.7.de rescript. post alios,quorum opinionẽ communem esse scribunt Moder.inibi;sed tamen priorem sententiam tanquam ueriorem comprobauit sinodus Lateranen.sub Iulio secundo sectione.9. & de hoc decreto faciunt mentionem Ioan. Bernard. Diaz in practi. crimi.ca. 49.& Martinus Azpilcueta in c.quãdo de consecra.distin. 1.nu.31.& istam opinionem contra communem tanquam tutiorem, & ueriorem ut supra docuimus sequendam fore. duximus omisso multiloquio,& alijs quàmplurimis rationibus,quæ allegari possent pro eius corroboratione.

OPINIO XL.

Clericus in bonis patrimonialibus non gaudet priuilegio ecclesiæ, nisi in casibus à iure expressis, ut concludunt
Côis opi. omnes Canonistę communiter in c.fin.de foro competen. Deci.in c.Episcopus.nu.19.de præben.& dignita.& in c.cũ M.de constitu. Illustris D.Restaurus Perusinus Præceptor meus in tract.de Imperatore.quæst.101.& Balbus in tract. de præscript.par.5.q.5.nu.2.ubi scribit istam esse communem,& Io.de Amicis consi.146.nu.1. glo.uerò in d.c.Episcopus inclinauit in contrariam partem,& Ripa post alios citato s per eum in suis singularibus responsis titu. de legibus,& longa consuetudine ca.2.nu.7.tamen quicquid Docto.præcitati suadeant contra communem,ob hoc difficile,immo impossibile foret cõtra eam in actu, practico obtinere, & ita consuluit Io. de Amicis in d.consi.146. quòd clericus nõ tenetur ad solutionem collectarum pro rebus patrimonialibus,& Ioan.Ant.de Nigris super c.regni.in c. 98.nu.4.incip.item statuimus quoe clerici.ubi ait hoc non habere difficultatem,& ampliat.

OPINIO XLI.

Clericus, seu prælatus beneficiatus habens administrationem de beneficij fructibus, uel alijs rebus ex fructibus ecclesiæ, uel intuitu ecclesię acquisitis non potest testando disponere, quia in uita usufructuario, & in morte usuario comparatur secundum glo. in c. in præsenti de offi. ordina. lib. 6. Bal. consi. 80. ad euidentiam lib. 5. Cardinalem consi. 110. tria sunt, & in c fin. ubi etiam Barba. de pecu. cleri. & alij quam plures citati per Bellonum consi. 3. nu. 2. ubi scribit istam esse communem opinionē: contrariam uerò sententiam uidelicet quòd clericus decedens possit transmittere suæ præbendæ fructus ad hæredes suos tenet cum alijs signatis per eum Iul. Clar. in tract. de testam. lib. 3. q. 27. uer si. dixi quod clerici. & eam asseuerat esse communem Ant. Corsettus in sing. in uer. clericus, & Couarruuias in epito. in c. cum in officijs num. 6. fol. paruo. 276. de testamen. ubi eam falsam esse asserit, & optimis quidem rationibus. immo nota secundum ueriorem Doct. opinionem quòd procedit prædicta communis negatiua, etiam si clericus simpliciter beneficium sine administratione habeat, ut conclu dit Abb. in repeti. c. cum esses cōl. 7. de testa. & Gemini. in d. c. præsenti, & nonnulli alij relati per Barba. in d. c. fin. & rationabilis quippè est hæc sententia, quoniam clericus ex redditibus sui beneficij ecclesiastici ultra honestum uictū sibi quicquam attribuere non potest c. Episcopus. 12. q. 1. & quicquid superest erogandum est in alimoniam pauperum c. quoniam quicquid decimaquinta quæstio. prima, & cap. aurum duodecima quæstio secunda, & si ex ecclesiæ fructibus clericus ipse sibi, uel suis predium emerit hoc ad ecclesiam pertinet, & ab illa, ut Domino poterit uendicari secundum glo. in cap. apostolicos, duodecima quæst. secunda, & Docto. in c. inquirendum de pecu. cleri. sed contrariam partem quòd clericus simpliciter beneficiatus, tā in uita, quàm etiam morte æquiparetur usufructuario, & utroque tempore faciat fructus suos sentit glos. & omnes in d. ca. præsenti, & istam glo. ponit esse communem Imo. in cap. peruenit ext. de fideiuss. & sequitur, attestaturque Clarius in d. quæstio. 27. uersicul. quarto uidendum est, & Bel-

Cōis opi.

Cōis opi.

& Bellonus in præcitato consi.3.nu.6.cum alijs citatis per eum, & sequi suademus totis uiribus in decisiuis tanquam uerissimam, & per consuetudinem generalem approbatã, ampliatur etiam secundò præmissa cõmunis eatenus procedere, ut non solum bona mobilia, ac immobilia per clericum ex ecclesiæ redditibus percepta, uerum nomina ét, & actiones competunt ipsi ecclesiæ, secundum Abb. & cæteros omnes in cap. relatum il.ij. de testa. ubi Couarruuias nu.1. meminit istam esse communem opinionem. dicta prima communis negatiua ita enucleata interpretatur nõ habere locum ubicunque clericus impetraret à summo Pontifice priuilegium testandi ac de huiusmodi rebus disponẽdi, quod Papa ex causa concedere potest cum ad ipsum uniuersarum ecclesiarum plena dispositio pertineat. cap. licet de præben. lib.6. clemen.1. ut lit. pen. ut per Abb. in d.c. cum esses, Alex. Ias. in l ut militibus. C. de testam. milita. Alexã. consi.15. uol.2. & Soci. consi.13. præsens consultatio, & est communis opinio, ut dicit Dec. consi.147. quæritur de expensis, Couar. in d.c. cum in officijs nu.7. idemq; secũdum Doct. congestos per Ias. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & hoc de plano procedit, quando Papa moueretur ex iusta causa ad concedendum clerico testãdi facultatem secundum Abb. in d.c. cum esses, quem sequitur Fely. in c. constitutus col. antepen. de rescrip. & Barba. in c. cum in officijs col. 6. de testa. cum alijs relatis per eum ibi, & iusta causa esset si clericus suis pauperibus consanguineis subuenire uellet, nam ideo bona ecclesiarum comparata sunt, ut ex eorum fructibus pauperum inopiæ succurratur. c. uidentes. 12. q.1. & faciunt notata per Abb. in c.1. de coh. clericorum, & mulierum: interpretatur postremò dicta communis non procedere quando consuetudo reperiretur in contrarium, quia clerici uigore huiusmodi consuetudinis disponere, ac testari possunt de fructibus suorum beneficiorum secundum omnes Doct. præcitatos indifferenter, Geminia, ac cæteros in d.c. fin. de officio ord. & istam opinionem asseuerat esse communem ultra allegatos scriben. Bello. in d. consi.3. nu.10. & 12. & sequitur Couarruuias in d.c. cum in officijs nu.9. ubi fatetur opinionem contrariam uidelicet quòd talis consuetudo admittenda non sit fore ma-

gis

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

gis communem ex signatis per eum. aliàs uero limitationes & quidem utiles, quod clericus testari possit, ponit Clar.in d.quæst.27.& Alex.de Neu.consi.13.nu.1.& seq. Côis opi.

OPINIO XLII.

Clerici non possunt torqueri stantibus indicijs, nisi sint infames,& de crimine diffamati,secundum Ant.& alios in c.1.de deposi.Bar.in l.ex libero.ff.de quæstio.Bar. Bald.& reliquos in l.præsbiteri.C.de episco.& cleri.Bart.& Alex. in l.qui sine.ff.de quæstio.Ias.in l.magistratibus.ff.de iurisdictio.omn.iudic.Marsil.in sing.55.aduertas ad unum,ubi refert ita obtinuisse in practica in Ciuitate Cumarũ, Curti.in tract.nobilita.fol.15. qui dicit,etiam si contra clericũ essent mille indicia torqueri non posset,nisi foret de crimine diffamatus,Fely.in c.de hoc.de simoni. Moder.Hispan. latissimè in decisio. criminali in glo. tortura, & Deci.in c. at si clerici.num.9.de iudi.ubi scribit ultra precitatos scriben.istam esse communem opinionem, & sequitur quoque cum alijs innumeris relatis, & dicit magis ueram, & communem Per. Duennas in reg.190. nu.3. Ampliatur hoc ẽt procedere si ciuiliter contra ipsum clericum agatur,ut notat Panor.& Philip.Francus in c.dilectis de appellat.dummodo sit de crimine diffamatus, & infamis, ut per Corne. & Barba.in d.c.1.de deposi. ubi asserunt istam esse communem opinionem,& Io.Bernar.Diaz in sua pract. crimi.canonica in uersi. tortura cap.117.ubi materiam istam usque ad saturitatem explicat. & dato quòd clerici ipsi torqueri possint concurrentibus præmissis,ob hoc itaq; tortura eorum non debet ita esse sæua quemadmodum laicorum secundum communem opinionem omnium Doct. quam citat Abb.in reg.cum in contemplatione,& Io.Bernar. in loco præcitato. Côis opi. Côis opi. Côis opi.

OPINIO XLIII.

Compensatio licet fiat ipso iure.l.si constat,& l.fi.C. de compensa. est tamen necesse quòd ea apponatur ab homine,ut declarant Docto. in d.l.si constat in uerbo ipso iure, interpretantur præfata similiter in debito iurato, quia de debito iurato, ad non iuratum compensatio non admittitur

Cõis opi. tur secundum communem opinionem, de qua per Ias. in l. cum qui. §. si iurauero nu. 2. ff. de iureiuran. & Afflict. decisio. 163. die septimo Octobris post alios à prædictis Docto. citatos.

OPINIO XLIIII.

Comparatio literarum unà cum litera, ad quam fit comparatio facit semiplenam probationem secundum glo. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eod. tit. quam celebrant, & sequuntur Moder. in d. l. admonendi, Cõis pra. ubi audacter fatentur se uidisse practicari iudicem ex æquitate. l. ubicunque. ff. de interroga. actio. compellere debitorem ad respondendum num illa scriptura priuata, sit manu sua, ac etiam scribere propria manu, ut ex ea fiat comparatio, & hoc idem sentit Ang. in §. si quis igitur auth. de fide instrumen. cæterum glo. in l. 3. §. 1. in uer. speciem. ff. de testi. inclinauit in contrariam partem uidelicet dictam cõ Cõis obse. parationem facere plenam probationem, & ita affirmat se uidisse communiter seruari Alberic. in l. comparationes. C. de fide instrumen. hocq; de plano procederet si talis esset comparatio, quæ ostenderet scripturam simul cum scriptura, ad quam fit cõparatio per omnia similem, hoc itaq; casu plenam probationẽ faceret. d. §. si quis igitur, ubi probatur à contrario sensu, & in isto casu incorrecta remanebit. d. l. comparationes, ut per Bal. & Saly. in auth. sed nouo iure, & in d. l. in bonæ fidei. & hoc quòd in casibus, in quibus sola literarum comparatio sufficiat, & plenè probet, procederet quippè, quando ageretur ciuiliter, secus si criminaliter, puta in crimine falsi, quia ad probandum falsitatem sola literarum comparatio non sufficeret secũdum Deci. consi. 615. col. 1. & Ripa. in d. l. admonendi col. 20. Purpuratus uerò inibi col. 30. uoluit fieri posse indiciũ ad torturam secundum personarum qualitatem; & utrum ista comparatio sit sufficiens indicium ad torturam, uide Bar. declarantem in. l. fin. de quæstio. & Glo. Bar. & Docto. in l. fin. C. fam. ercis. interpretantur prædicta similiter quòd in omnibus scripturis priuatis excepta apocha sola, & simplex literarum comparatio plenè probat, ut habetur in d. l. comparationes, Bar. in l. si contractus col. 2. C. de fide instru.

facit indicium ad torturam.

strũ. ubi ait quòd d. l. comparationes uolens ex comparatione induci plenam fidem solũmodò est correcta in apocha, non autem in alijs priuatis scripturis, quem sequitur Alex. consi. 58. & 114. col. 1. lib. 7. & Soci. consi. 4. col. 1. lib. 3. ubi etiam uoluit quòd etiam in epistola sufficiat sola literarum comparatio. quoad plenam fidem, & ratio est quare d. l. fuit correcta in apocha, quia datur à debitore creditori, & ob id si sola comparatio sufficeret de facili reperiretur, qui literas alienas æmularentur, aut contrafacerent, & quatenus diximus Soci. in d. consi. 4. firmare d. l. comparationes non esse correctum in epistola, alijsque priuatis scripturis, dic istud etiam sequi in epistola Alex. d. consil. 58. in princ. & 114. col. 1. Deci. in c. 2. col. 5. de fide instru. & consil. 219. in fin. Purpura. in d. l. admonendi. col. 35. & Curti. iunior consil. 118. col. pen. & 162. col. pen. & ita ista omnia pulchrè, & doctè referebat Illustris. D. Marcus Antonius Oradinus Præceptor meus interpretans publicè Perusij d. l. admonendi, à quo complura alia in iure Cęsareo, canonicoq; didicimus, quę ponentur in 2. parte huius opusculi suo loco, & tempore.

OPINIO XLV.

Condemnatus ad mortem, seu ad quamcunque aliam pœnam tempore, quo proficiscitur ad furcas, uel ad aliud supplicium destinatum si arriperet fugam, & acciperet sacerdotẽ portantẽ per ciuitatẽ corpus Christi, absq; aliquo dubio esset immunis, ac tutus ab illa pœna, ut per glo. in c. quæsitum. 13. q. 2. quam sequuntur Archidia. ibi Hostien. in summa de immunitate ecclesiarum Cardin. in clemen. 1. §. institutione in fin. de reli. & uener. sanctorum, Corsettus in sing. in uer. Cardinalis, & communiter omnes Canonistæ in c. sanè de electio. Roma. sing. 335. Catel. Cotta in memo. in uer. rationis identitas, Alberti. in c. 1. de hæreti. in 6. nu. 18. & istam esse cõem scribit Gome. in §. pœnales. nu. 50. institu. de actio. Ioan. de Arnono in soliloq. 80. dictat capitulum regni, cuius est initium. & Ioan. Lup. in rub. de dona. §. 38. numero quinto, quod uerum est dummodò ad ipsum corpus recurret, & suscepisset communionem, ut habetur per Felyn. in c. quærenti de offic. deleg. similiterq; Cõis opi.

D priuile-

priuilegium Cardinalis liberat istum cōdemnatum à morte, nam Cardinales habent priuilegium, ut si cōdemnatus ad mortem ducatur ad supplicium, & ei fiat obuiam Cardinalis ipse, & pileum apposuerit in caput eius non potest exequi sententia ad mortem, sed liberatur, ita per Bal. in l. additos, ubi Paul. de Cast. C. de appellatio. Amode. Iustinū in tract. syndicatus. nume. 253. & Cotta in suis memora. in uer. Cardinales, & Pet. Duēnas in regula. 81. ubi ponit hoc pro regula cum sex limitationibus remissiuè: ideoque dat cautelam Cæpo. in 2. caute. in prin. ut condemnatus procuret ut Cardinalis transeat per uiam, per quam ducitur ipse condemnatus, & obuiam sibi faciat, & apponat in condemnati capite pileum, & erit liber, ut per Par. de Puteo in tracta. de syndica. in uersi. pœna uersi. an si primò. Tertiò etiā liberatur condemnatus ad mortem si uellet meretricem existentem in Lupanari ducere in uxorem, ut per Pari. de Puteo in citato uersi. an si primò, & in uersi. & alia quæ nō omitto, ubi ait hoc iure non probari, sed tantum quòd peccata omnia sibi dimittuntur, & ita practicant Hispani, & obseruant, ut ibi per eum; meretrices enim nota trahere de Lupanari, & accipere in uxorem proficit ad remissionem peccatorum. c. inter opera de sponsa. immò secūdum Cardi. & Præpo. ibi hoc opus exercenti remissio peccatorum omnium conceditur, licèt istis Docto. & malè refragetur Abb. nam Oseas propheta duxit meretricem in uxorem, & illam ex mala bonam fecit, & qui hoc fecerit non est culpandus, sed laudandus etiam si esset homo optimæ qualitatis, & absque culpa aliqua c. non est culpandus Oseas propheta. 32. q. 1. faciunt not. per Alberi. in dictiona. in uersic. meretrix, & per Couarru. in epito. in 2. par. c. 8. §. 11. nu. 3. fol. paruo. 194. facit tex. & glo. in l. si ea quæ. C. de adulte. & solemnitas iuris humani, & pœna cessat, puta quando aliquis ducit puellam meretricem in uxorem, ut bonam reddat, & amplius non peccet, secundum Abb. consi. 11. in causa nu. 1. uol. 1. c. relatum de testa. quæ enim spiritu Dei agūtur non sunt sub lege humana. c. licet de regula. Abb. d. cōsi. 11. col. 1. tunc enim uidetur redemptum corpus, & anima puellæ à peccato, & à diaboli captiuitate, ergo cessat solēnitas, & pœna iuris. Quartò condemnatus ad mortem libe-

Cōis pra.

ratur

ratur propter miraculũ, ut per Lucam de pena in l.1.C. de deser.& occul.lib. 12.& Dec. in l.fauorabiliores.ff.de reg. iuris. ubi ponunt exemplum de eo, qui suspenditur ad furcas,& laqueus confrãgitur, & cecidit suspensus in terram, tunc proculdubio erit liberandus condemnatus ad mortẽ ex quo uidetur miraculosè factum, & est maximum innocentiæ signum,hocq; intelligit Deci.ubi supra si prius fuerit protestatus de sua innocentia ut per Pari. de Pute.in d. uer. pœna uersi. an si, il secondo per dictum Psal. Laqueus contritus est,& nos liberati sumus,& per Criminalistas omnes uarijs in locis iuris nostri. Quintò mætus instantis periculi, & mortis excusat delinquentem à capitali pœna, ideoq; si quis tyrannus,aut potens dicat alicui non potenti occidas talem:aliàs occidam te,& ille erat in huiusmodi constitutus calamitate quòd si eius iussum non adimpleret mitteret minas ad effectum, tunc si aliter euadere non potest uitam suam occidendo excusatur si occidat, nec utiq; aliqua pœna punitur propter mortis periculum secundum Bald.& Alex.in l.liber homo.ff.ad l.Aqui. & Floria. ibi in prin. in l.quod dicitur.ff.ad l.Aquil.& in l. 1.ff.de sica. Pet. & Cyn.in l.scientia.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.Bal.in l. 1.q.2.C.unde ui,in l.seruos.C.ad l.Iul.de ui.& in c. 1.§.iniuria col.fin.de pace tenenda,Gãdi.in rub.de pen.col.pen. glo.in l.si familia communis in uersic.& si seruus.ff.si fami. fur.fe.Cæpo.caute.4.& 40.Ioã.de lig.in tract. de bello fol. 125. Felyn.in ca. significasti il.2.circa fin.de homici.Curti. consi.20.Ias.in §.Mitius col.antepen.de actio. Deci.consi. 336.& in regula uelle nõ creditur.ff.de reg.iu. & in l.quod iussu eo.tit.& in l.ut uim.ff.de iusti.& iure,ubi scribit istam esse communem opinionem Marsil.consil.25. Corsetus in sing.in uersi.mætus, ubi etiam hanc fatetur communem,& sequendam;& Grammati.uoto.28. Cõis opi.

OPINIO XLVI.

Conductor modicum damnum, ac impensam substinere,& pati debet æquo animo l.si merces.§.uis maior.ff.loca.& declarat Bar.in l.impensæ.ff.de impen.in re. do. fact. & Natta consi. 13.nu.2.post alios relatos per eum sed maximum damnum pati de iure non permittitur aliquo modo;

si laqueus suspensi frangatur

Tyranni minae

undè remissio facienda non esset conductori, nisi damnum sit ultra dimidium iusti prætij, uerbi gratia, si ipse cōductor soluendo affictus conuentos restasset læsus non solum in tertia parte, ut aliqui Doct. dixerunt, sed etiam ultra dimidium iusti prætij, id est quòd nō recollegisset tot fructus deductis sumptibus, qui æquiualerent dimidiæ pensionis per eum soluendæ, quia id probando, tunc posset petere remissionem mercedis pro rata damni, aliàs non, secundum opinionem Bar. in l. licet. C. locati, quam asseuerant communem inibi Moder. & Fran. Aret. consi. 32. citantes sequentes eam, Soci. iun. consi. 68. nu. 9. uol. 2. Io. de Amicis consi. 142. nu. 3. & seq. & Aegidius Bossius in pract. crimi. in tit. de remissione mercedis conductorum nu. 4. fol. 288.

Cōis opi.

OPINIO XLVII.

Confessio facta sponte in criminalibus absque tormentis, uel metu tormentorum, etiam nullis indicijs præcedentibus, uel non data indiciorum copia, & sic data nullitate processus sufficit sine aliqua ratificatione ad condemnandum confitentem, ut est tex. & ibi not. in c. 1. de accusa. lib. 6. ita tenet Bal. in add. Specu. in titu. de confes. col. 1. idem Bal. & Doct. in l. 2. C. quod metus cau. Bal. & Ang. post glo. in l. 1. C. de confes. Anchar. in clemen. 1. de homici. & idem Ang. in l. 1. col. fin. ff. de confess. cum alijs allegatis per Follerium in practi. crimi. in 1. pár. 3. partis in uersi. si confitebuntur nu. 65. & 68. & istam ait esse communem opinionē Gandi. in tract. maleficiorum sub rub. de quæstio. & tormētis, uer. quis sit effectus quæstionis, & Moder. in c. at si clerici in prin. de iudi. Bonifacius in tract. maleficiorum in rub. quæ indicia debeāt præcedere torturam nu. 7. & Follerius in loco præcitato nu. 65. ubi latè limitat istam communē in nouem casibus. Contrarium uerò Docto. affirmauerunt in confesso in tortura semel, quia semel confessus in tormentis nisi perseuerauerit, condemnari per iudicem nequit, ut habetur in l. 2. ff. de custo. reo. tamen potest iterum quæstionari, ut respondent omnes Doc. communiter teste Boeri. decisio. 163. nu. 28.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO XLVIII.

Confessio facta coram iudice incompetente, quæ licet non ualeat, ut iudicialis, ut per Doct. indifferenter passim, ualebit tamē ut extraiudicialis, & iudex ordinarius potest ipsum confitentem ponere ad torturam, quemadmodum si extraiudicialiter esset confessus arg. notatorum in l. capite quinto. ff. de adulter. potest etiam eundem cogere ad perseuerandum in huiusmodi confessione extraiudiciali, nisi doceat de errore, & de causa uariandi, ut uoluit Guil. de Cu. & communiter omnes Doct. in l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum, quam quidem communem sequitur, celebrat, & citat Iaffredus decisio. 104. & Boerius decisio. 90. & 89. Cōis opi.

OPINIO XLIX.

Confessio facta absente parte in fauorem absentis inducit semiplenam probationem secundum glos. in l. capite quinto. ff. de adulter. & ita sentit Bart. consi. 123. factum sic se habet, & in l. admonendi. ff. de iureiuran. quem sequitur. D. Ant. in c. fin. ext. de confess. & in c. fin. de iureiuran. ext. Bal. in l. 1. C. de fur. Pau. de Cast. consi. 82. & 255. Roma. in l. 1. ff. solu. matr. & consi. 373. in secundo dubio, Corne. consi. 261. col. prima, uolu. tertio, & alij quamplures relati per Petrum Duennas in suis regulis in reg. 120. confessio extra iudicium, & istam ait esse communem opinionem Cra uetta in tract. de antiquitate temporum in prima parte, argumento tertio, numero trigesimo, Afflict. decisio. 337. nume. 6. & Moder. in d. l. admonendi, ubi ponunt exemplū dictæ communis, ac eam plenissimè declarant, & Marsil. sing. 202. ampliat in sex casibus. Cōis opi.

OPINIO L.

Confessio, seu ea quæ fuerunt dicta sacerdoti in confessione per confitentem, per ipsum sacerdotem reuelari nequeunt, & dato quòd reuelaret istam cōfessionē sibi nulla

fides adhibenda esset, hoc uerò fallit quotiescunque sacerdos esset fide dignus, assereretq; mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de reuelanda confessione, tunc enim creditur dicto sacerdotis secundum Lapum in allegatione sua. 94. mulier in cõfessione, cuius doctrinam refert, sequiturq; Fely. in c. ueniens el. ij. col. 9. de testi. pro quo ipse adducit ibi dicta per Ioannem Calderi. consi. 25. testator habens filios, & quòd clericus, seu sacerdos possit reuelare cõfessionem de consensu, & licentia expressa sibi data à confitente firmant omnes Canonistæ in c. significasti de adulte. & istam dicunt esse communem opinionem Fely. in c. testimonium col. 10. de testi. & Ripa in tract. de peste in titu. de remedijs ad curandam pestem nu. 108. & sequitur Cotta in suis memoralibus in uer. iuramẽtum probat difficultatem & c. post medium.

Cõis opi.

OPINIO LI.

Consuetudo, seu stylus respiciens decisoria causę non ligat forenses, secus si ordinaria iudicij secundum glo. Ant. de But. Abb. & communiter Doct. omnes in c. quod clericis ext. de foro compe. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ de cõstitu. ubi Abb. in lectu. & repeti. circa fin. & latè Fely. ibidẽ col. 10. uer. 7. declaratio. & col. 29. uer. tertius casus, & ponunt glo. & Doct. in c. quæ contra. 8. distin. c. certificare de sepultu. consuetudo enim quotiescunque est localis non ligat forenses, nisi subditos, ut ait Oldra. consi. 248. & Rom. consi. 163. ubi dicunt quòd consuetudo Parisiensis, quæ habet quòd marito præmoriente pars lucri per maritum acquisiti durante matrimonio applicatur uxori non ligat forenses. Sed ad rem unde digressi sumus reuertendo, declarandum esse duximus quo modo stylus ipse respiciat decisoria causæ, dic quòd tunc respicit decisoria causæ quum respicit modum probandi, potest assignari exemplum circa hoc in libro priuato mercatoris producto in iudicio utrum ei detur plena fides in iudicio, quo casu proculdubio dicitur respicere decisoria, & non ordinatoria secundum Bar. in l. ictus fustium. C. ex qui. causis infami. irrogetur, & Bal. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. in fi. & Aret. in c. dilecti col. pen ext. de iudi. & Fely. in d. c. quod clericus in fin.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO LII.

Consuetudo rationabilis, & æqua potest induci decem annorum spacio secundum glo. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. & ista est communis opinio, ut asserit Ias. in d. l. de quibus nu. 43. Doct. in cap. fin. de consuetu. in 6. Christo. Portius in §. sed quod ptincipi nu. 21. instit. de iure natura. genti. & ciui. Pet. Duennas in reg. 138. consuetudo inducitur, & Grammati. decisio. 64. num. 34. & hoc procedit siue consuetudo sit contra ius, siue præter ius secundum communem præmissam, quam limitat Pet. Duennas in d. reg. 138. in 5. casibus, & illa præsertim dicitur consuetudo rationabilis, de qua meminit text. in d. c. fin. ubi antiquiores canonici debent optare gradatim præbendas uacantes: dicitur etiam consuetudo rationabilis, quando soluitur aliquid pro lampada ardēte ante sacram eucharistiam. c. ad apostolicam de simo. sed ista consuetudo non dicitur inducta ex eo, quòd aliqui particulares ex deuotione hactenus fecerunt hos sumptus, quoniam oportet quòd tales particulares impensas fecissent animo consuetudinem ipsam inducendi, non autem ex particulari deuotione, ut per Panormi. in d. c. fin. requiritur in effectu necessariò quòd huiusmodi impensæ fuerint factæ sciente. & consentiente uniuerso populo, uel maiori parte saltim, secundum Canonis. omnes communiter in d. ca. fin. & Legistas in d. l. de quibus, quam communē sequitur, & citat Ripa in suis singularibus responsis tit. de legibus, & consuetudinibus cap. 20. nu. 7. & consuetudo rationabilis, quæ dicatur relinquitur sæpe sæpius arbitrio iudicis, secundum doctrinam Ioan. And. in c. 1. de constit. in 6. communiter ibi, & alibi ab omnibus approbatam, ut meminit Io. Nicol. in florib. iuris patronat. lib. 1. nu. 15.

Cōis opi. Cōis opi. Cōis opi.

Consuetudo rationabilis q sit. In consuetudine reqr scientia.

OPINIO LIII.

Consuetudinem iniquam, & irrationabilem lex decernens non solum præteritam consuetudinem iniquam, sed etiam futuram damnat, & sic consuetudo futura isto casu minimè admittenda est, quia legis dispositione apparet iniqua. c. fi. de consuetu. sentit hoc Innocen. in c. ex parte uer.

Cōis opi. sed distingue eo.tit.Domi.& alij omnes communiter in c. 1.circa fin.de constitu.in 6.& Moder.in d.c.fin. ubi faciunt mentionem de ista communi.

OPINIO LIIII.

Consuetudo etiam futura procedere non potest aduersus legem, quæ ipsam consuetudinem simpliciter reprobauit, nam eam sensim iudicat iniquam esse, ut per Bar.in l.fi. ff.de lega.2 Bal.in l.fin. C.de pact.pignor. Domini.& Francum in ca.1.col.fin.de constitu. in 6.Abb.in cap.secundo, nume.septimo, de probatio.Areti.in l.3.ff.de testa.Imo.in c.cum ab omni.nume.3.de uita, & honesta.cleri.& Ias.in l. cunctos populos.nu.74.C.de summa trini.& fide.Tiraque. in tract.de retractu in præfatio. nu.18. & seq.hoc idem tenent, & sequuntur Fely.& Deci.in d.c.2.de probatio.num. 2.asserentes istam esse communem, Rocchus Curti.in c.fi. de consuetu.fol.52.col.4.Ias.in l.de quibus. nu.55.ff.de legi.& Alexan.& Ias.in l.si mihi, & tibi.§.in legatis circa fin. ff.de lega.primo. Cōis opi.

OPINIO LV.

Consuetudo ex noua causa potest induci contra legem derogantem etiam expressim futuris consuetudinibus, ut per Ant.col.27.Abb.col.fin.Rocchum Curt.fol.53. in ca. fi.de consue.Domi.in c.1.col.fi.de consti.in 6.Abb.nu.8.& Deci.nu.2.in c.2.de proba. quorum opinionem asseuerant inibi omnes, præsertimq; Moder.esse communem, & uerissimam per nonnullas rationes allegatas per eos. Cōis opi.

OPINIO LVI.

Consuetudo debet esse obtenta in contradictorio iudicio secundum glo.in §.ex non scripto, institu.de iure naturali, & in rub.C.quæ sit longa consue.quam sequitur Alex. consi.132.in 1.dubio lib.1.consi.136.col pen.uol.2. & consil.173.col.2.lib.6. ubi concludit Alex. quòd requiritur, ut sit obtenta in contradictorio iudicio, uel saltem q quis tali usui, aut consuetudini aliquando contradixerit, & quòd non obstante huiusmodi contradictione sic fuerit obseruatum, & quòd requiratur ad ualiditatem consuetudinis q in

in contradictorio iudicio fuerit obtenta, quod est contra legem tenet Franciscus de Ramponibus inter consi. Calderi. consil. 6. col. 2. in titu. de censibus, Anchara. consil. 178. col. fin. uisis & diligenter inspectis, Ang. consi. 367. in quæstione uertente col. 3. & Curt. iunior in tractat. feudorum in quarta par. quæst. trigesima, in contrariam uerò sententiã uidelicet q̄ nõ requiratur aliquo pacto cõsuetudinẽ esse obtentam in contradictorio iudicio tenet Bar. in l. de quibus colum. quinta, & in repeti. illius l. col. quinta. ff. de legi. Abb. consi. 73. col. pen. in tertio dubio col pen. libr. 2. Veronensis consil. trigesimo primo, circa fin. Bald. consi. 210. col. secunda lib. 1. Ias. in d. l. de quibus col. 3. uersi. in secunda parte, & consil. 46. col. 2. uol. 1. Crauet. consi. 55. nume. 6. Soci. consil. 99. col. 2. lib. 1. ubi asseuerat istam esse communem opinionem, Corneus quoque cons. 293. col. 3. uol. 1. & consil. 179. col. 2. uol. 3. & consil. 155. col. fin. uolu. 4. & Tiraque. in tract. primogeni. quest. 91. in fin. & contra istam communem difficilè foret in iudicijs obtinere; qua quidẽ retenta tanquã uerissima interpretor eam ut dũtaxat procedat in actibus extraiudicialibus, secus in iudicialibus, in quibus requiritur quòd sit obtenta consuetudo in contradictorio iudicio secundum Bald. in præcitato consil. 210. col. 2. libr. 1. Areti. in d. §. ex nõ scripto col. 3. ubi non facit mentionẽ de Bal. sed solũmodò citat Saly. in d. l. de quibus. Cõis opi.

OPINIO LVII.

Contractus metu initus non est nullus ipso iure, sed causat rescissionem per actionem quod metus causa, secus est in contractu dotis, qui proculdubio si fieret per metum esset nullus ipso iure. l. pen. ff. quod met. causa, quod est speciale in dote, & procedit. d. l. penul. etiam si per stipulationem expressam dos promitteretur, ut sentit glo. & communiter scriben. in c. 2. quod metus cau. licet Bar. & malè senserit contrarium in d. l. penul. cuius opinionem ultra alios communiter impugnat Bald. Nouellus in tracta. de dote in 6. par. 39. priuilegio; & de ista communi attestantur Doct. in uarijs locis iuris nostri, & Moder. in d. cap. secundo, & in d. l. pen. & his accedit quòd metus reuerẽtialis non præsumitur, ut eo mediãte actus rescindere possit, præsertim; Cõis opi.

in ma-

in marito respectu uxoris, in prælato respectu Episcopi, in patre respectu filiæ & in cæteris his similibus, ut uoluit Inno. in c. causam matrimonij de offic. deleg. quem sequitur ibi Bal. Card. Abb. & Archidia. Bar. & alij. in l. interpositas C. de transactio. & ista est magis communis opinio, de qua attestātur Moder. in præcitatis locis. accedit similiter prędictis quòd metus reuerentialis concurrente maxima læsione sufficeret quippè ad rescindendum contractum quia aliàs sola præsentia, & reuerentia uiri non sufficeret, ut per Bar. eleganter in d. l. interpositas, & in l. ad inuidiam. C. qđ metus cau. & scriben. omnes post Innoc. in d. c. causam matrimonij, & ista est communis opinio teste Curtio seniore in d. l. interpositas col. 4. & ꝓbatio istius metus nota quòd remittitur iudicis arbitrio, ut per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui ope. nunc. Glo. Innoc. in c. cum dilectus quod metus cau. & glo. & communiter omnes Doctο. in d. l. interpositas.

Cōis opi. — Cōis opi. — Cōis opi.

OPINIO LVIII.

Creditor conditionalis non dicitur propriè creditor, sed impropriè, quia mox ab initio non potest exigere arg. l. debitor. ff. de uer. signi. & ita concludit Bar. in l. 1. ff. si cer. peta. quem sequuntur communiter Doct. ut latè prosequitur Alex. Deci. in 1. lectu. nu. 29. & in 2. lectu. in fin. alijque Moder. ibi, pro ista itaque opinione communi allegantur uaria iura, præsertimq; l. uideamus. ff. de liber. leg. ubi ad literam dicitur creditorem conditionalem esse impropriè creditorem, faciunt etiam nonnulla alia, quæ curiosis uidenda derelinquimus; contrarium uerò tenuit Fulgo. & Alcia. in d. l. 1. seu ipse Alciat. in l. 1. ff. de uerb. signif. & Vaconius in sua declaratione, 93. sed Deci. in d. l. prima, distinguendo resoluit istam materiam, quæ distinctio semper mihi placuit.

Cōis opi.

D

OPINIO LIX.

Debitor capi, ac carcerari potest uti suspectus de fuga probata prius per solum iuramentum suspitione fugę à creditore, & sic sufficit iuramentum creditoris, ad hoc ut capi possit

possit debitor suspectus, secundum Benedictum de Plumbino,& Ang.in repeti.l.nemo carcerem.C. de exacto. tributo.lib.10 Roma.in l.fideiussor.§.fin.ff. qui satisdare cog. Ioan.de Imo.post prin.& Ias.nu.19.in l.2.ff.solu.matr. Parisi.consi.107.nu.54.uol.3.& ita consuluit Alex. consi.19. nu.2.uol.3.& Natta consil.29.nu.2.& 10.& hanc opinioné asseuerat Pau.de Cast.consi.474.nu.1.uol.1. totum mundũ seruare, & eandem opinionem dicit communiter practicari Caccialupus in tract.de debitore suspecto, & fugitiuo in 6. q. nu.18.& ita per prædictam communé practicam ego sæpe sæpius iudicaui,dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami Anno Domini.1561.& 1562.in contrariam uerò partem uidelicet quòd debitor uti suspectus de fuga nõ possit carcerari, nisi fuerit prius legitima suspitionis causa allegata,& probata per duos testes inclinauit Bald. consil. 285.nu.3.& 4.uol.1.& in l.apertissimi.nu.9.C.de iudi.Ange.Aret.in prin. institu.de actio.nu.8.Ang.titubanter in l. si ab arbitrio.§.qui ex causa nu.9.ff.qui satisd.cogan.Alex. in d.l.2.nu.22.Ias.in prin.institu.de actio.nu.91.& in d.l.si arbitro,& Parisi.consi.101.nu.5.uol.3.& istam opinionem ait esse communem Ripa in suis singula. responsis in tit. de legibus,& longa consuetudine.c.13.nu.28. & Thomas Parpalia in repetitio.d.l.2.col.21.& sequitur,declaratq; abundè Lanfran.in c.quoniam contra in ca.3.de recusationibus nu.9.& ibi Celsus eleganter in add.de probatio. & Grammat.consil.ciuili 17.num.12.cum alijs seq.quicquid tamen suadeant præcitati Illustres Doct. propterea non discedo à prima sententia,quæ quotidie obseruatur in omnibus Italiæ curijs, & probatur ista optima ratione, quia hoc casu periculum uertitur in mora,& res est talis, quæ claritatem desiderat,& ubicunque periculum est in mora ad probationem suspitionis iuramentum sufficit, ut est glo. & ibi Innocen.in c.quoniam frequenter ut lite non contesta.& in l.2. ubi Doct.C.ubi in rem actio; & sic iudex ex prædictis securè ostenso prius instrumento debiti per creditoré, ac præstito iuramento de suspitione,& fuga potest concedere, ac impartiri licentiam capiendi,& carcerandi dictum debitorem:quæ quidem licentia capiendi etiam diis feriata introducta in honorem Dei potest cõcedi, saltim ad hunc effectum,

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi. ctum, ut debitor præstet suo creditori cautionem de iudicio sisti secundum glo. singularem, & communiter ab omnibus scriben. approbatam in l. dies festos. C. de ferijs in uer. fideiussionis, quam glo. cum materia late explicãt Docto. in l. 2. ff. de ferijs, Ias. & Moder. in d. l. 2. & Doct. in §. 1. institu. de actio. sed si nota congruenter hic debitor esset fugitiuus, & arriperet fugam, licitum esset suo creditori ipsum capere propria authoritate, & ipsum captum ad iudicem ducere secundum Specu. in titu. de accusat. uersi. idem fortè in debitore argumento. l. ait prætor. §. si debitorem de his quæ in fraudem cred. & idem etiam probatur ex no. per Bald. in c. 1. §. 1. de pace iura. firman. Ias. in l. 1. num. 71. ff. de offi. eius, Marsil. in sing. 43. & 243. & Parisi. consi. 107. num. 52. & consi. 99. nu. 3. uol. 3. & Ruinum cõsil. 18. nu. 4. uol. 5. & creditor nõ solum posset capere suum debitorem propria authoritate in actu fugæ, sed etiam illum, qui esset in fuga mentali, secundum Caccialupum in d. tract. de debitore fugitiuo in 4. q. col. pen. ubi hoc latè probat ex mente Doct. & declarat.

OPINIO LX.

Debitor recipiens pecuniam nomine mutui, nec indigens ista pecunia sibi mutuata potest eandem inuito creditore reddere, & sic creditor inuitus cogitur illud idem recipere secundum Cyn. & Doct. omnes communiter in l. 2. ff. si cer. peta. quia sufficit quòd in eodem genere restitutio fiat, & nõ potest esse magis in eodem genere, quàm si idem sit; alias, & fortasse urgentiores rationes adducit Dec. in d. l. 2. in 1. lectu. num. 8. corroborando, tuendo, & allegando istam cõem licèt Bolognet. ibi. nu. 2. teneat ruditer contrarium; quam quidem communem opinionem declarãt præcitati Docto. non procedere, quando res esset deteriorata, nam si esset deteriorata non posset reddi, tũc enim non diceretur esse eadem res. l. 3. §. si reddita. ff. commoda.

Cõis opi.

OPINIO LXI.

Debitorem quantitatis difficultas soluendi non excusat à mora secundum Bart. in l. continuus. §. illud nu. 5. & seq. per illum tex. ff. de uer. oblig. & in l. quod te. nu. 14. ff. si cer.

peta.

peta.quem ibidem sequuntur Alex. num.9.Zasius num.38. Curt.iun.nu.37.Iaco.nu.3.Ant. de But.& Abb.in c.breui. nu.4.de iureiuran. quam quidem opinionem Bar.audacter attestati sunt esse communem Ruinus consi.150.nu.3.uol. 1.Deci.col.5.Ias.nu.32. Bartholomæ. Soci.nu.32.Purpurat.nu.63.& Ripa.nu.52.in præcitata l.quod te/in contrariam uerò sententiam ruditer, iudicio meo,inclinarunt Saly.Cuma.Roma.& Deci.nu.13 in d.l.quod te. & Hierony. Gigas in tracta.de pensionibus.q.75.nu.3. quicquid tamen præfati Doct.præcipitanter suadeant contra dictam communem ob hoc ab ea non recedo, quia non est tutum recedere ab opinione Bar.secundum Pau.Castr.consil.353.uisis omnibus instrumentis;immo Innoc. in c. dilecta de appella.dicit assessores nolle à sententia Bart. recedere, & eo magis non esset recedendũ à prædicta opinione, quia constat esse magis communem,ut refert Ruinus in d. cõsi.150. & iudex, qui contra communem iudicat censetur propter imperitiam iudicasse,ut dicit Alex.in l.cum prolatis,& ibi Ang.ff.de re iudi.Ias.in l.fin.col.pen. ff. qui satisda.cogan. & Curti.seni.consi.49.col.30.& consil.46 num.13. ideoq; dictam communem tanquam uerissimam mihi sequẽdam fore constitui, quam communem ita retentam limitat, ac declarat Ruinus in memorato cons. 150. nu.9. in quatuor casibus non procedere, & in quatuordecim alijs casibus eam declarat Purpuratus in d. l. quod te. nume.64. Cõis opi.

OPINIO LXII.

Debitor non potest cedere bonis, quando creditor renunciat iuri illum carcerari faciendi secũdum doctrinam Bald. in l.1.nu.17.C.qui bonis cede.poss.communiter receptam,ac approbatam à scriben.ibi,quam sequuntur etiã Ioan.Faber,& Ias.in §.fin.nu.17.institu. de actio. & de ista communi opinione attestantur omnes Doct.in præcitatis locis, & ratio huiuscemodi communis sententiæ assignatur isthæc per Bald.in d.l.1.quia ratio carceris cessat, qua cessante beneficium bonis cedendi cessare debet. Cõis opi.

OPINIO LXIII.

Debitor cessionis bonorũ beneficio redditur indignus indicans partem bonorum, & partem occupans, secũdum glo.& Bar.in l.pen.ff.de cessio.bono.Bal.& alios Doct.cõmuniter in l.1.eod.tit.& Ang.& Ias. in §.fin.instit. de actio. unde si iste debitor fuerit cõuictus quòd partem bonorum non indicasset ex malignitate,& dolo, tunc ut superius deduximus est repellendus omnimodò ab huiusmodi beneficio cessionis bonorum tex.est in l.fin.ff. de his quæ in frau. credi. secundum lecturam Bart. communiter approbatam ibi,& idem tenet Bar.& alij Docto.in l.alia.§.eleganter.ff. solu.matri.& Bal.in l.1.C.de cessio.bono.quos Doct.referunt,& sequuntur Alex.& Pau.de Cast.in d.§.eleganter;& hoc idemq; reperitur sancitum de iure regni in pragmatica incip.Don Petrus de Toleto Marchio Villæ Franchæ,ubi habetur quòd uolens cedere bonis debet omnia bona sua, & iura indicare, & in actis insinuare creditoribus instantibus, & debitam quantitatem ipsorum iurium, & bonorum profiteri,ubi Ioan.Franciscus Scalionus appostillans dictã pragmaticam nu.2.& 4. declarat hanc materiam, sed ubicunque debitor errore, seu bona fide non indicasset bona omnia sua creditoribus,uel modica esset res, quæ non fuit demonstrata non perdit beneficium ob hoc cessionis bonorum secundum Bal. in l.fin.§. cum igitur col.3.C.de iure deliberan.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO LXIIII.

Debitor promittens, ac se obligans soluturum suo creditori centum Aquilæ certo die, differensq; tempore debito in dicto loco solutionem, posset utique conueniri non solum Aquilæ,uerum etiam in quocunq; loco, etiam si ibi forũ non sortiatur secundum Bal.Saly.& Pau. Cast. in l.1. ff.de eo quod cer.loco,post antiquos ibi,& alios quàm plures congestos per Ias.in §.plus autem nu.27.& seq. institu. de actio. ubi attestatur hanc esse communem opinionem. Sed nota qđ ubicunq; debitor obligasset se cũ hoc pacto, seu clausula, ut posset conueniri Aquilæ,& ubique locorũ, tunc isthæc clausula nihil operaretur,nam prædicto pacto non

Cõis opi.

non obstante posset debitor conuentus declinare forum Aquilæ, nisi promisisset, ac se obligasset iste debitor soluere, & ubique locorum ubi fuisset petitum secundum Doct. in l.3.§. si quis ita il primo.ff.de eo quod cert. loco, in d.l. 1.eod.titu.in c.1.ext.de iudi Bar. & alios in l.si quis in con scribendo.C.de episco.& cleri.ubi Alex.nu.6.ait hanc esse communem opinionem, & Ant.Gallesius in tract.cameralis obligationis in 2.par.quæst.3.nu.1. Cōis opi.

OPINIO LXV.

Debitor non potest per pactum se obligare ad carceres si in termino non soluerit, & sic non potest consentire aliquo modo, ut possit cōpelli, capi, & carcerari propria creditoris authoritate secundum Dyn.Bart.Imo.Ang.Roma. Alex.& omnes magis communiter in l.alia.§.eleganter.ff. solu.mat.& Ang.& Moder.col.1.ff.de leg.1.per illum tex. & alios relatos per Ant.Gallesium in tract. cameralis obligationis in 2.par.q.4. nu.2. nec ualet pactum quòd debitor non cedat bonis secundum Iaco.de Aret. & Bal.in l.1.col. 3.C.qui bonis cede.poss. & alios Doct. cōgestos per Cottam in suis memorialibus in memo.in uersi.solui.post medium, ubi refert etiam Doct.contrarium asseuerantes; quæ quidem conclusio procedit, ac ampliatur etiam si huiusmodi pactum, seu obligatio ad carceres esset iuramento firmata, uel firmatum, ut per Bald.in auth.sacramenta puberum, C.si aduer.uenditio. Alex.in d.§. elegāter & istam ait esse communem opinionem Alciat. in ca. cum contingat. nu.69.de iureiuran. Cōis opi.

OPINIO LXVI.

Debitor obligatus singulis annis soluere unum par caponum occasione alicuius rei, eo casu certum est posse cōueniri officio iudicis, uel interdicto possessorio, & sic pro annua præstatione competunt, seu conceduntur remedia possessoria secundum Canonistas communiter in c.querelam de electio.per illum tex.& ita in contingentia facti iudicatum fuit in sacro Concilio Neapolitano teste Afflicto decisio.395.nu.3.4.6.cum duobus seq. & in Rota Bononiē si, ut meminit Petrus de Benintendis decisio. 27. quamuis Cōis opi.

legistæ

Cõis opi. legistæ omnes affirment contrarium in l.si certis annis. C. de pactis,& Iacob.Menoch.cum alijs quampluribus signatis per eum in tract.recuper. possess. in primo remedio.nu. Cõis opi. 87. ubi ostendit istam secundam opinionem crebriorem fore, sed ueritatem istius conclusionis planè, abundeque demonstrat Afflict. in præcitata decisio.395.Ripa in l.fin. nu.3.& seq.ff.quorum bonorum,& Tiraquellus in tract. de utroque retractu in §.1.glo.6.& §.6. glo.1. nu.10. & seq.& hic notandum,seu docendum est unum congruēter utrum iste debitor, qui tenetur dare unum par caponū liberetur soluendo,ac consignando eos mortuos,Bart. in l.quod te. ff.si cer.peta.in vlti.quæst.tenet quòd non liberetur aliquo Cõis opi. modo,quem sequuntur Doct. & eius opinionem latè prosequitur ibi Bolognettus num.83.item aduertendum est ꝙ promittens dare cuilibet canonico omni anno par caponum nō tenebitur si numerus canonicorum augeretur secundum Petr.& Cyn.in l.non modus.C.de seruit.

OPINIO LXVII.

Debitor speciei.per interritum rei ante moram liberatur actione præscriptis uerbis, seu de dolo. l. quòd te. ff. si cer.peta. ubi Ias.nu.12. & Ripa nu.4. cum multis alijs seq. quia casus fortuitus non est ascribendus culpæ debitoris ut in l.cum duobus.§. damna.ff. pro socio, sed iste debitor non liberaretur ob hoc à conditione,ob causam secūdum Cõis opi. communem opinionem omnium Docto. in præcitatis locis,quam sequitur,& attestatur Ias.in l.fin.nu.12.C.de con trahen.empt.& Ferandus in repeti.l. pacta conuenta num. 80.in 3.lectu.ff.eod.titu. uerum ut facilius intelligatur ista communis præcitati Doct. tradunt hoc exemplum, uideli cet do Scyphum, ut des sticcum, sed sticcus ante morā perijt,profectò non agam præscriptis uerbis in te,ut des sticcum,quoniam eum non potes pręstare,nec similiter agam ad id, quod interest mea, nam cum non fueris morosus nō est subrogata obligatio ad interesse, nihilominus agam ad repetendum Scyphum,siquidem datur,conceditur; mihi ex capite pœnitentiæ condictio ob causam, & istam communem Latius declarat Bolognettus in d.l. quod te. num. 55.& seq.

OPI-

OPINIO LXVIII.

Dedicatio facta de se,& bonis ecclesiæ seculari intelligitur de bonis præsentibus,non autem futuris,ut libera facultas testandi in futurum non impediatur secundum Bart. in auth.ingressi C.de sacrosan.eccl.nu.14. & ista est cõis opinio,ut refert Soci.in tract.de oblationibus in 8.lib. Cõis opi.

OPINIO LXIX.

Defendere offensum si potest, & delicto obuiare nemo tenetur de iure ciuili secundum glo. in l. culpa caret ff. de reg.iur.quam sequitur Bar.in l.1.§.sed in eo.ff. ad Sillania. in l.metum §. sed licet ff.quod met. causa, in l.ut uim ff.de iusti.& iure col.1.Salyc.in l.quisquis §.id quod ff.ad l. Iuli. maiest.Roma.consi.117.Felyn.in c.qui alios de hære.& in c.1.col.2.de offi.deleg.ubi etiam Deci.col.3.& Barba.col. 8. Anchara. in c. dilecto de senten. excommu.col.2.lib.6. Aret.in §.iuris. institu.in fin.de iusti. & iure, & Ias.in d.l.ut uim col. pen. & istam scribit esse communem opinionem Deci.in d.l. culpa caret nu.4. & Hierony. Chucalon ibi in add.in princ.& Francis.Conscius Decanus Senensis in c.1. nume. 78. de offic. delega. de iure uerò canonico tenetur quis si potest obuiare delicto, tueriq; offensum,ut per glo. in d.l.culpa caret, & ad hoc facit tex. in d.c.dilecto,tamen Andr.Siculus in d.c.1.affirmat opinionem d.glo. non esse ueram , quia etiam de iure canonico nemo tenetur alium iuuare,& hoc in foro contentioso,secus uerò in foro conscientiæ esse dicit, & ita iura citata secundum eum intelliguntur,& idem tenet Ant. de But.in d.c.quante, Abb.in c. 1.de restitutione spoliatorum,col.fin. Bald.in l.1.C.de seruis fugiti. col. quarta,Ioan. de Anania in cap. secundo, de hæreti. Saly.in d.§.id quod,legistæ omnes in d.l.ut uim,& Canonis.in d.cap.quante. uidelicèt quòd dicta glo.intelligatur in foro conscientiæ, & ista est communis opinio, ut constat per supra allegata,& attestatur Conscius in d.cap. primo,nume.84.& seq.ubi etiam Deci. & Ias.in d.l.ut uim col. pen. licèt in præcitatis locis ipsi teneant contrarium, uidelicèt q de iure canonico quis teneatur aliquem iuuare, Ego uerò semper hortarer omnes homines,ut obuiare

Cõis opi.

Cõis opi.

deberent delictis propter periculum animæ, conscientiæque, quæ cunctis rebus præferenda est, quando posset tutè, & absque aliquo uitæ discrimine, & haberet secum arma acta ad obuiandum delictis, & non aliter; nam ubicunque quis defenderet extraneum, & eum tuendo alium occideret nõ ueniret puniendus, ita Iasin d.l. ut uim col. antepen. ubi ait

Côis opi. istam esse communem opinionem, & D. Phili. in d.c.1. col. 5. sed ista communis ita enucleata, & explicata interpretatur non habere locum in uassallo, qui profectò tenetur offensioni domini sui obuiare secundum Iacob. Leo. consil. 117. num. 18. quod reperitur positum inter consi. feudalia Alberti Bruni, & ita tenent Docto. in d.l. ut uim; limitatur quoque ista communis in nonnullis alijs casibus traditis p Bar. & alios in d.l. ut uim, per Anchar. in d.c.1. & Deci. in d. l. culpa caret nu. 5. cum alijs seq.

OPINIO LXX.

Depositarius de dolo duntaxat tenetur. l. si ut certo. §. nunc uidendum ff. commoda. & §. præterea institu. qui. mo dis re. contra. oblig. sed aduerte, quia non solum de dolò, uerum de lata culpa etiam tenetur l.1. C. deposi. & per gl. in c. fin. in uer. culpa ex. deposi. & in d. §. præterea in uer. dolo, & tradit Bal. consi. 218. præmittendum est lib. 5. quoniã dictio illa tantum non excludit latam culpam l.1. §.1. ff. si mens. fal. modum dixe. inferri etiam potest quòd depositarius de leui, & leuissima culpa nullo pacto teneatur, ut in principio posuimus, & conclusio hæc procedit, quando depositum factum sit gratia deponentis, quia nulla utilitas eius uersatur apud quem deponitur, ideo solus dolus præstatur, ut dicit tex. in d. §. nunc uidendum, secus ergo si factum sit depositum contemplatione depositarij, tunc quippè de leuissima culpa tenetur. l. si quis nec causam in princ.

Côis intel lect. ff. si cer. peta. secundum communem intellectum, de quo latè scripsit Deci. ibi, eodem modo si depositarius obtulit se de leuissima culpa obligatur, secundum gl. in l. contractus, ubi Deci. ff. de reg. iuris per. l.1. §. sepe. ff. depo. quia eius occasione, qui rogauit, contractus uidetur celebrari. l. si gratuita. §. margaritas. ff. de præscrip. & istam scribit esse com

Côis opi. munem opinionem Barba. in c. bona fides nu. 3. de deposi.

licet

licet ipse in contrarium ponderet tex. ibi in æquiparatione,quam facit de eo,qui se obtulit, & de eo, qui pecuniam pro custodia recipit, quē uide ibi col. 2. quia firmat quòd quando quis se obtulit,uideatur cōtractus celebratus gratia recipientis tantum, si uerò depositum factum sit occasione utriusque depositarius de dolo,lata, & leui culpa teneatur secundum distinctionem, quæ habetur in d.§. nunc uidendum,& latius hoc tradit Bar. in l.quod Nerua col.antepen.& Abb.post alios in c.1.de deposi.

OPINIO LXXI.

Distributiones quotidianæ, ēt ex consuetudine absentibus, & non ministrantibus dari non debent c. unico de cleri.non residen.in 6.ubi Docto. immo nec canonicis secundum iuris dispositionem existētibus in Episcopi seruitio, & ministerio debentur istæ distributiones .c. de cætero de cleri.non residen.similiter nec illi,qui literis in aliquo studio operam dant distributiones quotidianas recipiunt, vt not.in c.licet de præben.ubi glo.Abb.& Docto.communiter,in c.in præsentia de proba.ubi Moder. hoc latè explicant,quibus adstipulatur istud no.quòd habens à Papa priuilegium, ut fructus beneficij etiam absens recipiat non posset quotidianas distributiones ex eo habere tex. est, & ibi glo.communiter approbata in c.fin.de rescrip.lib.6.gl. & ibidem Doct.in c.2.de priui.eo.lib.tradit Ioan. Staphi. in tract.de literis gratiæ,& iustitiæ fol.192.col.1.& quamuis Pontifex proprio rescripto iubeat absenti reddi fructus beneficij, ac si clericus præsens esset non ob hoc ei distributiones quotidianæ debentur secundum glo. communiter receptam in d. c. unico de cleri. non residen.in 6. & ibi Probus num.50.& hoc idem dicendum erit ubicunque Pontifex absenti permitteret fructus percipere, & ei debere statueret ac si resideret,ad huc enim ex hac indulgentia fructus beneficij distinctos,& separatos à distributionibus quotidianis percipiet, nō autem ipsas distributiones quotidianas, quod adnotauit Cassador. post alios in decisio. unica in titu.de clericis non residentibus.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO LXXII.

Dictio taxatiua apposita in lege continēte casum fauorabilem, uel pium impedit extensionem ad casus similes, secundum glo.Cyn.Bar.Bal.Saly.& omnes in l.illud C.de sacrosan.ecclc.ubi donatio usque ad 500.aureo. quæ tunc fieri poterat ad certas pias causas duntaxat,ibi commemoratas nihilominus in aliam causam similem poterat fieri, secundum glo.& omnes,sequitur Bart.in l.serui ff. de usucapi.Roma. in l.non erit §.dato. ff.de iureiu. Bar.& cæteri Doct.in l.si constante in 9.q.ff.sol.mat.Crotus num.59.& Ripa.num.86.attestantur esse communem,& tradit Riminaldus consi.109.nu.24.

Cōis opi.

OPINIO LXXIII.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum aliàs prohibita tanquam liberam testandi facultatem tollens non ualet,nec tenet secundum Bar.& alios Doct.communiter in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uer.obli. quam nimirum communem sequuntur, declarant,& citāt Moder.inibi,& Curtius iunior consi.23.nume.1.& infiniti consulentes uarijs in locis,& Iul.Clar. cum cæteris signatis per eum in tract.de dona.q.19. sed fallit ista communis ubicunque donatio hæc esset facta ecclesiæ, tunc enim ualet,& tenet,ut ponit Ias. in d.l.stipulatio hoc modo concepta nu.10.& Latius in l.fin.col. fin.C. de pactis, ibiq; Deci. nu.31.asseuerat istam esse communem opinionem, & in c. in præsentia nu.8.& 27. de probatio. & post eum Augusti. Berous ibi nu.81.& idem Deci.testatnr consi.488. nu.5.& Ias.cousi.169.col.4.uol.4.& Clar.in tracta.de donat.q.20. uersi.ulterius quæro.tamen in hoc casu ecclesia ipsa teneretur donanti alimenta subministrare l. sunt qui, cum tribus sequentibus.ff.de reg.iur. & ita tenent omnes præcitati Doct.examinantes materiam istam. fallit secundo loco dicta communis si in ista donatione omnium bonorū præsentium, & futurorum fuerit appositum præcarium, tunc quippè habetur loco traditionis,ut per Doct.in d.l.stipulatio hoc modo concepta,Alex.in l.3.§.incertam, & ibi Ias. audacter asserit istam esse communem opinionem, quam sequitur

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

sequitur Afflịct.decisio.30.& Tiraquc. in tractat. constitut. possesso.in 2.par.30.ampliatio. Tertiò limitatur communis ista, quando in donatione omnium bonorum præsentium,& futurorum fuerit facta retentio fructuum, ac alicuius rei certę à donante,de qua disponere posset,quo inquã casu ualet donatio,secundum Doct.omnes in d.l.fin.C. de pact..& in d.l.stipulatio hoc modo concepta, & alios quãplures congestos per Boeri.decisio.204.num.25.ubi affirmat istam esse communem opinionem,licèt Deci.præcipitanter consi.33.& consi.351.& consi.203. tenuerit contrarium, in quibus locis uoluit etiam ipse Deci. donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum non ualere, quando donans reseruasset de illis bonis in uita disponere,simul ac in morte, sed in hoc casu sicut in alio superius relato communis opinio uidetur contra Deci. ut abundè deducit Boeri.in d.decisio.204. nu.25. Quartò limitatur præcedens communis quando aliquis donaret omnia bona sua alteri per stipulationẽ,tunc enim donatio ista transit in contractum,qui est irreuocabilis,ut sentit glo. in d.l. fin.C.de pact.in uer. accommodauerit,quam communiter sequuntur scriben. ibi, & de ista communi ultra Moder.in d.l.stipulatio,& in d.l.fin. testatur Boer.decisio.353.nu.2. & 14. aliàs uero quamplures limitationes communes, & ualdè utiles ponit copiose Clar.in d.q.19.& seq. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO LXXIIII.

Donatio facta à patre filio in potestate non ualet regulariter,secundum Alberi.in l.si pater.in prin.C.de inoffic. testam.Parisi.consi.16.nu.19.uol.2.Docto.communiter in l.frater à fratre ff.de cond.indebi.quam communem citat, & latè limitat in decem casibus Crotus inibi,& inter alios casus interpretatur per scriben. ista communis non procedere ubicunq; donatio esset iurata inter patrem, & filiũ in potestate, quia tunc ualeret,& substineret ratione iuramẽti,ut tenet Bal.in l.fi.C.de usuc.pro do.in consil.430.præmittendũ est uol.1.aliàs 362.uol.3.Abb.cæteriq; Canonistæ in c.cũ contingat de iureiu. & legistæ in d.l.frater à fratre, & in l.pacta quæ contra.C.de pactis, Areti. consil.27. col.2.& consi.72.in fin.Alexan.consil.20.colum.1.uolu.3. Cõis opi.

& in l.si donatione.C.de collatio.ubi Ias. quoque,Deci.& Riminal.attestantur istam esse communem opinionem,& idem Deci.consi.202.Alciatus consi.45.nu.2.Crauet.consi.202.col.2.Parisi.conn.69.num.128.uol.3.Bertran.consi.35.col.2.& consi.62.nu.4.& consi.135.num.1.uol.1.ubi dicit quòd ista hodie uidetur communis sententia tam scribentium in iure,quàm consulentium,quam etiam latè tenet Ias.consi.118.col.1.uol.4.Soci.iun.cõsi.13.col.1.uol.2.Ruinus consi.179.col.2.uol.1.& consi.96.num.5.uol.5.Capici.decisio.Neapo.56.col.1.& Alciatus cõsi.29.aduersus donationem nu.1.& seq.& Vasquius cum alijs innumeris signatis per eum in trac. de successi.resolutione.l.1.§.3.nu.8.ubi ait magis communem fore,atque refert alios doctores contrariæ sententiæ,eamq; fatetur communem Alciat.in d.c.cum cõtingat nu. 207. & Clar.cum alijs relatis per eum in trac.de dona.q.8.uer.sed quæro. vbi ait in practica hodie non habere difficultatem aliquam, & donatio ista non est imputanda filio in legitimam.l.si quando.§.generaliter.C.de inoffi.testa.& notat Crauet.consil.136.nu.2. fallit similiter dicta communis quotiescunque donatio facta esset propter benemerita præcedentia filio in potestate constituto, tunc utique ista donatio statim ualeret, secundum glo.in auth unde si parens C.de inoffi.testa.cuius opinio communiter approbatur.teste Deci. in d.l.si donatione.nu.10.& Riminal.consi.240.num.3.& ratio est, quia præsumitur sibi deberi ex operibus suis, & sic indicatur aduentitium, & aduentitia in quartam non computantur. l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testa. cæterum Alex.cõsi.8.uol.2.& col.1. allegando concordantia dicit communem opinioné esse quòd imputetur, nisi expresse dicatur; ampliatur dicta limitatio eatenus procedere quòd si pater donaret filio, qui ipsi patri beneficia cõtulerat nulla facta mentione,uel expressione meritorum,tunc præsumeretur istam donationem esse factam intuitu meritorum præcedentium, non autem intuitu filiationis secundum glo. Saly.cæterosq; Doc. communiter in d.l.si donatione,& Crotum qui communem asseuerat in d.l.frater,à fratre nu.79. tamen si in instrumento diceret sanguinis affectione,tunc potius præsumeretur dictam donationem celebratã fuisse

naturali

Cõis opi. (margin)

Cõis opi. (margin)

Cõis opi. (margin)

naturali affectione, quàm ob merita, ut per Doct. præcitatos, & ita consuluit Pau. de Castr. consi. 105. sed quæstionis tollendæ gratia cautè pater posset specificare benemerita, ubicunque enim in instrumento forent specificata beneficia ualeret donatio inter patrem, & filium, ut concludunt Docto. communiter in locis citatis, & communis ista non habet contradicentem, ut per Moder. in d. l. frater à fratre, & intellige limitationem hanc procedere, quando uidelicet benemerita rei donatæ responderent, ut est glo. no. cõmuniter approbata in d. l. si donatione in uersi. postulas, & in c. relatum il ij. in uersic. iuxta seruitij de testa. Bar. in l. si fortè. nu. 5. ff. de Castren. pecu. & de hac communi attestatur Deci. in l. petens. num. 17. C. de pact. Sed quomodò dicatur merita æquiualere donationi, dic quod hoc relinquendum est iudicis arbitrio, qui attentis meritis iudicat donationem moderatam, uel non moderatam, secundum communem opinionem omnium Docto. citatam per Ias. consi. 154. nu. 5. uol. 2. & in hoc non standum esset confessioni patris scilicet merita præcessisse, sed opus est quòd seruitia ipsa probentur, ut tenent glo. & Bar. in d. l. fortè, Ias. in d. l. frater, à fratre. nu. 44. Corne. consi. 144. num. 10. uol. 2. Mantua in d. l. si donatione nu. 46. ubi Riminal. nu. 8. Cotta in memoralibus iuris in uer. donatio inter patrẽ, & filium, Ruinus consil. 96. num. 2. uol. 5. & Afflict. decisio. 360. nu. 15. & ista est communis, ut in seq. conclusione ponam post prin. fallit quoque dicta communis, quando pater remitteret filio usumfructum in bonis aduentitijs filij, nam in casu hoc donatio statim ualeret nõ expectata morte patris, secundum Bar. in d. l. frater à fratre, nu. 57. glo. & Bar. in l. 2. C. de inoffi. testa. quam doctrinam Bar. sequuntur Doct. communiter, Ias. in d. l. frater à fratre, num. 44. & Crotus ibi col. 4. fallit ulterius dicta communis non procedere in donatione facta filio in potestate à patre causa studij, quam donationem ualere dicunt, sicuti pro dote factam, Bal. Ang. Alex. & Ias. in l. 1. ff. sol. matrim. & Clar. in tract. de donat. quæst. 8. uers. tertio refertur, quorum opinio certè uidetur dubia, & nimis periculosa, nam contrarium quòd non ualeat huiusmodi donatio tenet Bart. Bal. sibi contrarius, Imo. Alex. Iasonq; similiter, Salyc. Ponta-

Cõis opi.

Cõis opi.

 nus,

nus,& Ripa,qui prędictos citat in d.l.1.in fin.& recitat istā esse communem opinionem, nec procedit hic æquiparatio dotis, & studij, quoniam pater tenetur dotare filiam l. fi.C. de dotis promissio. sed non tenetur aliquid dare filio causa studij præter grammaticam, qua filius cum honestate conditionis suæ carere non potest, ut per Alex. in d.l.1. in fin. meritò donatio facta filio causa dotis per patrem ualet,sed non idem iuris censeri debet de donatione facta cā studij,cum in donatione studenti facta fraus subesse possit, & tantò magis, quia Scolares sunt calidi, & aduersus eos præsumitur,ut tradit Bal.in d.l.neque natales C.de proba. & Ias.in l.non hoc nu.17.C.unde legiti.

Cōis opi.

OPINIO LXXV.

Donatio inter uirum, & uxorem regulariter constante matrimonio est inualida,& prohibita, ut in toto titu.ff. & C.de donatio.inter uir.& uxo. & ponit pro regula cum aliquibus ampliationibus Io.Lupi in repe.c.per uestras super rub.§.46.& seq.de don. inter uir.& uxo.sed hoc fallit ubicunque donatio ista prohibita ratione personarum firmaretur iuramento,tunc quippè ualet, prout tenet Bart. in l. Seius,& Augerius ff. ad legem Falci. & in l. si quis pro eo. ff.de fideiusso.Federi.de Senis consi.150.Guil.de Cu.& Alberi. in l.sed & si possessori.§. item si iurauero.ff.de iureiu. Maranta in trac.iudiciorū in 6.par.nu.26.Abb.Imo. aliijq; Canonistæ in c.cum contingat de iureiur. Pau.Castren. & Ias.abundè plures cumulans, & dicens istam esse magis cōmunem opinioné in l.pacta quæ.C.de pact. Marsil. in practi.crimi.§.secunda quæstio nu.59.Boeri.decisio.92. nu.6. Deci.consi.232.col.2.Rube.cōsi.25.nu.5.& consil.54.col. 1.Ruinus consi.179.nu.11.uol.1.& consi.132.nu.2.uol.4. Areti.consi.84.in 2.dubio,Soci.iunior. consi.44.col.2.uolu.2.Bertrandus consi.215.uol.4.consi.301.nu.3.& consil. 327.num.4.uol.1. & Clar. in cæteris congestis per eum in tract.de dona.q.9.uers.sed quid si in ipsa donatione.vbi ait esse indubitabilem in consulendo,& in iudicando.& Paris. qui pari modo supponit esse magis communem opinioné consi.86.num.46.uol.3.Cotta in lib.memoralium in uers.

Cōis opi.

dona-

donationes inter uirum, & uxorem, ubi dicit quòd secundum istam communem sæpius uidit iudicari, & Crotus in repeti.l.frater à fratre, nume. 72. & sequen.ff. de conditio. indebi.respondet omnibus Doct.contrarium asserentibus: in cōtrariam uerò partem inclinauit idem Bart. in l.1.ff.de dona.inter uir.& uxo.cum alijs congestis latè per Ias. in d. l.pacta quæ,& Soci.consi.65.col.6.& sequē.& Curti.senio. consi.66.num.3.4.5.& 6. ubi recitat sententiam istam communiorem esse,quam sequitur etiam,tuetur infinitis propè rationibus, & exprimit pariter communem fore Cassaneus in consuetudini. Burgundiæ in tit. des droictz,& appar.à gens mariez.§.7.in uer.supposè que lesdicez contraulx à nu. 1. usque ad nu.28. tamen quicquid suadeant Curti. & Cassaneus longo sermone in locis præmissis à prima opinione affirmatiua, & magis communi fatuum foret in actu practico discedere, quam minimè spernit Io. Lupi in repeti.c.per uestras super rub.§.51.num.1.& 10.de donat. inter uir.& uxo.cum alijs signatis per eum ibi.sed hoc certè non procedit in donatione simulata, quia hoc casu uidetur esse facta in fraudem non ualet, nec firmatur iuramē to,secundum Bar.in l.codicillis §.Titia in fin.ff.de lega. 3. & Ruinum consil.130.nu.4.uol.1.& Clar.in d.q.9.hæc tamen conclusio.ubi docet istam esse communem opinionē. & iuramentum hoc dicitur assertorium,quod quidem non ualet, sed si esset promissorium de futuro scilicet, quando promitterem non contrauenire nullo unquam tempore, tunc uigore istius iuramenti promissorij firmatur donatio istā,ut per Bald.Nouellum in tracta. de dote in decima part. col.5. & Ripam in tertio lib.de donationibus capi.6. fallit secundò dicta conclusio, seu regula in donatione facta inter uirum, & uxorem ex causa benemeritorum, seu seruitiorum, quæ donatio utique ualet secundum præcitatos Docto. tamen seruitia ista debent probari aliter, quàm per confessionem ipsorum coniugum, secundum doctrinam Barto. in l.si fortè ff. de Castren. pecu. communiter approbatam ab omnibus in l.si donatione.C. de collatio. de qua communi ultra scriben. ibi facit mentionem Soci. consilio sexagesimo quinto, colum. 2. & consil. 66. col.3.uolu.1.& Cranet.consi.175.nume.2.fallit tertiò dicta

Cōis opi.

Cōis opi.

2ª lim.

3ª lim.

cta regula in donatione reciproca, uidelicet reciprocè inter coniuges hoc modo facta, quòd si contingat alterum præmori superstes habeat bona ualet, & tenet talis donatio, ita concludit Cyn. Bald. & Saly. quos refert, & sequitur Ias. in l. si pater puellæ. C. de inoffi. testa. & Soci. in trac. fallentiarum fallen. 204. in primo uers. limitatur quarto loco non habere locum præcedens regula quotiescunque uxor marito donaret ius patronatus tantum, quia tunc ualeret donatio, ex quo maritus non efficitur locupletior. l. naturalis. §. fin. ff. de præscr. uer. & l. planè la ij. in fin. ff. de lega. 1. & ita tenet Alex. in l. si constante §. siue autem circa fin. ff. solu. matr. & Domini de Rota decisio. 11. in antiquis sub rubr. de pact. incip. consuetudo circa fin. limitatur quintò ubicunque plebeius acciperet mulierem nobilem in uxorem, seu senex puellam, & constante matrimonio faceret instrumentum de receptione dotis, quam in effectu non receperat, & quamuis ista dicatur donatio inter uirũ, & uxorem, nihilominus ualet, quia fit in remunerationem, ad recompensationem propter inæqualitatem eorum, ita elegãter concludit Bar. post glo. ibi in l. si uoluntate. nu. 2. C. de dotis promis. & in l. si diuortio, & ibi Ias. num. 9. ff. de uerb. oblig. idem tenet Bal. in l. 2. §. fin. ff. si cer. peta. Abb. in c. 1. num. 8. de adulte. Ias. in l. fin. col. fin C. de uerb. signi. & in l. ex hoc iure. nu. 55. ff. de iusti. & iur. Tiraque. in tract. de ll. connubia. in 4. l. nu. 7. & in l. 5. nu. 18. & clar. in d. quæst. 9. uers. sed pone quod maritus. & istam recitat esse communẽ opinionem Curtius iuni. consi. 6. nu. 20. & Bal. Nouellus in d. tract. de dote in 10. par. nu. 7. limitatur postremò huiusmodi regula non procedere, quando uxor donaret pecuniam marito pro refectione ædium, quę incendio consum ptæ fuissent, ut in l. quod si uir uxori. ff. de donatio. inter uir. & uxo. limitaturq; eadem regula in nonnullis alijs casibus per Ioan. Lup. in d. c. per uestras. in rub. §. 49. cum sex alijs sequen.

OPINIO LXXVI.

Donatio facta priuato propter superuenientiam liberorum pœnitus reuocari solet. l. si unquam, & ibi not. omnes communiter. C. de reuocan. donatio. & in l. 1. C. de inoffi.

offi.donat.& Rui.consi.107.nu.22.uol.1. & amplia hoc in tantum procedere quòd licèt illius rei donatæ dominium fuisset trãslatum in donatarium per patrem ante natiuitatem filij, nihilominus post natiuitatem filij reuertitur in dominio donatoris dicta donatio ante petitionem ipsius ipso iure, ut per gl.& alios Doct. communiter in d.l.si unquam,& Bar.in l.Titia la ij.§.Imperator.nu.2.ff.de lega.2. quam communem declarat, & citat Ripa in d.l.si unquam num.103.simul cum alijs Moder.ampliatur etiam secundò quòd ista donatio reuocatur per superueniẽtiam filiorum ipso iure, quia continet in se tacitam liberorum conditionem secundum Bar.col.1.Rubeum nu. 289.in d.§.Imperator,& Io.Cephalum consulendo cum alijs citatis per eum consi.94.num.11.ubi scribit istam opinionem communem esse,& magis æquam. item ampliatur quòd reuocetur ipsa donatio, etiam interueniente iuramento secundum Barto. in d.§.Imperator,Iaf.cum alijs signatis per eum consi.125. col.2.uol.1.Goza.consi.80.num.16. Deci. & omnes communiter in l.1.nu.28.C.de pact.& Ruin.consi.70.nume.13. uolu.1.sed fallit primò ista communis ubicunque donatio esset facta ecclesiæ, tunc duntaxat reuocatur usque ad legitimam, ut uoluit glo.& Archidia.in c.fin. 17.q.4.Bart.in d. §. Imperator, & post eum Cuma. Roma. in auth.similiter in 8.specia.C.ad l.falci.Bal. Ang.Saly.& Pau.de Cast. in d. l. 1.Abb.& Imo.in c.fin.de donatio. Barba.in repeti.l.cum acutissimi col.37.C.de fideicommiss.Iaf. in auth.si qua mulier col.1.C.de sacrosan.eccl. & in l.generaliter.§.cum autem col.2.C.de institu. & substitu. Felyn. in c.in præsentia col.22.de probatio.Corne.consi.11.col.fin uol.3.& consi. 30.col.2.uol.4.Calca.consi.13.col.2 Corset. sing. in uersi. donatione incip.licet donatio, Parisi.consil.73.nu.24.uol. 1.ubi recitat istam esse communem opinionem, idemq; testatur Ripa in d.l.si unquam num.115. & Tiraque. ibidem nu. 66. uerum communis ista procedit in foro contentioso, in foro uerò poli ipsa ecclesia tenetur propter superuenientiam filiorum donata restituere tex.est in d.c.fin.17.q, 4.quem text.dicit ad hoc menti tenendum esse Augustinus Berous in c.1.seu rub.nu.217 de constitu. limitatur secundò dicta communis, quando facta esset per patrem uni filio.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

lio, quæ quippè donatio non posset reuocari, post natiuitatem aliorum filiorum, ut sentit Barto. & omnes Legistæ communiter in d.§.Imperator, & Canonistæ in d.c.fin.de donatio.ut per Ripam in d.l. si unquam. nu. 115. interpretatur postremò quotiescunque donatio esset remuneratoria, tunc quantumuis sit facta priuato non reuocatur, nec reuocari potest aliquo modo, secundm scriben.omnes cōmuniter in d.l.si unquam, ubi Moder. & Ripa.numer. 29. nonnihil istam communem declarant, aliàs uerò quamplures limitationes communes, & utiles quidem ponit ultra Rip.& Tiraquel.in d.l.si unquam. Clar.in tracta.de donat. quæst.22.& sequen.

Cōis opi.

3a. limit.

Cōis opi.

OPINIO LXXVII.

Donationem stipulans Notarius absenti, & ignoranti adhuc ex parte absentis, & ignorantis non est donatio, nec ei aliquod ius quæritur, nisi notificatione secuta, & sic eius consensu concurrente, ut tradit Bald.consil.210.lib.2.Albert.in l.non enim col.2.ff.de adoptio. Pau.Castren.consi. 195.col.3.uolu.2.Deci. legendo in l.certi condi.§.si nummos col.2.ff.si cer.peta.in l.1.nume.22.C.de pact. in l.contractus.nume.16.ff.de regu.iur. & consulendo consil.226. col.2.consi.247.colum.pen.consi.432.circa fin.consi.586. nume.13.& consi.661.col.2.Curti.iuni.consi.52.nume.12. consil.55.nume.9.& consil.120.col.2.Bertran.consil.116. col.4.lib.2.& cons.304.uol.3.Soci.in l.1.§.si insserim in fi. ff.de acquiren.possess.Ruinus consi.121.col.2.lib.1 & consi.174.col.2.eod.lib.Cassan.consil.7.col.8.& consi.59.col. fin.Parisi.consi.12.num.100. lib.2.Rube.in repeti.l.non solum §.morte, nume.9.& 59.ff.de noui oper.nuncia. & consil.132.Gratus consi.12.colum.1.consil.25.nume.37.consil.67.colum.2.consil.94.colum.2.& consil.127.colum.2. lib.1.Galliau.in rubr. nume.84.ff.de uerborum obligatio. ubi refert istam esse ueriorem opinionem, & Carolus Moline. in addi Alexan. consil.31. colum. penul.lib.6.scribit esse magis communem opinionem, & ad hoc corroborandum omnes præcitatos Docto.cumulat Tiraquel.in tract. de constitu.possesso.in 3.par.limitatio trigesima, num.10. & sequen.concludens inibi non ualere generaliter stipulationem

Cō is opi.

189.col.3.uol.2.quoniam non est eadem ratio donandi,& uendendi.l.nec adierit.ff.pro socio.Si uerò testator simpliciter legaret,uel donaret prædium emphyteoticum, tunc coarctatur ista cõmunis, & emphyteota ipsò priuatur suo iure.secundum Bar. in d.l.si domus.§.fin.cuius opinionem asserit esse communem Alex.ibi,Corne.consil.84.uidetur col.1.uol.2.& Ias.cõsi.109.spectabilis uol.2. & ratio istius limitationis uidetur hęc,nam testator uidetur legando malè uti re sibi in emphyteosim data,cum ex eo paretur legatario causa contra Dominum præscribendi.auth.qui rem. C.de sacrosan.eccle.ut per Bal. in l.eadem.C. locat.col.1. & in l.usufructu.ff.sol.matr. in contrariam uerò sententiã, uidelicet quòd emphyteota fisci, uel priuati donare, ac legare possit non requisito aliter Domino inclinauit Bald. consil.160.quæritur lib.1. cum alijs congestis per Alex. in d.l.si domus.§.fin.ubi Ias.nu.34.& seq.post Alex.consi.17. col.fin.uol.5.audacter sequitur,& attestatur istam esse communem opinionem contra Bar. Cardina.Floren. etiam in c.potuit de locato,& Moder.in ca. cum M.Ferrariensis de constitu.&,sequitur quoque declarat utiliter, atque ait magis communem cum cæteris ferè innumeris citatis per eũ Clar.in tract. de iure emphyt.q.15.per totam. similiter tenet Bal.consi.139.diuisio.uol.4.in casu simili, quòd emphyteosis diuidi possit irrequisito domino;in isto igitur conflictu opinionum, & ne res emphyteotica rediret ad Dominum.d.§.fin. quàm optimè,ac tutissimè ageret emphyteota iudicio meo, ut ante testamẽtum, & legatum obtineret, impetraret,& haberet consensum directi Domini de legãdo,uel donando emphyteosim, secundum Alex.in d.§.fin. & hoc modo tolleretur penitus omnis dubitatio. & data emphyteota in omnem euẽtum quod donaret, uel legaret emphyteosim,ob hoc non posset eam tradere,uel aliquem in possessionem inducere, ut per Molineũ in add.ad Alex. consi.120.& Curti.iun.consi.130.circa fin.

Cõis opi. (margin, beside "iure.secundum Bar.")

Cõis opi. (margin, beside "col.fin.uol.5.")

OPINIO XCIX.

Emphyteota. (margin)

Regula est quòd sub nomine hæredum etiam extranei includuntur.l.sciendum.l.hæredis appellatio.ff. de uerbo. sign.& l.annalibus.C.de lega.ista uerò iura quę ad hoc per Doct.

Docto.allegantur de numero hæredum uidentur loqui,ut omnes ueniant in infinitum,probatur etiam ista conclusio ex eo quòd nomen hæredis generale est, & in plures species distinguitur,ut institu.de hæred.qualita.& differen. in prin. nam hæres dicitur id est dominus in l. Nerua.§.legis ff.ad l.Aqui.& secundum istam conclusionem arguit Ang. consi.350.charissime frater, & procedit hoc etiam si dicatur pro hæredibus suis.l. stipulatio ista.§.si qs ita.ff.de uer. oblig.not.Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua uer. 113.Bar. & Doct.in l.Gallus.§.etiam ff.de liber.& posthu. & Alexã. consil.9.col.2.uol.2. ista uerò regula fallit,quando dicitur de hæredibus masculis, tunc enim non ueniunt extranei, sed duntaxat descendentes secundum Ray. de Forliuio in dispu.inci.quidam habebat duos filios, quem sequitur Bal. in l.Gaius col.pen.ff.solu.matr.& in d.l.Gallus.§. etiam in fi. distin.Bar.quem refert cum concordantibus traditis ibi per eum Alex.col.3.& in l.quod dicitur in 6.car.ff.de uer. oblig.& consi.105. perspectis uol.1.coarctatur secundò pdicta conclusio non procedere quando aliqua coniectura esset in contrarium, ut uerba de extraneis hæredibus non intelligerentur,ut est tex.in l.ex facto §.fin.ff.ad Trebel.ibi enim conditio,si sine hærede decesserit, intelligitur tantũ de liberis, quia illa conditio etiam si intelligeretur de extraneo hærede quodammodo impossibilis redderetur, ut declarat Abb.in c.in pręsentia de probatio.in prin.gl.Bar. & Doct.in d.§.fin.& Ang.consi.305.& consil.265. Cumanus consi.125.Alex.consi.105.uol.1.& consi.17.uol.2.interpretatur postremò ista regula,quando emphyteosis fuisset concessa ab ecclesia alicui,& hęredibus suis,tunc quippè ad extraneos hæredes nõ porrigeretur. §. emphyteosim in auth.de non alienan.& not.Bar.in l.etiam,& ibi Alexã. ff.solu.matri. & idem Alex. fatetur istam esse communem opinionem consil.23.oportunè consideratis.col.2.uolu.1. Imo.in d.l.ex facto.§.fin.Deci.in d.c. in præsentia nu.153. & seq.& consi.117.Afflict.decisio.100.uel 110.Goza.consi. 39.Ruinus consi.161.uol.1.Parisi.consi.84. & 85.uol.4.& Boer.decisio.268.nu.7. & Clarus cum alijs signatis per eũ in trac.de iure emphy.q.28.uer.tertius est casus.ubi congerit Doct. contrariæ sententiæ, uidelicet quòd ipsa emphy-

Cõis opi.

Cõis opi. teosis transeat ad extraneos hæredes, refertq; istorum opinionem magis communem esse,& copiose declarat.

OPINIO C.

In emphyteosi concessa priuato comprehenduntur naturales,nisi conditio concedentis aliud suaderet,secũdum communem assertionem Doct. quã sequitur,& citat Alex. in l.ex facto.§.si quis rogatus col.13.ff.ad Trebel.Abb.Deci.nu.136.& Moder.in c.in præsentia de probatio.contrarium uerò tenuit Ang. in l.generaliter.§.cum autem.C.de institu. & substi. quoniam uerba dubia in contractibus interpretanda sunt contra illum, qui stipulatur. l. ueteribus ff. de pact. & uerba in dubio propriè accipiuntur. l. 1. §. is qui. ff. de act. filius uerò naturalis non dicitur propriè filius.ff.de his qui sunt sui, & istam partem scribit esse ueriorem Deci.in loco precitato, tandem ipse conatur prefatas opiniones ad bonam consonantiam,& concordiam reducere,quam uidendam suademus,quia est uerissima.

Cõis opi.

OPINIO CI.

Aetas debet probari per fundantem se in ea,siue ea maior sit,siue minor. secundum glo.in c.præsbyter 78.distin. & Abb. in ca. in præsentia de probatio. post alios relatos ibi per eum, & in cap.1.de reg. Bald. per illum tex. in l. si minorem. ubi latius insistit Salyc. C. de in integr. restitu. Bartol. in l. 1. circa fin.ff. de except. Corne. consilio. 98. uol.1.Alex.consi.147.nu.9.uol.7. & istam scribunt esse cõmunem Felyn.Deci.nu.166.& Moder.in d.c.in præsentia, quia quilibet tenetur probare quod est fundamentum suæ intentionis,ut per Parpali. in l.si quis maior in 1. nota. C. de transact.Corsetum in sing.in uer.qualitas,Fel.in c.examinata de iudi.Ias. & Deci.in l. qui se patris col. 1.C.unde liberi,& clarius in l.si emancipati col. 2. C. de collatio. & Fely.in d.c.in præsentia in glo.in uer.secundæ.istaq; communis ita probata interpretatur primum non procedere, quando in instrumento iurans, uel fundans se in maiori ætate etiam dixisset, & iurasset se maiorem, quia tunc ex instrumento satis probatur eum fuisse maiorem, & creditur ita esse, nec ipse contrarium dicens audiretur, ut est

Cõis opi.

tex.

tex.in l.pen.C. si minor se maiorem dixerit circa fin.& Roma.consi.112.& Anchara.consi.226.Soci.consi.66.col.8. uolu.1.& Cagnolus in d.l.si quis maior. num.42. limitatur secundò ista communis in substituto pupillariter,nam qui allegat pupillum decessisse in pupillari ætate, ipse non tenetur hoc probare, sed eius intentio uidetur fundata, & admitti debet; nisi per aduersarium de maiori ætate probet,scd'm Bal.consi.451.in 4.par. per tex.in l.ex facto.ff.ad Trebel. ubi substitutus Titio decedēte sine liberis mortuo Titio fundata est intentio substituti,nisi probetur quòd Titius ipse haberet liberos, & hoc in fauorem substituti introductum fuit,de quo per Bar. & Ang.ibi, & tradit Alex. consi.29.uiso themate uol.1. & istam limitationem sequitur etiam Deci. in d.c. in præsentia nume.170.& Maranta in repeti.l.is potest.num.199.ff. de acquiren.hæred.in contrariam uerò partem inclinauit Bald.consil.19.uol.5.Bar. consi.incip.B.fecit testamentum in fin. Soci.in l.qui duos. §. cum in bello,& in d.l.ex facto. §. penul. ubi etiam Ripa hoc idem tenet. limitatur postremo ista communis,quando quis fundatur in ætate,ita quòd ætas principaliter allegatur,secus autem quando actus allegatur, qui ad sui ualiditatem accessoriè ætatem includit, quoniam ætas idonea præsumitur, ut concludit Abb.in d.c.in præsentia per tex. ibi, & idem Abb.in c.cũ uirũ de reg.Bal. consi.264.factum tale est. col. fin.uol. 1. & adeo ista præsumptio procedit q; non tollitur,nisi per aduersarium contrarium concludenter probetur.d.c.in præsentia,ubi Abb. & Deci.num.167. hoc plenissimè declarant.

OPINIO CII.

Executio rei iudicatæ, nec pignoratio fieri potest super bobus,aratris, cæterisq; instrumentis rusticorum.l.executores.C.quæ res pigno.da.poss.& not. And. de Iser. & alij Doct.in c.primo.§.agricultores de consuet.quæ contra liberta.eccle.coll.9.tamen in rei ueritate,& secundum corticem uerborum. d. l. executores ille tex. loquitur duntaxat de bobus, & instrumentis agrorum tributariorum, ne solutio tributi retardetur;nihilominus secundum Bar.cōmuniterq; omnes Doct. ubi supra idē esset dicendũ si dicta Cōis opi.

prædia non essent tributaria, quia si cessaret ratio solutionis tributorum militaret quippè alia ratio scilicet ne sterilitas fructuum damno esset reipublicę argumento.l.1.§.de eo opere.ff.de aqua plu.arc. & ne segetes cœlesti prouisione concessæ pereant l.2.C.de fructi.& lit. expen. hoc idem uidetur hodie statutū in Regno Neap.ut habetur in c.inci. constitutioni boues,& cætera,exceptis duobus casibus relatis ibi per tex.& talia prohibita capi si capiantur possunt impunè propria authoritate recuperari per partem à manu executorum.secundum Ias.cōs.20.pro liberatione uol. 3.tex.in l.defensionis,& l.prohibitum,& ibi glo.C.de iure fisci, interpretantur ista omnia non habere locum pro debito fiscali,tunc enim si debitor non esset soluendo,uel nō reperirentur alia bona pro executione faciēda possent isto casu capi boues, & alia instrumenta aratoria, & hoc uidetur expresse sancitum in c.Regni Neap.incip.pridem contra insolentiam.in prin.dictorum capitulorum,limitantur etiam prædicta, quando præmissæ bestiæ aratoriæ, & alia prohibita capi pro executione ex forma iuris communis, & c.regni capiuntur non loco pignoris, nec simplicis executionis, sed ut uendantur maximè ad hastam, uel dentur in solutum,& pro executione sententiæ,uel crediti,ut alia bona colantur,tunc enim hæc impunè fieri poterunt,secūdum Ruinum consi.130.ad dubiam nu.9. uol. 1. coarctantur etiam postremò iam posita in subsidium, ubi non sunt alia bona, idest quando executores non inuenerūt alia bona sufficientia pro faciēda integra executione crediti, nisi fecissent executionem in bestijs aratorijs, & alijs prohibitis, tunc enim præmissa prohibita pignorari possunt capi pro executione crediti non obstante. l. communi,& statuto quolibet contrario, secundum glo.in d.l.executores, & ibi Doct.Pet.Gerard.in sing.35.dictum est,& Ripa in tract. de peste rub.de præserua.remed.nu.221.Spec.in tit.de 1. & 2.decreto §.restat,And de Iser.& omnes scribē.de Regno Neapo. in constitutio. ab officialibus, & in constitu. quisquis,contrarium uerò asseruerūt,& malè Pet. de Bellaper. Cyn.& Saly.in d.l. executores,& Negusantius in tracta.de pignori.in 2.par.num.48. quę omnia latissimè cumulantur per Iulium Ferretum in tract. de gabellis,& publicanis inserto

ſerto inter ſua cõſilia nu. 525.cum alijs ſeq.ubi ponit aliàs limitationes.

OPINIO CIII.

Exceptio oppoſita per hæredem conuentum,inuentarij non confecti, impedit litem conteſtari.l.fin.C.de iure deli bera.& ibi Bar.qui ait exceptionem hanc, quam hæres habet infra tempus conficiendi inuentarium impedire litis ingreſſum, cũ etiam hæc exceptio impediat ſententiæ executionem, & quotidie practicatur, quòd inſtrumenta non exequuntur cõtra hæredes exiſtẽtes infra tempus conficiẽ di inuentarium, & huiuſmodi opinionem ſequuntur Pau. de Caſt.Alex.Iaſ. Corne. cæteriq; communiter in d.§.donec per illum tex.Alexã.in l.uir bonus in add.ad Bar.ff.de iud.ſol.Ang.in §.æque inſtitu.de actio.uerſic.11.& Philip. Francus in c.1.fallen.19.de lite conteſta. interpretatur primo iſta communis non procedere in hærede conuento,ut reſtituat uſuras, ſi quando defunctus iuſſit eas reſtitui, uel cauit ſecundum formam c.quamuis de uſuris lib.6.tunc ẽt propter animæ periculum, quæ cunctis rebus eſt præferen da non debet differri.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.c.cũ infirmitas de pen.& remiſſio. & hoc etiam quia animæ detrimentum inferreretur illo medio tempore, quod poſtea non tolleretur.l.2. ff. de appella. reci. cum ſit damnum irreparabile,merito diſcedimus à regulis iuris communis d. l. 2. & l tutor qui repertorium ff. de admini. tuto. diſpoſitio uerò præcedens procedit, quando omnia ſalua remanent,ita tenet Ricar.Alberi.Cyn.Rayne.Bald.Ang.Fulgo. Pau.de Caſt.Alex.Corne.Iaco.de ſancto Georgio,Iaſ. cæteriq; communiter in allegato §.donec.limitatur ſecundò præcedens communis non habere locum, quando conueniretur hæres pro legatis pijs, non requirentibus dilationem, puta alimentorum pauperum, qui interim necantur fame, ita limitat Ange.in l.1.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus quã per l.falci.quẽ ſequitur Imo.ibi,& Alex.Corne.& Iac. in præcitato §. donec. Tertiò coarctatur dicta cõis non procedere ubicunque conuenitur hæres rei uendicatione, tunc enim conuenitur, ut quilibet poſſeſſor,non ut hæres l.de eo.§.penul.in fin.ff. ad exhiben. quod uoluit Odoffre.

Cõis pra.

Cõis opi.

Cõis opi.

Gu.

Guil.de Cu.Nicolaus de Matare. Bald.Salyc.Pau.de Cast. Ange. Alex.Corne.Iaco.de sancto Georgio in d.§.donec, quamuis ibi Cyn. senserit contrarium,ob id quod dispositio illius tex. generaliter loquatur,dum etiam in eo loquitur de hypothecaria,quæ est actio in rem,daturque contra quemlibet possessorē l.eos. C. qui potio.in pigno.habean. & istam opinionem Cyn. simpliciter refert Alberi. in d.§. donec,tamen Alex.Corne & Iaco. ibi præcedentem limitationem aiunt esse ueriorem, & communiorem; cum in tex.dicatur creditoribus hæreditarijs, ex quo qui non sint creditores hæreditarij non comprehēduntur, idem etiam uoluit Ang. Imo.in d.§.hæc stipulatio:unde hæres rei uendicatione conuentus non posset obijcere pendentiam inuentarij;limitatur prædicta communis ulterius non procedere quotiescunque petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris. tunc proculdubio non posset opponere de inuentario,ita tenent,& concludunt Ang. Alex. Corne.Iac. de san.Georgio in d.§.hæc stipulatio. addeq; præmissis quod ex huiusmodi exceptionibus impedietibus litis ingressum cumulauit triginta Martinus de Fano in tract.de exceptio. Alex.in l.uir bonus in add. ad Bar.ff.de iud.sol. Ang. uerò Areti. in §.æque.institu.de exceptio. retulit 40.Maria.Soci.posuit.33.in c.1.de litis contesta.in 6.Philip.Francus in d.c.1.col.4.& seq.posuit per uiam fallentiarum.43.

Cōis opi.

OPINIO CIIII.

Exceptio spoliationis impedit litis ingressum,cum spoliatus debeat ante omnia restitui. l. si quis à se fundum. C. ad l.Iuliam de ui publica,& ibi glo.& in c.1.de restitu. spoliato.& dicit Ang.in l.si maritus ff.de donatio.inter uir. & uxo. quòd spoliato fauetur, si spoliatus esset omnibus bonis eius, uel maiori parte à tertio,tūc etenim à nemine inquietari potest, neque ciuiliter, neque criminaliter, nisi prius & ante omnia restituat, ut supra deduximus, & Bar. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poss.ait præfatam exceptionem esse dilatoriam, ideo impedire debet litem contestari,quem sequuntur omnes Doct.ibi,& Ang. in §.æque institu.de excep.in 39.excep. & Francus in ca.1. de lite contest.lib.6.in fallen.22.unde allegans dictam exceptionem

Cōis opi.

ceptionem est profectò audiendus,ut per Spec. in §.1. in ti tu.de cita. Innocen & Abb. in c.nouit.de appella.& Ioan. And.in c.cum olim circa fin. ex. de resti. spoliato.quorum opinionem scribit esse communem Grammati.decisio.85. nu.1.& 3.Sed huiusmodi exceptio spoliationis non potest opponi post litem contestatam,secũdum Bar. in d.§.nihil commune, quem ibi communiter sequuntur omnes,ut asserunt Fulg. & Moder.inibi,quamuis nonnulli senserint cõ trarium,quorum fundamentis abundè respondent præcita ti Moder. inhærendo cõi opinioni:& aduersus istam exceptionem aduerte q non obstaret iuramentum præstitũ per debitorem ante spolium,ut per Io.And.in c.2.de ordi.cognit.& alios citatos per Grammati.in d.decisio.85. itẽ exceptio præscriptionis opposita,& in iudicio allegata impedit litis contestationem secundum Host.& Canonistas omnes in c.1.de præscrip. quorum opinionem cõprobat Boeri.decisio.344.nu.1.cum alijs seq. ubi denique fatetur esse communem, & secundum eandem decidisse conciliũ Burdegalense, & hoc idem consulunt Senatus Grationopolitanus teste Guid.Papæ in decisio.221. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CV.

Exceptiones omnes,quę opponuntur ad impediendum executionem sententiæ in rem iudicatam transactæ, si respiciunt actionem primam, & huiusmodi exceptiones natæ essent ante sententiam nunquam opponi possunt, & oppositæ non impediunt executionem, ut habetur per Bar. quem Doct.omnes communiter sequuntur in l.1.C.de iuris,& facti igno.& in alijs locis citatis per Ias.in d.l.1. Cõis opi.

OPINIO CVI.

Possidens hæreditatem, si contra agentem petitione hæreditatis, uel familiæ erciscũdæ iudicio exciperet quòd est indignus hæreditate,ut puta si defunctum testari prohibuerit.l.2.C.si quis al.testa.prohibu. cum nota. per Bar. in l.fin.ff.eo.ti.& per Soci.cõs. 105.uiso processu uol.3.uel q defuncti uxorem, seu liberos occiderit, uel tacitam fidem de restituenda hæreditate incapaci accommodauerit, ut sæpe accidit in his, qui instituuntur hæredes ab habẽtibus Exceptio.

filios spurios,ut per Bal.in l.si quis presbyter.C. de epis. & cler.& per Barba. in c.cum in officij col.fin.de testa. exceptione ista non iuuabitur secundum glo.in l. his consequẽter.§.1.ff.fami.erc.l.loci.§.competit.ff.si ser.uen.& opinio

Cõis opi. hæc communiter approbatur,ut per Corne. consi.150.circa præsentem lib.2.& Docto.uarijs in locis iuris nostri; & sic exceptio opposita per possidentem hæreditatem cõtra agentem petitione hæreditatis,uel familiæ erciscundæ iudicio quòd est indignus hæres ipse hæreditate,uel quòd defuncti uxorem,uel liberos occiderit,uel tacitam fidem incapaci accommodauerit nihil operatur.

OPINIO CVII.

Extensio in correctorijs non solum à simili,sed à maioritate rationis non est licita secũdum glo.& Doct.in auth. quas actiones.C.de sacrosan.eccle. & in l.si constante.ff.solu.matr. Ias. in l.fratres col.3.C.de inoffic.testa.& in auth. non licet col.2.C.de libe.præteritis.Imo. consil.64.Areti. consi.27.col.2.Corneus consi.271. col.4.uol.4.Curti.iun. Cõis opi. consi.6.col.6. & istam opinionem asseuerat esse communẽ Ias.in l.de quibus nu.14.ff.de legi. & in d.auth quas actiones.nu.21. Deci.in l.non debet cui quod plus.nu.4.ff.de regu.iuris;quicquid aliter uoluerit idem Deci. præcipitāter, & sibi contrarius consi.333.col.3.

OPINIO CVIII.

Extẽsio. In odiosis,& in pœnalibus,ubi lex figit pedẽ nõ debemus ultra procedere,quia odiosa restringi debẽt,ut ĩ reg.odia. de re.iu. in 6.& est optimus tex.ad hoc in l.at si qs §.Diuus autem Marcus ff.de religiosis,ubi licet hęres delinquat ꝓhibendo testatorem funerari ab eo, quem testator elegerat,seu per quem funerari uolebat,tamen non punitur, ratio dicit tex.quia pœna in hæredem statuta non est, & glo. ibi ait nota quòd illicitum non punitur, & illum tex.dicit notabilem Bal.in l.3.in prin.C.de epis.& cleri.unde in pœnalibus,quia odiosa sunt nõ est licita extensio,ut in reg. in pœnis,de reg. iu.in 6.& hoc no.Dec.& Cagn.in l.factũ suũ

Cõis opi. §.pœnalibus col.2.ff. de regu. iuris,istamq; opinionem ait esse communem Ias.in l.cum quidam.nu.10.& 24.ff.de liber.

ber.& posthu.& in l.fin.ff.de in ius uocan. & latè prosequitur Crauet.in tracta.de antiquitate temporũ in 4.parte nu. 87. quæ quidem communis regula limitatur non procedere,quando ratio est expressa in l.pœnali,quia tunc fit extẽsio ad alios casus,in quibus uiget eadẽ ratio,ita tradit Domi. Gemini.in c.si ciuitas.§.1. de senten. excommuni.in 6. Alex.in l.cum mulier in 2.nota. per illum tex.ff.solu. mat. Deci.in d.§.pœnalibus.limitat.7.Ias.in d.l.cum quidam limita.5.& in l. 1.ff.de in ius uocan.col.2.& Crauet.latius in d.tract.de antiquitate temporum parte 5.nu.107, cum seq. interpretatur quoq; ista communis non procedere in pœnalibus,in quibus fit extensio de casu ad casum c. 1. §. porrò,quæ fuer.prima causa bene. amitten. ubi in materia priuationis feudi ,pceditur de similibus ad similia , & ibi Bal. col 3.dicit illum tex.meliorem de iure quòd in pœnalibus proceditur de similibus ad similia,quem sequitur Salyc.in l.2.col.10.C.de noxali.Alex.in auth.non licet.C.de liber. præteri.Cyn.& Saly.in l.fin.per glo.ibi in uer. uoluerit.C. de reuocan. donatio. & istam opinionem quòd fiat extẽsio de uno casu ad alium latè probat Crauet. in loco præcitato,& dicit communem Gome. in c.statutum nu.39. de resc. in 6. & ista communis probatur uiua ratione, nam ubicunque aliàs lex fieret elusoria,tunc fit extensio de casu ad casum,ita uoluit Ias.in d.l.cum quidam.in fin.Deci. in d.§.in pœnalibus in 3. limita. per glo.in c.quanquam de usuris in 6. ibi dum dicit aliàs facile esset hanc constitutionem eludere,& ibi no.Domini.col. pen. idemque in effectu tradit Butri.in dispu.sua incip. Bononiensis in fin.3.dubio,ubi ꝙ fit extensio in materia pœnali , quando aliàs magna plaga legi inferretur,& sic quando fieret elusoria, sequitur Soci. consi.240.col.3.uol.2.& Crauc.in d.tract.in 4.par.nu. 110. limitatur etiam præfata communis in quatuordecim alijs casibus,quos ponit Gemi.in c.1.de tẽpo.ord.in 6. sed ultra istos uide sex aliosrquos refert Ias. in d.l. cum quidam nu. 24.cum alijs seq. Cõis opi.

F

OPINIO CIX.

Fama publica regulariter semiplenam facit probationem,

nem, non autem plenam.l.3.§. eiusdem quoque iuncta gl. ff.de testi.c.1. ubi glo.de appellatio.c.illud.de præsump.& c. ex literis de iureiuran. quæ quidem conclusio in istis iuribus expresse probatur, eamque sequuntur communiter Doct.omnes in d.§.eiusdem,& in c.ueniens il j. ext. de testi.Bar.in l.de minore §.tormenta de quæstio. Deci.consi. 146.col.2.Soci.consi.22.num.7.uol.1.Fely. in c.ex tenore nu.6.ext.de rescrip. & Cassadorus decisio.2. nu.1.in tit.de probatio.& de ista communi attestantur Deci. in c.dilecti nu.36.cum alijs seq.de adpella.Fulgo.consi.145.quoniam plurima,& Alex.consi.18.uiso processu col.2.uol.1.interpretatur ista communis non procedere in factis antiquis, quorũ nõ extat principij memoria, tunc publica fama ipsa habetur pro plena scientia, & ueritate, unde testis potest deponere. scio Christum crucifixum, & Cõstantinum Imperatorem fuisse, quia nouit indubitater,quamuis non uiderit,ita Innoc. in c.fin.ext.de iuramen.calu.& quòd ista fama in antiquis plenè probet est communis opinio teste Crauet,in tract.de antiquitate temporum in 1.par. nume. 302,Ias.in l.prætor ait.§.prætor nu.25.ff. de eden. Deci.in l.ex his col.3.C.de testa.mili.Curti.iuni.consil.17. Marsil. in l,de minore.§.plurimum num.60.& seq.ff.de quæstio.& in rubr.de probatio.nu.194.& singu.505.declaratur etiam præcedens communis opinio quòd sola fama publica in antiquis cuius initij memoriæ non est probet dominium antiquissimum, uidelicet quòd ista domus fuerit Dantis poetæ Florentini, & Virgilij in Mantua secundum glo. & Ange. in l. at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego.gestis,Bal.Ang.& Pau.de Cast.in l.proprietatis.C.de probatio.Bal.in c.uassall.si de feudo fuer.controuer. & in l.conuéticulam.C.de epis. & cle Alex.consi.4.col.5.uol.2.& in l.rem quæ nobis col.7.ff.de acqui.possess. ubi ait istam esse communem opinionem, Soci. quoque, & Deci. in c. cum causam de probatio.in 2.nota.idem Deci.consil.42.col.2. & 428.& in ca.1.col.4. de appellatio. sequitur etiam istam communem Aret.consil.15.col 4.Calca. consil.11.col.5. Ias.in l.cum aliquis col. fin.C. de iure deliberan. & Cassadorus decisio.2.in titu. de probatio. contrariam uerò sententiam tenuit Corne.consi.304.col.2.lib.3.quòd sola fama

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

ma in antiquis non plenè probet, nisi alia adminicula con currant, istas tamen opiniones conatur ad optimam consonantiam reducere distinguendo Ripa in d. l. rem quæ nobis col. penult. quæ uidetur uerissima, & semper mihi placuit.

OPINIO CX.

Falsitas, quæ nemini est nocibilis non potest de iure cõmuni puniri pœna falsi ordinaria, siue per testem, siue per notarium, uel alium sit commissa. secũdum Bar. in l. si quis legatum. ff. ad l. Cor. de fal. & ista est communis opinio omnium Docto. ut attestatur Alex. consi. 145. uisis uol. 6. & Soci. consi. 103. in facto, & 104. post reditum uol. 1. quamuis. Saly. in l. 1. C. de sepul. uiola. & malè, immo absque ulla concludenti ratione uideatur asserere contrarium, ubi tenet ꝙ si quis in libro suo falso rescripsisset Titium esse suũ debitorem, siue tabellio in sui fauorem falsum instrumentum confecisset puniri debent pœna falsi. Cõis opi.

OPINIO CXI.

Feudorum liber fuit compilatus à quodam Oberto de orto Ciue Mediolanense, ut notat tex. in c. 1. quæ sit causa benefici. amitten. in usi. feudorum, & Alua. in c. 1. in princ. de feudi cognitio. postea uerò iste liber fuit lectus in publicis scholis, & communiter approbatus. ab hoc igitur exploratum est habere plenam fidem sicut aliæ leges secundum Andr. de Isernia in præludio feudorum in 1. q. & alios ibi communiter, & istam esse communem ponunt Ripa in l. fi. nu. 699. & seq. C. de reuocan. donatio. Maranta in tract. iudiciorum in 3. par. prin. nu. 63. & Zasi. in usi. feudorum. nu. 3. & Clarus cum alijs allegatis per eum in tracta. de feud. quæst. 3. ubi eam ampliat & limitat. idemque uidemus in alijs scripturis, seu libris in studijs approbatis, ut sunt dicta Aristotelis, seu Hippocratis, quibus standum est, secundum Bar. cæterosq; post eum in l. 1. ff si cer. petatur per l. septimo mense. ff. de statu homi. & l. si pater. ff. de solutio. quæ iura aliqui Doct. dixerunt non probare, cum id sit de authoritate, & approbatione legis facta prout Butri. Pau. Castren. Deci. in 1. lectu. in d. l. 1. num. 16. & idem Deci. in Cõis opi.

c. ne

Cõis opi. c.ne innitaris in 1.lectu.de constitu.& in c.1.7.nota.de offi. delega. retēta igitur prima opinione affirmatiua Bar. quæ est communis,prout testatur Niger in d.l.1.quòd authores passim citari possint,quæ communis sanè uenit declarāda, ut procedat in arte sua,ut si Poetæ sunt,illis credendum sit in arte poetica, & literis humanioribus, secus si de Medicina,uel Philosophia loquerentur,in his enim Hippocrati, Galenoq; medicis, Platoni, Aristoteli Philosophis potius credendum esset, ita tradit Niger in d.l.1.quæ quidem communis ea iuris regula cõfirmatur, qua cautum est unicuique in arte sua credendum esse c. ut constitueretur 50. distin.l.1.in fin. ubi Bar.ff.de uent. inspici. Lucas de penna in l.curiosi.C.de curio.lib.12.& Alexan. consi.15. col.fin. uol.1.cum similibus,quæ congerit Afflict.decisio.253.nu. 10. & hoc declaratur non procedere,quando lex reperiretur in contrarium,secundum Pau.de Cast.& Deci.in d.l.1. ponitur exemplum in authoritate Pauli si filius ergo hæres,quam consequentiam lex non admittit.l.1.C.si min.se ab hære.& in §.sed sui.institu.de hæred.quali.probat̃ quoque ex authoritate Atistotelis in topicis dicentis quòd mulier nubẽs marito uidetur dare omnia bona sua in dotem, quam authoritatem lex non recipit aliquo modo, ut inqt glo.in l.mulier bona.ff.de iure do.eamq; sequitur Deci. cõsi.521.num.11.& in auth.præterea in 3.not.C.unde uir,& uxor per illum tex.& Gozadi.consi.33.nu.20. & istam opinionem contra Aristotelem refert esse communem Deci. in d.auth.præterea nu.6. & Frãciscus Turzanus in suis opinio.communibus opinio. 119. mulier nubens,ubi eam limitat. Cõis opi.

OPINIO CXII.

Feudum hæreditarium non transit nisi ad illos,ad quos transit hæreditas,& feudum ipsum hæreditarium, secundũ Bar.in l.iusiurandi.§.liberi.ff.de oper.liberto.Bal.in c.1.§. decedenti.qui feud.da.poss.Moder.in l.quicquid astringendæ,& in l.ita stipulatus.§.Grisogonus.ff.de uer.obli.& per Alex.consi.10.ponderatis uol.3.ubi asserit istam esse communem opinionem,& consil.19.super eo col.fin.& consil. 28.in causa,& lite col.penul.uol.5.cum alijs congestis per Cõis opi.

Afflict.

Afflict.decisi. 140.nu. 19.& 240.& p Deci. cõsi.295.in causa Magnifici,& per Crauet.consi. 197.nu.5.& Parisi.consi. 4.nu.28.uol.1. ubi etiam ait istam esse communem,& cõsi. 1.nu.6.eo.uol.& Clarus copiose in tracta.de feu.q.9.uersi. hoc præmisso, dic. unde sciendum est hic ad præmissorum intelligentiam, nec ab re puramus quale dicatur feudum istud hæreditarium, feuda igitur hæreditaria constat illa esse, quum ex tenore inuestiturarum fuerint cõcessa, & acquisita pro se, hæredibus,& successoribus,& cætera, secundum Andr.de Iser.in c.1. in prin. & §. hoc quoque.de successio.feudo.& in c.1.de eo qui hæres suus,& per Alex.cõsi.10.ponderatis col. 4.uol.3. & consi.55. perspectis col.2. eod.uol. & nonnullos alios, quos congerit Parisi. consil.4. nu.27.uol.1.ubi scribit istam esse communem opinionem, & consi.2.nu.17.eod.lib. Cõis opi.

OPINIO CXIII.

Feudalis res, uel emphyteotica in dubio non præsumitur modo aliquo, Sed allodialis & libera, quia omne prædium à qualibet seruitute liberum censetur. l. altius. C. de serui.& ita tenet Alex. consi. 129.ponderatis his.uolu.1.& consi.55.prospectis his.col.10.uol.4. ubi patet ex congestis per eum istam esse communem opinionem,& ita asseuerat Curti.iun.consi.184.nu.1.idemq; firmat Bellonus cõsi.10. nu.9.ubi subdit quòd omnes Doct.legendo,& consulendo communiter sequuntur istam opinionem, idem quoque firmat Deci. consi.468.superiori anno col.2.& consi.498.uiso casu col. 1. ubi ait feudum non præsumi, nisi probetur, & allegant concordan. & consil.588. uiso puncto col.2. & consi. 424.proponitur col.2.& Pau.Castren.consil. 179.in causa uol.1.nouissimorum,& Clarus in tract.de feud.q.18. ubi ponit etiam alterum casum similem communem, & in practica sæpissimè contingentem, & sic ex istis concludendum est quòd huiusmodi præsumptio transfert in aduersariam partem probandi onus, ut bona feudalia, & non allodialia sint, ut tradit in terminis Curti.senior eleganter cõsil.75. col.2. & ita consuluit Bellonus in præcitato consil. 10. per totum. Cõis opi.

OPINIO CXIIII.

Feudum in dubio præſumitur antiquum non autem nouum c.1.§.1.de ſucceſſio.fratrum,ſeu grad. ſucceſſ.ubi Bal. hoc firmat,& eſt tex.in c.1.ubi Aluaro.poſt alios ſi de feudo fuerit controuer.inter Domi.& agna.& dicit ibi Iac.de Belui·& Nicola.de Neap. quòd benignior eſt præſumptio, quòd ex quo apparet fuiſſe feudum cenſetur potius quòd antiquum ſit,quàm nouum,ut agnati ſuccederent qui aliàs excluderentur,ut ibi per eos;ex quo igitur infertur.quòd ſi prælatus aliquem in feudo inueſtiat,& antiquum eſſe aſſerat,eo caſu quippè ſtabitur huiuſmodi confeſſioni, & inueſtitura ipſa ualebit, licèt ſi nouum eſſet non ualeret aliquo pacto,& eſt ratio,quoniam ſtatur confeſſioni prælati in ecclesiæ præiudicium, præſertimq; quando cum illa confeſſione præſumptio iuris cócurreret.c.ſi diligenti, ubi Abb. in 3.nota.infra de præſcrip.& c.2. infra de capellis monacorum, & ita reſident ibi Moder. communiter omnes. in contrariam uerò ſententiam inclinauit Bald. in proœmio feudorum in 3.diuiſio. Quia non ſtatur ſimplici contrahétium aſſertioni, ut actus per talem confeſſionem licitus fieret,& qui aliàs eſſet illicitus.l.ſi fortè,ubi Bar.ff.de Caſtré. pecu.& l.ſi donatione.C.de collatio.& hoc Bal.dictum ſequitur Marti.Lauden.in c.1.col.7.qui feu.dare poſſit,Imo. in c.2.infra de feud.Alex.conſi.10.uol.3. & Afflict. in commentarijs conſtitutionum Neapo. in titu.de ſucceſſ.nobilium,nu.60.rub.26. dicens ibi quòd in dubio feudum præſumitur nouum, niſi ſint indicia quòd maternũ ſit, & quòd indicium bonum erit ſi probaretur antiquitas temporis, item ſi probaretur quòd feudi pars eſt antiqua, tunc enim ratione partis præſumitur idem de toto, & mouetur dicta Bal.authoritate;& iſta opinio uerior apparet,ut per Doct. præcitatos, quæ procedit etiam ſi prælatus cum capitulo iuraſſent, ſecundum Iaſ. poſt alios in proœmio feudorum in 7.car.& iſtam opinionem ultimam Bal.ſequitur, & tuetur Alcia.in tract.de præſump.in 3.regu.præſump.28.

Cõis opi. — Opi. Verior.

OPINIO CXV.

Feudum nouum, quando conceditur iure antiqui feudi non

non assumit naturam,& qualitatem feudi antiqui,secundũ Oldra.consi.178.quidam nobilis circa fi.ubi supplet quòd ista uerba, iure antiqui feudi,facti ueritatem non immutāt per l.si fortè.ff.de castren.pecu.& l.si donatione.C.de collatio.& istam opinionem Oldra.sequitur Ias.consi.57.col. 5.lib.1.& consi.152.col.1.& seq.& consil.180.col.6.libr.2. cōtrarium uerò quòd imò per talia uerba feudum nouum assumat naturam antiqui feudi,tenet Bal.in c.1.in princ.de aliena.feudi pater.in c.1.an agna.uel filius in usibus feudorum,quem sequitur Alex.consil.30.col.3. uolu.1.quod est repetitum consi.2.uol.5.tradit idem Alex. consi.55.col.8. uol.4.& istam sententiam asserit esse communem Deci.cōsi.194.col.2.sequitur idem Deci.consil.185.col.5.Ias. etiā sibi contrarius reuocando sententiam in melius consil. 1. col.2.lib.3.& consi.136.col.4.& seq.lib.4. Curti.iunior in tract.feudorum in 1.par.q.8. primæ par.num.8.tandemq; opinionem attestatur esse communem,& sequitur Crotus in l.si is qui pro emptore col.23. ff. de usucapio. & in l.reconiuncti col. antepen.ff.de lega.3. & Ripa in l.1.col.2.ff. de lega.1.Aret.consi.pen.& Alcia. in tract.de præsump.in 3.reg.præsump.28. nu.4.& Clarus cum alijs copiose relatis per eum in tract.de feu.q.8.uer. sed hic occurrit notabilis quæstio.& istam communem latè limitant,& declarant Moder.in d.l.reconiuncti, & præcitati Doct.in multis casibus.Et ampliat utiliter Clarus,& ponit effectus ipsius in d. q.8.uer.hæc quidem conclusio,& sequen. Cõis opi.

OPINIO CXVI.

Feudo priuare non potest uassallum princeps sine causa,& absque eius culpa c.1. de feudo sine culpa nō amitten. c.1. de natu.feud.& notat,& tenet Bal. consi.326.Rex Romanorum col.2.prope fin.& consi.345. ad euidentiam col. 2.uolu.1.& consi.182.col.2.lib.2.Pau.Castren.consil.229. col.2.lib.1.& consi.46.lib.2.Abb.consi.3.col.pen.lib.2. Soci.consi.38.col.2.uolu.4. Deci.consil.410.col.3.& consil. 445.col.11.& consi.544.col.2.Alex.consil.203.col.3.libr. 6.Ias.consi.177.col.2.& consi.227.col.5.& consi.233.col. 3.lib.2.& consi.86.col.3.lib.3.& in l.pecuniam col.6.ff.de conditio.ob causam.Curti.iun.in trac.feudorum in 2.par.

q.12.& consil.1.col.10.Gozadi.consil.9.col.6.& consil.26. col. 6. & ista conclusio uidetur communis quòd uassallus non possit priuari feudo absque causa etiam de plenitudine potestatis, & ratio est, quia feudum dicitur contractus innominatus.c.forma.22.q.5.Abb.& Doct.in c.quæ in ecclesiarum.col.fin.de constitu.& sic princeps subijcitur cōtractibus.c.1.ubi latè Moder. de probatio. sed tamen contrarium asseruit præcipitanter Soci. sibi contrarius consil. 87.col.7.lib.3.Deci.consi.390.col.6.Ias.consil.236.col.2. lib.2.& consi.107.col.2.lib.4.similiter Gozadi. consil.8.in fin.& consi.92.col.fin. tamen difficilè esset in actu practico obtinere contra istam communem,quę uidetur uerissima, & posset infinitis rationibus,& authoritatibus fulciri, quæ omittuntur breuitati studendo, & ita subtiliter edisserebat D. Raynaldus Rodulphus Perusinus Legum interpres Perusij, & Pisis doctrina, & integritate singularissimus, dum eum publicè audiebam.

Cōis opi.

OPINIO CXVII.

Feudum

Vassallus regulariter non potest de feudo testari, ut in ca.1.de success.feudo.& in c.1.§. donare qualiter olim feu. pote.alie.& per Soci.consil.19.adsit col.3.lib.1. & hæc est communis regula secundum Clarum, & alios relatos per eum in tract.de feu.q.40.tamen hoc interpretatur nō procedere in feudo hæreditario,nam ubicunque feudum esset hæreditariū pater absque dubio in testamento posset prælegare uni filiorum, cum in tali feudo; quis succedere non possit,nisi sit hæres,secundum Bar.in l.iusiurandi.§.si liberi.ff.de oper.lib.Bal in simi.c.1.§.decedēti qui feu.da.pos. Moder. in l. quicquid astringendæ, & in l.ita stipulatus.§. Grisogonus.ff.de uer.oblig.& per Alex. cōnsi.10.ponderatis uolu.3.ubi scribit istam esse communem opinionem,& consi.19.super eo. col.fin.& consi.28.col.pen.lib.5.& Clarus in d.q.40.uersi.secundò infertur, & hoc factum testatoris impugnari non potest, nec debet.l.cum à matre. C. de rei uend.& per Alex.consi.124.quod citant Moder.in trac. de feudis fol.28.& ponit Præpositus in cap. imperialem in prin.col.6.de prohibi.feu.alienat.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO CXVIII.

Furiosus occidens aliquem non punitur,nec tenetur de homicidio, cum eum fati infelicitas excuset.l.diuus. ff. de offi.præsi.& tradunt omnes Doct.in l.ex facto.ff.de uulgari,& pupi.substi.& in l.furiosum.C.qui testa.face.poss.ampliatur hoc in tantum procedere,ut furor superueniẽs excuset furiosum ipsum à pœna corporali delicti antea commissi, priusquam efficeretur furiosus, non autem à pœna confiscationis bonorum, secundum Bald.in l.humanitatis col.12.C.de impub.& alijs substitu.& in c.1.de eo qui fratrem suum occidit,ubi Alua.& Imo. in c.Raynutius de testam.& notat idem Bal.& Doct.in d.l.furiosum in fi. & ista est communis opinio,ut per Ias.post Alexã. in d.l.ex facto col.10. Bal.in c.ex literis de rescrip. Ripam in repeti.l.fin. nu.229. C.de inoff.testa.& in d.l.ex facto.nu.30.Carerium in practi.crimi.in tract.de homicidio in §.6.fol.101.nu.14. Marcum Anto Blancum in pract.crimi.in c.incip.imbecillitate nu.11.& Ioannem Brunellum in repeti.c.1.de homicid.nu.66. post mediũ, quæ repetitio posita reperitur post relectionem Couarruuias in clemen.si furiosus de homic. & ratio istius communis uidetur ista,secundum Doc.prællegatos,quia non potest formari processus contra furiosum.in contrariam uerò sententiã inclinauit Petrus Duennas in tract.suarum reg.in reg.ætas,seu fragilitas in 3.amplia.per pulcherrima fundamenta,licèt ibidem suadeat nõ esse recedendum in consulendo, & in actu practico à prædicta opinione Bald cum sit communis; amplio hoc etiam procedere si ante furorem fuerit condemnatus, secundum Doct.citatos, & alios quamplures cõgestos per Carerium in d.§.6.num.15. sed si constaret de simulatione,bene poterit condemnari,& puniri,ut per Bal.in d.l. furiosum,unde cauti peritiq; iudices mirabili quodam artificio detegunt malitiam malefactorum fingentium ante condemnationem, & post,se esse furiosos;qualiter autẽ probetur ipse furor? uide Barba.in cap.cum dilectus.de succe.ab intesta. col.2.Ias. in d.l. furiosum.col.1. Carerium latè in loco supra citato.nu.16.& Marcum Ant.Blan in d.c.imbecillitate nu.12.& seq. quia quis non præsumitur furiosus, secũdum

Cõis opi.

H 3 Bal.

Bal.per illum tex.in fin.C.de hæredi.institu.ideo alleganti incumbit onus probandi,ut per Bal. in l. nec si codicillos. C.de codici.& Cardi.in clemen.1.de homici. in 6. q. 2. & an probetur ipse furor per testem non reddentem rationẽ dicti sui? uide Bal. declarantem in l.solam.C.de testi.Pau. de Cast.in d.l.furiosum, Carerium in d.loco nu.16.& Marcum Ant.Blan.in præallegata practica crimi.nu.13. & istã conclusionem ita ampliatam limitat in quinq; casibus Carerius in d.§.6.num.13.cum 2.& alijs seq. hisq; accedit unũ notatu dignum, quòd si quis dum esset sanæ mentis commisisset peccatum mortale, & postea efficeretur furiosus, & moreretur in furore, uidetur mori in peccato mortali, secundum Bar.in l.nunquam §.si ui.ff.de usucapio. per illũ tex.quòd dictum Bar.refert pro singulari Ias.in l.patre furioso. nu.41. ff. de his,qui sunt sui,uel alie.iuris,licèt Brunellus in d. ca.1.nume.66. hoc decisioni theologorum relinquat.

OPINIO CXIX.

Fugiens à carcere publico habetur pro confesso,& conuicto tex.est. ad literam in l.eos ff.de custo.reorum,secundum Docto. magis communiter ibi, & istam communem sequuntur,& allegant Moder.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& Boeri.decisio.215.num.9.unde iudex isto casu posset ferre sententiam contra fugientem,ac si fuisset uerè cõfessus in iudicio,etiam quòd sit absens, secũdum gl. & Bar. in d.l.eos,ut sequatur confessionis effectus, & est tex.in l.si apparitor.C.de coart.lib.12. & iste est casus exceptus contra iuris communis regulã, ut absens pro crimine damnari possit l.absentẽ ff.de pœnis. interpretatur primò ista cõmunis non procedere, quando quis aufugit de custodis licentia, quia isto casu tenebitur custos, & non ipse fugiens secundum Guil. de Cu. in l.quoties.C.de exact.tribut.lib. 10.Bal.in l.commentariensem eod.titu. & facit tex.in l.cõsiliarius.C.de assesso.coarctatur secundò præcedens communis,ut duntaxat locum habeat in eo, qui aufugit ex publicis carceribus,non autem in eo,qui ex priuatis carceribus aufugeret secundum glo.Guil. de Cu.Bal. & omnes in l.succurritur.ff.ex qui.causis maio.Ias.& Moder.in d.l.admonendi

Cõis opi.

monendi super glo.in uersi.fuga,& ista est communis opinio teste Boerio in præcitata decisio.215. num.13.& scias quòd publici carceres non solum dicuntur illi, qui fortis clauibus aperiuntur,& habent perpetuos custodes, uerum etiam dici possunt carceres publici aliqua alia camera in palatio potestatis, imò totum palatium, quando prætor, uel iudex statueret alicui locum pro carcere, quia carcer publicus dicitur locus ordinatione, & decreto iudicis deputatus, in quo custodiatur persona, sicut esset palatiũ potestatis, Arx, uel alia domus, ut notant Doct.in l.1.ff.de custo.reorum, ideo si tirannus, uel aliqua priuata persona caperet aliquem,& uiolenter detineret in aliqua arce, hoc casu dicuntur carceres priuati, qui destinati sunt per hominem nullam habentem iurisdictionem super homine capto secundum Bal.in d.l.succurritur, Bar. & Doct.in l.2.ff. de priua.carce. interpretatur. 3. non procedere in muliere aufugiente de carceribus causa euitandæ libidinis, tunc per huiusmodi fugam non habetur pro confessa, secũdum Bal.in l.1.col.3.C.de ędil.edic.aliæ uerò interpretationes in seq.conclusione ad istam communem latius ponentur. Cõis opi.

OPINIO CXX.

Quærit Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu. de fuga utrum per illã fiat plena probatio ponit tres conclusiones, prima est conclusio quòd si fuga opponitur alicui, ut delictum, tunc probat delictum, & facit plenam probationem. l.quis sit fugitiuus ff.de ædil.edic.l.desertorem,& l.qui cum uno. §.qui post desertionem.ff.de re milita. & l.1.& 2.C.de deserto. & ita notat,& concludit in d.l.admonendi,& in l.in bonæ fidei.C.de iureiu.glo.in c.fin.de successio.ab intes.& in c.fin.de iureiuran. & ibi Docto.& Oldra.quem sequitur Ioan.And.in add.Specu.in titu.de præsump.§. præsumpta uersi.uiolenta, & istam opinionem sequitur etiam Ripa in d.l.admonendi nume.165.& Ias.in repetitio.nume.166.& Bar.in l.1.ff.de bonis eorum. Secunda conclusio clara est, & communiter approbatur. Tertia est cõclusio Bar.quòd, quando sumus in delictis, in quibus requiruntur plenæ, & ordinariæ probationes, ut l.sciant cuncti. C. de probatio. c.in literis de testi.& c.licet clamor eod. titu. tunc per fu- Fuga Cõis opi.

gam non fit plena probatio, ſed nec ſemiplena, ſed qualis qualis pſumptio, ſiue ſuſpitio, ut l. lege Cornelia. ff. ad Sill. & l. 1. C. de rapt. uirgi. & ibi Cyn. Bald. & Saly. hoc idem tenent, & Bart. in l. fin. ff. de quæſtio. & iſtam opinionem ait eſſe commmunem Curti. ſeni. in l. admonendi nu. 155. & Moder. ibi, & hæc fuga de cõſuetudine indicium ad torturam facit, ut dicit Iaſ. in repeti. d. l. admonendi nu. 188. Curtius, & Ripa, nu. 168. Grammati. conſi. crimina. 32. nu. 7. & conſil. 42. nu. 8. & ſeq. ampliatur iſta communis ut uera ſit, etiã ſi quis moueat unum pedem ad fugiendum, & ſic ſit in principio fugæ. d. l. quis ſit fugitiuus. §. 1. ubi glo. Bal. conſ. 220. lib. 3. & ſecundum aliam impreſſionem conſi. 38. lib. 4. Soci. ſeni. conſi. 99. lib. 4. & Boeri. deciſio. 215. nu. 2. & 12. ampliatur ſecundo loco quoque ut faciat indicium ad torturã fuga ſocij in delicto illius, qui in carceribus retinetur, ſecundum Alex. conſi. 65. in fin. lib. 1. Grammati. conſil. 14. crimi. nu. 4. & 17. ſed Boeri. in d. deciſio. 215. nu. 15. tenuit contrarium, ideo dicas quòd Alex. uult ſentire extantibus multis alijs indicijs, & ita loquitur Grammati. & ſic concordabuntur opiniones iſtæ, quia quæ poſſunt ſingula, multa iuuant, licet alia indicia non ſint ad torturam ſufficientia; & præmiſſa omnia ita declarata limitantur primò, ubi quis aufugeret ante inquiſitionem, & accuſationem factã de delicto, ex quo pœna ſanguinis ueniret imponenda, quia tunc fuga nullam induceret præſumptionem, cum liceat unicuique per phas, & nephas redimere ſanguinẽ ſuũ, ita ſingulariter Bar. per tex. ibi in l. 1. C. de his qui mor. ſibi conſci. cuius dictum exclamat pro ſingulari, & ſequitur Roma. & Iaſ. in d. l. admonendi. nume. 69. Mattheſi. notab. 146. idem Roma. in l. lege Cornelia ſupra citata, Ang. in l. fin. C. de quæſtio. & in d. l. admonendi, Aret. in tract. de maleſi. in uerſi. fama publica, uerſi. an fama ſit ſufficiens indicium, & Fely. in c. nullus ex. de præſumptio. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boeri. deciſio. 215. nume. 10. Marſil. ſing. 215. Soc. in regu. 163. & ſeq. & Io. de Amicis cõſi. 37. ſub nu. 7. in capitalibus uerò cauſis etiam poſt inquiſitionem fuga ipſa minimè facit inditium ad torturam ſecundum Roma. in l. lege Corne. ff. ad Silla. & ita conſuluit Io. de Amicis conſil. 7. nu. 11. & hoc eſt firmiter memoriæ commen-

commendandum ad amicorum defensionem, secundum Curti. in d. l. admonendi. nu. 155. & hoc intelligas generaliter quoties adest aliqua præsumptio propter timorē carcerum, non delicti, secundum Corne. consi. 58. uol. 2. Boer. in d. decisio. 215. & quoties adest aliquis iustus timor Ripa, & Ias. in d. l. admonendi; & his accedit congruenter quòd idem uidetur obseruari si ante libellum, & accusationem, seu inquisitionem comminatam, licèt nondum factam aufugisset, quia iustus fuisset timor fugiendi, & iustè debuit timere comminationem, per tex. in l. miles. §. socer. ff. de adulter. nisi alia indicia, seu suspitiones laborarent contra fugientem. argumento. l. fi. C. qui mune. tuto. se excusan. ita expresse Roma. in d. l. lege Cornelia, & sequitur Aret. in d. uer. fama publica uersi. an fama sit sufficiens indicium. & Io. de Amicis in d. consi. 37. nume. 7. limitantur secundò prædicta, ut fuga ipsa faciat indicium, sed purgari possit per reuersionem, secundum Bald. in l. 1. C. de seruis fugi. Fely. in c. 2. nu. 7. de fide instru. & Io. de Amicis in d. cō si. 7. nu. 21. & ita se habet communis opinio, de qua testatur Ripa in d. l. admonendi nu. 65. Grammati. cōsi. crimi. supra citato, & Boer. decisio. 215. nu. 17. & indiciū hoc purgatur si fugiens intra annum redeat secundum Ripam in d. l. admonendi nu. 65. sed hoc vr̄ falsum, ut constabit ex infra dicendis; & qualiter hic probetur q̄ fugiens habeat animum reuertendi. dic q̄ per testes, quia forsan ante q̄ fugeret declarauit animū suum coram testibus q̄ discedebat animo reuertendi, iuxta nota. per Bart. in l. 1. §. si quis ipsi prætori ff. de ope. noui nun. si uerò id per testes probari non potest consideratur conditio personæ an sit nobilis, honesta, & legalis, uel potius uilis, & suspecta, & secundum illius conditionē iudicatur fuga. l. nō oēs. §. à barbaris. ff de re milita. item attenditur, an sit diuturna, uel breuis absentia, quia si citò reuersus fuerit sponte sua præsumitur q̄ aufugerit animo reuertendi, prout reuersus fuit, & quia ēt non intendit fugere, qui aliquo momēto uult facere se alentem. l. si quis ita legauerit dum uxor mea. ff. de condi. & demon. & optimè declarat Bart. in l. aut facta. §. tempus col. 1. ff. de pœnis Bal. in l. 1. col. 3. & seq C. de edi. actio. & in l. 1. C. de seruis fugiti. ubi subijcit q̄ si statutum puniat fugientes à carceribus

Cōis opi.

ribus

ribus non includit eos, qui exiuerunt animo redeundi, idē etiam tenet Ioan. de Anan. consi. 1. nu. 6. Marsil. consi. 122. in prin. Bar. in l. in eos. ff. de custo. reorum, Fely. in c. nullus de præsump. Grāmati. consi. crimi. 57. ubi hoc limitat multis modis, Marsil. in sua practi. crimi. in §. diligenter nu. 46. in rub. C. de probatio. nu. 261. & in l. 1. in prin ff. de sicarijs; secus autem si diutius steterit absens, quia tunc præsumitur quòd animo fugiendi, & non reuertendi recesserit d. l. desertorem. §. emansor, & ibi glo. & Bar. qui hoc optimè notant, & in d. l. quis sit fugitiuus in princ. & tenet Bald. in l. 1. col. 5. C. de ser. fugiti. & Curti. seni. in d. l. admonendi dicit hoc nunquam esse obliuioni tradendum, quia sibi in practica, & cōsulendo sæpe maximū honoré fecit. Limitat tertiò ubi qs aufugeret ex aliqua causa probabili, siue rōnali sic suadente puta ratione partialitatis, ac inimicitiæ, seu factionis existentis in ciuitate, uel quia locus non erat sibi securus, uel quia officialis erat ualdè crudelis, uel similibus ex causis, tūc fuga nullam causat suspitionem, quia ex quo inculpatus de homicidio, seu delicto ibi securè, ac tutè stare non possit, neque potest fuga sibi imputari. cap. accedens il primo ex. ut lit. non contesta. ita in terminis decidit Bald. in l. in bonæ fidei col. pen. C. de iureiu. allegans clemen. pastoralis de senten. & re iudi. glo. & Ioan. Andr. in c. statutū §. 1. de rescr. lib. 6. & firmauit consulendo Io. de Amicis in d. cōsil. 7. nu. 12. cum alijs seq. & de fuga iusta cum causa facta statur dicto fugientis cum iuramento, secundum aliquos Doct. in d. l. admonendi, & secundum alios sine iuramento, ut per Marsil. sing. 115. & quòd stetur simplici dicto absque iuramento testatur Boeri. decisio. 215. num. 9. & seq. & Grammati. consi. crimi. 42. nu. 18. Parisi. consi. 163. nu. 10. uel 20. lib. 4. Quartò loco limitatur quoties esset quis illegitimè accusatus, carceratus, uel iniustè retentus. l. non omnes §. à barbaris. ff. de re milita. Aulus Gell. lib. 2. ca. 17. Paris de Puteo in tract. Syndi. in uer. carcerem, & Ripa in d. l. admonendi, ubi hoc nu. 172. ampliat per l. nihil. ff. de capt. ut si iniustè retinetur, nec possit aliter aufugere possit occidere custodes, sed hoc interpretatur Boeri. in d. decisio. 215. nu. 32. habere locum, quando esset moriturus, nec aliter posset euitare mortem. Quintò limitatur, ut non habeat

beat

beat locum in præiudicium tertij,ut per Curti.ſeni. & Ripam in d.l.admonendi nu.164.& 174.& Io.And.in c.ad audientiam ext. de fide inſtru. Sextò fallit,ut non procedat, quando quis aufugit præſentiam ſæuientis iudicis,qui conſueuit eſſe multum crudelis cum ſubditis ſuis, in quo plus ſæuitiæ, quàm iuſtitiæ reperitur ineſſe, & in caſu iſto fuga non nocet.ſecundum Pari.de Puteo in d.trac.ſindi.in uer. an iudex,Paulum Girlandum in tract. de relaxatio. carcerat.in titu.de fuga carcera.num.13.Boeri.latè in d.deciſio. 215.nu.9.& ſeq.& Felyn.in c.nullus col.7.ext.de præſump. & iſte quippè dicitur iuſtus timor, & fuga iſto caſu dicitur eſſe facta ex iuſta cauſa,ſecundum Andr. de Iſer. in conſtitutio.regni in c.grandis, & in c. pœnā eorum,& Lucam de penna in l.ſi coloni.C.de agric.& cenſi.lib.12.ubi ait quòd ſi quis timés ſæuitiam impij iudicis, in quo nulla eſt iuſtitia, ſed tota crudelitas aufugeret ex curia, in qua tenebatur, aut cuſtodiebatur detentus non debet haberi pro confeſſo,quia de malo iudice,malum præſumendū eſt.l. ſi quis per impreſſionem.C. quod metus cauſa. l. non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita.pro quo facit etiam quod no. Bar. in l.1.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de ope. noui nun.ubi dicit ꝙ ille omnino, aut probabiliter timet præſentiam iudicis, dubitans,ne contra ipſum inuitum ſæuiat.actus ille,qui fiedus erat coram iudice ſufficit ſi fiat coram uicinis, & amicis. idem tenet Paris de Puteo in d.c.an ſi index, qui demū oſtendit optimam cautelam officiali cuius fuga faceret præſumptionem contra ipſum, ut ubicunque uideret officiales ſindicatores ſibi inimicos, & ſibi ſuſpectos iter arripiat ad ſuperiorem cum proteſtatione quòd non intendit per illum receſſum arripere fugam, ut fugiat iuſtitiam,ſed accedere ad ſuperiorem,ut audiatur in cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpitione, ſiquidem qui arripit iter ad ſuperiorem uidetur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur,ſecundum Hoſtien. in c. ut debitus de appellat. de quo Bald.dixit eſſe text.in l.ſed ſi per prætorem.§.fin.ff. ex qui. cau. maio. Sextò limitatur ſi conſtat de fuga legitimè ſaltem per duos teſtes,uel legitimam probationem,aliter nō poſſet facere indicium ad torturam, ſecundum Brunum in tract.de indicijs.q.3.num.12. Septimò fallit in famulo fugiente.

giente, in quo fuga facit plenam probationem, secundum glo.in §.si uerò etiam in auth.de exhibé.reis, ubi Ang.hoc firmat, & Pau.Grilandus in d.tracta.de relaxatio.carcerat. in titu.de pœna carcerato.& Boer.in d.decisio.215.nu.29. ubi multos adducit. Grammati.consil.crimi.32.nu.6.Bar. in l.cum probatio.ff.de probatio.Marsil. sing.497.sæpissimè, Blanc. in l.fin.nu.423.ff.de quæstio. Marsil. in sua practi.crimi.§.diligenter nu.47.& 91. & Grammati.in consil. crimi.22.nu.6. & opinionem istam intellige, quando maximè concurrit uerisimilitudo ex parte domini condolentis, & famuli fugientis, præsertimq; ante inquisitionem, & post accusationem, quia tunc facit indicium ad torturam, ut concludunt Docto. superius citati, & ista est communis opinio, secundum Curti.Senio. in d.l.admonendi nu.171. quamuis ipse ibi tenet contrarium, imò plus dic retenta cõmuni opinione quòd præsumitur famulus iste subtraxisse bona, quæ non reperiuntur extare in domo, quæ ante fugã aderant. glo.est notab.ad hoc, secundum Ang.ibi in §.si uerò quidam etiam iurant in auth. de exhiben. reis, & Brun. in tract.de indicijs.q.3. in prin. Octauò limitatur, quando fugiens esset bonæ famæ, & conditionis, ut per Brunum in d.tract.de indicijs q.3.nu.22. Parisi.consi.163.nume.19.& Catald. in tracta. de indicijs num.73. uel 76.in tho.17.uel 14. Nonò fallit quòd licèt fuga faciat indicium non habet locum in incarcerato aufugiente, secundum Ias. in repeti. d.l.admonendi nu.172. & Ripam nu.170.Pau. Grilandum in d.tract.de relaxatio. carcera.in titu.de fuga carcera.nu. 13.& latè Boer.in allegata decisio.215.nu.9.& sic carceratus habetur pro confesso si aufugit.per tex.in l.in eos.de custo.reorum.ff. nam ista fuga probat plenè, contra fugiẽtem istum, ubi etiam ille tex.quærit, an ille fugiẽs puniatur pœna, qua pro illo crimine accusatus ueniret puniendus, & uidetur quòd sic, & per hunc tex.Docto.dicunt communiter quòd fugientes ibi habentur pro confessis, tamen re uera nihil probat ille tex. nam non loquitur de fugientibus, sed de conspirantibus, & tractantibus fugere, litera dum dicit quòd habentur pro confessis, & puniendi sunt, non tamen aperit qua pœna, nam illa lex esset nimis rigorosa; ut puniruntur fugientes illa pœna delicti; quia non sequutus fuit

Cõis opi.

Cõis opi.

effectus,

effectus, ideò dicas quòd puniuntur extraordinariè iudicis arbitrio, & sic intelligas illum tex. ut iudex mittat illos in carceres securiores, cum ausi fuerint frangere carceres, secundum Alberi. ibi, & Rayner. de Forli. & Boeri. in d. deci. 215. miratur de Ias. in d. l. admonendi quòd non posuerit istum intellectum, probatur tamen conclusio hæc per tex. in l. 1. ff. de effract. ubi fractores carcerum habentur pro confessis, & puniuntur ultimo supplicio, sed hoc limitatur ut ibi per illum tex. & istam ait esse ueram, & communem opinionem Boeri. in præcitata decisio. 215. nu. 9. & posuimus latè supra in præcedenti conclusione; Ampliatur ista noua limitatio communis etiam si quis non detineatur in arcto carcere, sed in camera, uel palatio, seu in aliquo thalamo, nam tunc fuga facit plenam probationem, & hæc ampliatio pro ueriori firmatur à Boeri. in allegata decisio. 215. & Pau. Grilan. in tract. de relaxat. carcerato. in titu. de fuga carcera. nu. 12. & 16. sublimitatur prædicta noua limitatio, quando aufugeret causa adimplendi uotum. argumento. l. illud. ff. de offic. præsi. dum tamen redeat intra diem, uel infra modicum tempus, & hoc pro singulari tenet Mar sil. sing. 149. sublimitatur secundò, ut non habeat locum quoties generaliter recedit à carcere causa religionis seruandæ, puta propter audiēdam missam, dummodo redeat, secundum Bal. in l. 1. C. de ser. fugiti. & Boeri. in d. decisio. 215. num. 17. sublimitatur tertiò, quandoquis aufugeret de carcere propter necessitatem, puta, quia carcer comburebatur, uel propter suspitionem istius timoris. argumēto. l. habitatores. §. fin. ff. locat. item si propter aquam domus, uel carcer esset frangēdus qui profectò tex. notādus est pro scholaribus conducentibus domus, nam propter pestem potest relinqui, dum tamen tu reddas claues, uel denūcies domino, ut per Ripam in tract. de peste titu. de priui. contra causam pestis nu. 22. & Boeri. in d. decisio. 215. num. 22. quartò sublimitatur hoc non procedere, quando retentus in palatio aufugeret per portam l. nemo carcerem. in uer. aperta, & libera. C. de exacto. tribu. lib. 10 per quem text. ita concludit Bald. in lectu. antiqua, Roma. Ias. & Ripa in d. l. admonendi. Brunus in tract. de indicijs. quæst. 3. nume. 12. Pau. Grilandus in d. tractat. de relaxatio. carcerato.

Cōis opi.

in

in titu.de fuga carcera.& Fely.in d.c.nullus; secus autem si muros palatij transcenderet.l.fin.ff.de rerum diuisio. nam fugientes fractis ostijs, uel muris carcerum habentur ac si confessi fuissent crimen, pro quo fuissent carcerati. d.l.in eos, ubi Bar.& alij notant, & sic hoc casu fuga facit plenam probationem, adeo quòd punitur fugiens ac si commisisset delictum.l. commentariensem. C. de custo. reorum, & ita notat Ioan.And.in add.Spec.in tit.de præsump.§. præsumpta,uer.uiolent, Areti.in tract. malefi.in uer.fama publica uers. sed quid si quis fuerit positus in carcere, sed tali sublimitationi obstat ista ratio, secundum aliquos Doct.in d.l.admonendi, quia palatium, seu camera largò modo carcer potest appellari, nec dicitur in carcere clausus, qui retinetur in palatio, hoc tamen in contrarium non obstante teneo, ac sequor istam sublimitationem tanquam uerissimam, quam comprobo hoc medio, quia constat quòd carceratus dicitur omnis, qui non potest de loco tutè libereq; recedere ad sui libitum, secundum Ang.in l.1.C. de priua. carceribus, Bald.in l.uni. col.2.C.de confessis, & no.idem Ang.in l.qui in carcerem ff.quod metus causa, Innocen. & Docto.in c.nuper.ext.de senten.excommunica.ex quo fugiens de palatio fugit contra præceptum iudicis ergo habetur pro conuicto, & confesso, sed Doct. in d.l.admonendi conantur opiniones istas ad huiusmodi consonantiam, & concordiam reducere.quòd detentus in palatio, uel sub aliqua fida custodia propriè non dicitur carceratus, adeò quòd si iudici prohibita esset carceratio sub pœna non tenetur ad pœnam in sindicatu, licèt aliquem sic custodiendum arrestasset, nam propriè carcerasse non diceretur, ita Bar. per illum tex.ubi glo. in l.fin.C. de decurio. & statio. lib.12.quem sequitur Aret.in tract. malefi. in d uersi.fama publica uersic.quotuplex sit carceratio; impropriè uerò, & largè carceratus est, sed non puniendus est, ueluti confessus, tanquam probatum sit delictum ex tali fuga, & ita procedit prima opinio, secunda autem habebit locum, quando retentus in palatio aufugeret fractis ostijs, & muris, secundum Roma.in d.l.admonendi, & Doct. in d.l.eos, imò Roma. ibi hoc ampliat etiam procedere si retentus fugam arriperet post accusationem, & inquisitionem, & hoc casu

habetur,

habetur, ac si confessus fuisset crimen, pro quo fuisset carceratus. d.l. in eos. Decimò posset limitari, quando esset factum bannimentum, uel decretum quòd quis non posset deferre talem rem per talem locum, nam si inueniatur aliquis ab officialibus, & iste renuat perquiri, & aufugiat erit puniendus illa pœna banni, secundum Bar in l.3.C.de cur. pub.& angar.lib.10. quia habetur pro confesso ille fugiés, & de hac materia, uide latè per Boeri.in d. decisio.215.ubi ad saturitatem uide, uidelicet quòd frangens carceres possit condemnari absque citatione. Vndecimò limitatur in officiali, seu iudice fugiente ab officio suo, quia tenetur crimine læsæ maiestatis.§.1.in auth.de admini.& no. Ripa in d.l.admonendi, ne propter discessum scelera committantur à subditis, quia tunc pœna est delictum, & sic plenè probat, ut per Bar.& Ias.in d l.admonendi, & Marsil.sing.115. & ista limitatio uidetur communis, ut per Docto.præcitatos, quòd ampliatur etiam finito officio, dum tamen stet in sindicatu, secundum l.1. C. ut omnes iudi. tam ciui. quam crimi. Alberi.ultra omnes in rub.nu.2.ff.ad legem Iul.maiest.allegans.l.2.cod.titu. Sed text.ille non probat, melius probat tex.in d.§.1.in auth.de adminiſt.tenet Gig.in trac. de crimi.læsæ maiestatis lib.1. c. 42. ubi allegat Alberi. in d.rub.tamē errauit non recordatus de doctri.in d.l.admonendi, quia isti iudices non tenentur crimine læsæ maiestatis, ut per Ripam in d.l.admonendi, & per text.in d.§.1.bene tamen uerum est ꝙ ista fuga facit præsumptionem contra eos de obiectis in sindicatu, & sic pondera.d.§. sed hoc. in auth. de collat. & in l. 1. C. ut omnes iudices tam ciui quàm crimi. ubi in his duobus allegatis habetur pœna statuta istius fugæ, nec obstat.l.2.ff.ad leg.Iul. maie. nam non loquitur in his terminis, concludo ergo non esse uerā opinionem Alberi.& Gig. cæterum defendi posset uno modo istorum sententia uidelicet, quando essemus in criminalibus, ut uidetur sentire Ripa in d.l.admonendi, Saly.& Roma.dum allegant tex.in l.Consiliarios.C.de assessori. Sed tex.ille non habet locum in hoc, cum loquatur in fugante officialem, meritò teneo contrariam partem quòd ista fuga officialis faciat semiplenam probationem.d.§.sed hoc, & defertur iuramentum in defectum semiplenæ probationis,

Cōis opi.

xi.a lim.
xii.a lim.
in officiali fugiente
Ampl.

nis, quòd quidem limitatur in officiali reducto ad carceres, secundum Roma.& Ias.in d.l.admonendi, Fely. in cap. nullus de præsump.& Brunum in tract. de indicijs q.3.mouentur per.§.necessitatem per eos citatum, id tamen Ripa in d.l.admonendi non admittit,& respondet ad d.§.necessitatem, nisi probatum fuerit per iuramentum partis,& ille tex.hoc modo intelligitur, secundum.§.sed hoc.supra citatum, quamuis fiat illi tex.aliqua uiolentia.

OPINIO CXXI.

Filiusfamilias regulariter non potest testari etiam patre uolēte, ac permittente.l.qui in potestate.ff.de testa. ubi ait Aret. col.3. quod ista est communis regula. imò patris consensus non operatur, ut testamentum ualeat.l. testamēti. eo tit. & c.licet. de sepultu.lib.6.ubi latè per Alexan.& alios in l.senium.C. qui testa.face. poss. amplia hoc q; non solum filiusfamilias non potest testari de aduentitijs, quorum usufructus patri quæritur, sed etiam de aduentitijs ad ipsum pleno iure spectantibus, ut habetur in l.fin. & in l.3.

Cōis opi. ubi omnes Docto. communiter ponunt. C. qui testa.face. poss. Calderi.consi.10.in tit.de testamen. Ioan.Monte Ferratus in repeti.l. frater à fratre in fin. & Crotus ibidem nu.121.ff.de condi.indebi.& ista est magis communis opinio, prout scribunt Alexã.Corne.Ias.& Riminal. in d.l.pen. in fin.C.qui testa.face.poss.& ultra præcitatos Doct. idem tenet Roma.consi.512.nu.3. Rubeus consil.93.nu.2.Ruinus consi.24.nu.2.uolu.5.Iul.Clar.cum cæteris signatis per eũ in tract.de testam.lib.3.q.18.& Soci.iuni.consil.77.nu.10. uol.2.Ampliatur etiam quòd filiusfa. non potest testari pēdente patris sui captiuitate, & sic filius ad testamentũ condendum nō admittitur, licèt eius pater ab hostibus captus sit secundum glo.fin.in l.si pater. ff. de iniusł.rup. Cyn. col. penul Odofre.& Ang.col.fin.C.de senten. pas.Imo.col.8. Ias.nu.243.& Crotum nu.18. in l. si is qui pro emptore ff. de usucap.Alex.nu.10.Ias.nu.9.in l.lex Cornelia ff.de uulga.Corne.consi.204.col.fin.uol.3. Marium Salom. nu.16. Emanue.in 2.par.nu.92.in l.Gallus. §. & quid si tantum ff.

Cōis opi. de liber & posthu.& ista est communis opinio contra Bar. nu.9.Bal. nu.15. contrarium asseuerantes in l.fin.C.de senten.

tén.paſſ.ampliatur poſtremo,ut filiusfa. minimè teſtamentum condere ualeat, licèt ſui iuris reputaretur ſecundum Bal.in l.2.in fin.C.de ſenten.Alex. conſi.147.col.pen.uol. 7.Deci.in l.ſi emancipati col.3.C.de colla. Alexã.col. 2.& Iaſ.in l.1.C.de ſenten. Cottam in memorali in uer. opinio communis il ij. & Tiraquel. in legibus connubialibus glo. 8.nu.144.& iſta eſt communis opinio,ut exiſtimant Doct. præcitati, fallit primò iſta concluſio quando pater ingrederetur monaſterium, tunc enim eius filij propter talem ingreſſum efficiuntur ſui iuris, poſſuntq; teſtamentum conderc.ſecũdum Bar.in l.patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. ubi hanc limitationem probat tribus rationibus,& in l.patri.per illum tex.ff.de adulter. circa fin.Iacobus uerò Butr.& Bald. poſt glo. ibi in auth.excipitur.C.de bonis quæ liber. inclinauerunt in contrariam ſententiam; ſed primam Bar. & ſequacium aſſerit eſſe communem Iaſ. in d.l.patre furioſo nu.45.Moder.in c.in preſentia de probatio.Alberi.in auth.ingreſſi.nu.13.C.de ſacroſan.eccle.& Boeri.in deciſio.121.num 2.& ſeq.limitatur ſecundo loco quando filiusfamilias patre conſentiente conderet teſtamentũ de peculio aduentitio ad piam cauſam, eo caſu pro culdubio ualet teſtamentum.d.l.licet in fin.& tenet Ange. Bal.& Saly.in d.l.ſenium,Roma.in auth.ſimiliter in 13.priuilegio.C.ad l.falci.Fede.de Senis conſi.298.& Vaſq.cum alijs relatis per eum.in trac.de ſucceſ. proceſ.tit.qui teſtari poſ.lib.1.§.1.nu.50. ubi recenſuit tres aliàs ſententias cõtrarias. & iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Crotus in d.l. frater à fratre, ubi reſpondet omnibus ferè fundamentis Fulgo. cæterorumq; Moder. contrarium aſſeuerantium in d.l.ſenium,& ſequitur quoq; & magis communem ait Clarus in tract.de teſtam.lib.3.q.5.uer.ſed nũquid filiusfam.& hoc etiam procedit in filiafamilias, quæ quidẽ licèt nupta ſit, & conducta ad uiri domum, proptereà patria poteſtas non finitur, ſed remanet in poteſtate patris.l. ſi uxor.C.de condit. inſer.ſed quæſtionem iſtam ad utranque partem copiosè exagitat Rodericus Suares in ſuis allegationibus in l.9.tit.de los pleytos. nu.11.cum alijs ſeq. & non poteſt de bonis maternis ſeu ſuper dote facere teſtamentum,ut per glo.in l.filiæ ff.ſolu.matr.& Alex.conſi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

17.uisis.uol.2.nisi ad pias causas,& cum patris consensu.d.
Cõis opi. c.licet.§.fi.& ista est communis opinio, ut patet ex allegatis per Alexã.& alios.in d.l.senium,& per Barba.in rub.de testamen.fol.12.sed utique posset testari ipsa filiafami.ubicunque esset emancipata.secundum glo.& Docto.communiter.in d.l.si uxorem,& Fely. in c.super eo. il ij.col.2.ext.
Cõis opi. de testa. similiterq; filia ipsa maritata fit sui iuris, de cõsuetudine Neapolitana,ut refert Grammati, consil. ciuili.63. num.15.ubi hoc intelligit procedere quo ad debitum carnis,operasq; obsequiales,in cæteris uerò dicit quòd remanet sub patria potestate, & latius hoc explicat,consi.ciuili.87.nu.4.cum alijs seq. & dato propter huiusmodi consuetudinem filiafami. nupta, & conducta ad domum uiri non remaneat in patris potestate; nihilominus ipsa filiafami., mortuo marito iterum reuertitur in potestatem patris, ut tenet Specu.in tit.de tuto.§.quid si mulier,& Afflict.in cõstitu.Siciliæ.exordiente prosequens.col.15.& ita seruatur ubique prout refert Boeri.in decisio.197.num.4.& Grammati.decisio.54. nu.9. limitatur, ac declaratur tertio loco quando filiusfami. testaretur de bonis sibi donatis per principem, de quibus quidem testari potest, ut sentiunt omnes
Cõis opi. Docto.communiter.in l.cum multa.C.de bonis quæ liber. per illum tex.& Alexan.in l.1.§.hoc autem.ff. ad Trebel. & istam esse communem ponit Crotus. in repeti.d. l. frater à fratre,nu.112.ubi ait quòd contrarium est uerius. interpretatur quarto quando filiusfami. testaretur de peculio castrensi,uel quasi castrensi, tunc enim ualebit testamentum. l.fin.C.de inoffic. testa.]ut per Corne.consi.87.iura dubia. col.3.uol.3.& Alex.consi.2.in consultatione.uol.6.Quintò limitatur quòd licèt filiusfami. non possit testari etiam patre consentiente,potest tamen donare causa mortis patre permittente.l.tam is.§.fi.ff.de donatio. causa mor. imò ipse filiusfamil. bona aduentitia etiam, pleno iure habens non potest de his donare causa mortis absque consensu patris. secundum communem opinionem, quam citauit, & declarauit,ac ita consuluit Rubeus,consil.46. & consi.127. atque eidem inhæruit cum citatis per eum Clarus.in tract. de donat.q.6.uersic. aut uero quæris,utrum possit donare, ubi docuit similiter magis communem,& posuit alia multa

ta utilia circa consensum ipsum præstandum per patrem.
Sed hic pulchrum est disquirere de ratione, quare filiusfami. de patris uoluntate testamentum facere non potest, & nihilominus causa mortis donat patre permittente, respõdeas breuiter quòd communis ratio est, quæ originaliter fuit Accur.in §.1.instit.quib.non est permissum face.testa. & d.l.tam is.§.fin. nam donatio causa mortis, & si contractus, & ultimæ uoluntatis naturam redoleat, magis tamen accedit contractui, & de huiusmodi communi ratione testatur Corasius.in repeti.l.qui liberos.nu.29.cum alijs seq. in 2.lect ff.de ritu nup. ubi ultra rationem communẽ præcitatam assignat aliam meliorẽ, & quatenus diximus quòd filius de patris consensu potest donare causa mortis. d.l.tã is.§.1. nota hic ꝙ licèt possit donare filius, tamen non põt legare, ut probatur.in l.2.ff.de lega.1.à contrario sensu iũcta.l.qui in potestate.ff.de testamen.& instit.qui.est permi. face.testa.in prin.& istam differentiam pariter firmauit gl. in d.l.2.ff.de lega.1. cum qua communiter alij Doct. transeunt, ut refert Ruinus.in prin.ibi,& glo.in d.l.senium, ubi Iaſ.nu. 8. similiter testatur istam esse communem opinionem, idemq; tenet Alex.consi.53. nu.8.uol.7.Domini.Perusi.& alij.in c.si pater.de testa.in 6.ubi Gomesius. col.1.dicit circa hoc non esse dubium, sicq; omnes concludere, aliosq; refert eiusdem sententiæ Dilectus.in tract.de arte testandi, cautela.1.tit.1.col.1. & ponit Guil. Benedi.in repe. in c.Rainutius. de testa.nu.43. Solus Cumanus.in d.l.tam is.§.1.& in d.l. qui in potestate tenuit cõtrariũ, uidelicèt, ꝙ nec ẽt donare causa mortis possit filius patre quantumuis consentiente per multas rationes, tñ concludebat ipse Cu. non esse contra stimulũ calcitrandum, & sic in cõem sentẽtiam declinabat, quam sequuntur respondendo omnibus fundamẽtis Cuma.Soci.iun.in l.2.nu.15.ff.de lega.1.& Celeberrimus Iureconsultus D.Guiliel.Pontanus Præceptor meus.nu.15.Sexto loco limitatur ꝙ quãuis filiusfami.testari nequeat ẽt patre consentiente, potest tñ disponere inter uiuos de bonis, in quibus patri usufructus non quæritur. secundum cõem opinionem omnium Doct. quã citat, & late declarat Craue.consi.84.nu.9.item consuetudo põt concedere filiofa.ius testandi, & oĩa quæ sunt de iure positiuo

Cõis rati.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

faciendi,ut uoluerunt Inno.in c.Raynutius de testa.Anch. & Imo.in c.2.eod.titu.Bar.& alij in l.si quæramus.Pau.Castren.in l.qui in potestate.ff.de testa.col.1.Bal.col.1.& Ias. col.1.in auth.ingressi.C.de sacro san.eccle.& Bal.in tracta. statutorum in uer.testari,uersi.statutum, siue consuetudo.

OPINIO CXXII.

Filiusfamiliàs non potest stare in iudicio citra consensum patris.l.fin.§. necessitatem.C. de bonis quæ liber. & l. 1.§.fi.C.de anna.excep.ubi Bal. & iudicium cum eo actum sine licentia, & consensu patris est nullum secundum Bal. consi.193.uol.3. imò consensus requiritur expressus,& specialis,ideo non sufficeret generalis in quibuscunque causis l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui. hære. sed ubicunque consensus patris est pręstitus in causa principali durat etiam in causa executionis, nec requiritur nouus consensus,ut per gl.in l.3.§.sed utrum.ff.de minor. & hic aduertédum est.consensum patris minimè esse necessarium in causis summarijs,ut per Bal.in præcitato.§.sed utrum,motum authoritate glo.in l.1.C.qui admitti;tamen communis sententia omnium Doct. uidetur in contrarium illic,& alibi, ut attestantur Moder.in l.qui liberos.ff. de ritu nup.& Bal. parum sibi constans reuocauit iudicium in melius in l.nec quicquam.§.de plano.ff.de offi.procon.uidelicet quòd cõsensus patris semper non tantum in causis plenarijs, sed ét in summarijs, & executiuis interuenire debet, & sequitur Marsil.in l.si quis ne quæstio.nu.6.ff.de quæstio.& hęc omnia habent locum similiter in emancipato, ut latè deduximus supra.in uer.emancipationis in fin.& quamuis ipse filiusfamilias agere, nec conueniri possit in iudicio absque pr̃is consensu secundũ Bal. in d.§.fi.fallit tamen hoc quando interuenit,ut procurator,tutor,aut curator,c.qui generaliter.§.1.de procurato.in 6.& ita tenet Odofr.in l.filiusfami.ff.de his qui sunt sui,uel alie.iu.Maranta in tract.iudiciorum.in 4.par.16.distin.num.19.fol.paruo.74.Gui.Papæ sing.732.ubi refert Docto. contrarium asseuerantes,& ista est cõmunis opinio teste Ant.de Tremo. in add. ad Bona. in pract.excep.in rub.qui.mo.suo.no.aui.nu.14.in uer.sine consensu patris,quoniam officij necessitas in hoc, & multis

Cõis opi.

Cõis opi.

tis

tis alijs excusat,ut dicit Alciatus in fine primi libri de uer. sig.item fallit quando pater commoratur extra territoriū, tunc quippè stante absentia hac potest esse in iudicio absq; patris licentia.secundum Bal.in d.§.necessitatem,Gui.Papæ singu.896. licèt libellus,& Marsil.in l.1.§.præterea.nu. 93.ff.de quæstiò.ubi opinionem istam latè comprobat. itē quando agit,uel conuenitur in causis spiritualibus, c.fin.& ibi Gemin.de iudi.lib.6. Innoc.in c.2.de regular.Maranta loco,de quo supra.nu.20.& per consequens filiusfami.potest ingredi monasterium sine consensu patris secundum Abb. & August. Beroum. nu.526.in c.in præsentia de probatio. item si impetrat rescriptum, ut notat Rota decisio. 183.Innò.Dyn.& Panor.in d.c.fin.de iudi.idemq; concludere uidetur Capicius decisio.56.nu.7. in filiofami.impetrante rescriptum à principe contra patrem,uel auum. itē in beneficialibus,ut not.glo.sing.in c.1.de iureiu.Io.Andr. in c.ex parte de resti.spolia.& Docto. omnes communiter in l.ait prætor in princ.ff.de mili.testa.quia in bonis clerici, quæ reputantur quasi castrensia peculia patri de eis nihil quæritur. secundum Bar. consi.61.filiusfami.in fin.uol. 1.Bal.in l.sacrosan.3.nota.C.de epis. & cleri.Ias.in l.patre furioso,in fin.ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iu. & Guliel.Benedi.in repeti.c.Raynutius,in uersic.matrem. nu.17.de testa. siue sint quæsita intuitu ecclesiæ, siue non,aut ante clericatum, aut post secundum eum ibi. hocq; cum grano salis intelligendum uenit, & secundum declarationem traditam per Couarruuias,in c.quia nos.nu.1.& seq.fol. paruo.260.de testa.itē pt filiusfami.eligere sepulturā absq; patris cōsensu,ut no.Gui.Pap.sing.898.filiusfami.itē in cā re conuētionis secundum gl. in l.sed & hæ in prin.ff.de proc. item in causa appellationis secundum Bald. in memorato. §. necessitatem. item in his, quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis,ut per Bal.in d.§.necessitatem.item si implorat officium iudicis secundum glo.in l.1.C.qui admitti,quam dixit sing.ibi Ange.Roma.in repeti. rubr.ff. de arbi. col.8.& Marsil. post alios relatos per eum in sua pract. crimi. in §. opportunè.nume.72.& seq. item fallit in omnibus causis, in quibus potest minor esse in iudicio absque tutoris authoritate,ut not. Roma.sing.320.tu scis, ubi allegat singulare

Cōis opi.

dictum Specu.in titu.de actio.§.1.uersi.Sed nunquid,& ibi Bal.in add.ad eum,& est gl.in d.c.fin.de iudi. & ita limitãt regulam istam Soci.in reg.151.Bal.consi.192.& 493.uol.3. & Fulgo. cõsi.165. item fallit in compromisso,nam coram arbitro,seu arbitratore posset filiusfami. comparere agendo,uel etiam si conueniatur defendendo sine consensu patris. secundum Ange. in d.§.necessitatem,quoniam ut uoluit Bal. ibi compromissum fieri potest uerbis nulla interueniente obligatione. item fallit in causis criminalibus,in quibus potest stare in iudicio sine patris consensu, & præsertim in causa ad defensam, in qua consensus patris non requiritur.l.noxali, & l. quotiens.la ij.& ibi Bart.ff.de noxal. & similiter ad defendendum semper cõstituere potest procuratorem absque consensu patris.l.seruum quoque.ff. de procura.& no.Gui.Papę sing.450.constitutiones feudales.in fin. item si filiusfami.cum consensu patris se obligasset,tunc potest id,ad quod se obligauit in iudicio peti, & licèt non interueniat patris consensus, ualet tamen secundũ Bal.post gl.in l.3.ff.de minor. quam sequitur Alexã.consi. 11.uiso processu, uolu.5.item si iudex interloquatur posse procedi cum filiofami. ualet iudicium propter authoritatem iudicis secundum Io.And.in add. Spec.in tit. de actore uersi.quid si pater noluit consentire. fallit quoque in filiafami. quæ potest esse in iudicio absque patris consensu, & petere dotem aduentitiam, quæ ab auo, uel matre processit sibi restituendam fore. secundum Ias.cum alijs congestis per eum,in l.quod locum.nu.2.C.de colla. ubi exprimit istam esse communem opinionem, quia in dote prædicta patri non queritur usufructus,ut per Niconit.in repet. c.quoniam contra.num.69. de probatio.tu ergo aduocate, qui agis cum filiofami.si cupis, ut eius persona legitimetur sine patris consensu cautela est.secundum Bart. in l.minor 25.ff.minorib.quòd facias,ꝙ iuret non contrauenire,tunc enim eius persona legitimatur, ita not. Bar. in l.quid ergo §.contrarium.in lectu.Nicol.de Neapo.ff. de contra. iudi. tute.& not.in decisio.Tholosa. 45. & 49. potest quis pariter uti altera cautela contra filiumfami. quotiescunque timeret sententiam contra eum proferendam esse in fauorem filijfami. quòd priusquam sententia publicetur opponeret

Cõis opi.

neret

neret de nullitate processus, ex quo aduersarius est filiusfamilias, & stare in iudicio non potest absque patris consensu, ergo petere potest processum declarari nullum nō obstāte quauis replicatione ipsius filijfami. ita uoluit Ange. per glo. ibi. in l. sed, & si de sua. ff. de acquiren. hære. & Cæpolla caute. 118. & licèt Pau. Castren. Io. de Imo. & Rapha. in d. l. sed, & si de sua asseuerent contrarium, nihilominus Marsil. in l. si quis ne quæstio. nume. 44. cum alijs sequen. ff. de quæstio. tenet, tueturq; prædictam doctrinam Ange. in Regno uero Neapo. cautè procedendum est cum filijsfami. propter pragmaticam incip. per excellentem Dominum Regentem magnæ curiæ, disponentemq; quòd notarij sub pœna priuationis officiorum, unciarumq; auri centum non debeant recipere obligationes, instrumenta, seu contractus aliquos à filijsfami. sine præsentia, expressoque eorum patrum consensu; saluo tamen nisi fuerint emancipati, uel habitent, ac uiuant seorsum ab eorum patribus, quam pragma. latè, ac diffusè declarant Carauita, & Scaglionus Doctores Regnicolæ.

OPINIO CXXIII.

Filij nati ex legitimo matrimonio succedunt de iure. in feudis, ca. 1. §. naturales in usibus feudorum. in titu. si fuerit controuersia inter domi. & agna. ampliatur hoc procedere etiam in legitimatis per consequens matrimonium, qui quidem legitimati admittuntur ad feudi successionem, ut notant omnes Canonistæ communiter. in c. lator. qui filij sint legiti. quam communem sequuntur, & citant Ant. de But. Cardina. & Moder. ibi, Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus, nu. 18. ff. ad Trebel. Ripa in repeti. l. si unquam, num. 68. cum alijs sequen. C. de reuo. donatio. Ioan. de Imo. in l. qd dicitur. ff. de uerb. sign. post Hostien. & Ioan. And. in d. c. lator, hoc idem tenet Boer. in decisio. 240. nu. 16, cum duobus alijs seq. post alios congestos per Petrum à Duennas in suis regulis, in reg. in uer. filius naturalis legitimatur per consequens matrimonium, in 6. ampliatio. & Laurentium Syluanum, consi 3. nu. 32. ubi istam communem latè sustinet, sequitur, & tuetur; & ratio huiusmodi cōis uī isthæc, quoniā legitimati per consequens matrimoniū quantū ad Cōis opi.

effectum iuris dicuntur uerè, & propriè nati; imò isti legitimati propriè agnati dicuntur legitimi. naturales.c.tanta qui filij sint legiti. & notat Pau. de Castr. in l.fin. C. de his qui uen.æta.& Abb.in d.c.tanta; ubi ait quòd statutum loquens de legitimis comprahendit legitimatum per consequens matrimonium,quia periñde censetur ac si matrimonium à principio contractum fuisset ante ortum filiorum, ut in d.cap. tanta,& in §.dubitatum in auth.de incestis nuptijs, & ibi Iacobus de Bella perti. Sed nota quòd Veneti non admittunt istos legitimatos per consequens matrimonium ad eorum nobilitatem, licet illos admittant uti legitimos ad bonorum successiones, fideicommissa,& feuda iuxta terminos. d.c.tanta, imò tales legitimati non admittũt ad nobilitatem,nec ad eorum consilia,ut dixit Fulgosi. cõ si.62.stante statuto.col.2. unde dic ex prædictis quòd statutum excludens fœminas propter masculos excludit etiam per legitimatum per consequens matrimonium.secundum Anchar.consil.242. ex tenore,& Deci.consi. 155.diligenter,& pro tenui; similiterq; isti filij per consequens matrimonium legitimati succedunt etiam in emphyteosi ecclesiastica.secundum Alex. & Moder. in d.l.ex facto.§. si quis rogatus,Anchara.consi.241 nu.5.seu in d. consi.242.Imo. in d.l.quòd dicitur.nu.10.ff.de uer.oblig. & alios quamplures relatos per Petrum à Duennas in præcitata regula filius naturalis legitimatur, nu.7. Ampliatur secundo loco dicta conclusio habere etiam locum in filijs emancipatis; qui quidem in feudis admittuntur.secundum Bal. in c.1. de succe.feud.in usibus feudorum.col.3.cuius sententiam supponit esse communem Marcus Mantua.in suis apophtheg. apophtheg.64.quia secundum scriben. inclinãtes in istam communem hodie in successionibus ab intestato uidetur sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis. §. si uerò in auth.de hæred.ab intesta. ueni. item tales legitimati per subsequens matrimonium ad episcopatum admittuntur secundum Ias. in l.generaliter.§.cum antè,col.pen. C.de insti.& substi. & Cassaneum in consuetudinibus Burgundiæ.rub.8.§.3.nu.6.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CXXIIII.

Pater tenetur dare dotem filiæ iam nuptæ de eius consensu secundum gl. communiter approbatam, in l.obligamur.§.lege.ff.de actio. & obliga. quam sequitur, allegat, nonnihilq; declarat Ripa in l.2.col.9.ff.solu.matri. & in l.1.nu.12.55.& seq.eod.titu. Bal. consi.456.recolo.uol.5.& Brun.in tract.de successio.ab intesta.in 1.par.in 9.articu.2.q.nu.50.nec ista communis uidetur habere dubitationem; cum ita pater astringere tacitè se uideatur. l. 2. in princ.ff. ad municipa. Sed dubium insurgit quando filia contraxerit matrimonium absque patris consensu, tunc huiusmodi communis redditur anceps,& dubia, & ab omnibus Doct. in utranque partem agitata; cæterum ut ueritas elucescat, filiæ licet spreto patris consensu secundum communem sententiam Doct.nubere.teste Corasio,in repeti.l. qui libe ros,nu.99.C. de ritu nuptia. in 2. lectu. & hoc probatur in c.sufficiat.27.q.2.& in glo.in c.si.32.q.2.ista uerò communis procedit de iure Canonico, uidelicet, ut filij possint matrimonium contrahere sine consensu patris, ut dicit gl. in l.Paulus.ff.de statu homi.& in §.1.institu.de nup.in uer. secundum datum,& ibi Ang.Ioan.de Platea, & Ioã.Fabri, & Ias.in add.1.ad Portium per tex.in c.uidetur.qui matrimo.accu.non pos.& tanto magis habet locum ista conclusio, quando filia nupsit post uigesimum quintum annum, cum eo casu nihil sit quòd ei imputari possit, sed potius patri, qui tantum distulit filiam in matrimonium collocare. §. si uero usque. auth.ut cum de appellat. cognoscitur; & istud,ut pateat rectè intuenti procedit etiam de iure ciuili, uidelicet, ut filia non possit contrahere matrimoniũ absq; patris consensu, nisi ad uigesimum quintum annum usque peruenerit.auth.sed si post.C.de inoffi.testa.& no. Ioan.de Amicis consi.91.num.5.& quamuis iste tex.loquatur in filia,idem dicendum est in filio,cui magis, atque etiam magis sanguis,quàm filiæ feruet,& bullit,ut in d.§.1.institu.de nup.& tenet Ioan.Fabri ibi per istam rationem,quia frigidior homo de mundo calidior est calidissima muliere. secundum Naturales,& ita dicit Auicenna prima primi cap. de ætatibus, ut refert Gabriel de Taragna in tex. & isthæc

Filia. Cõis opi.

Cõis opi.

conclusio declaratur, ac limitatur in quinque casibus per Corasium, in d.l.qui liberos, num.99.cum alijs seq.in 2.lectu.quos omitto breuitatis studio: amplia etiam dictam cõclusionem quòd in tantum procedat, quòd si stet statutum imponens pœnam contrahenti matrimonium absque patris consensu non ualere, nec tenere, quia metu pœnæ matrimonij libertas impediretur, ut uoluit Ioan. And.in cap. statutum.il primo.de hæreti.lib.6. cum alijs latè congestis

Cõis opi. per Ruinum consi.144.nu.20.lib.5.ubi asseuerat istam esse communem opinionem, & Curti.senior consil.27. nu.3.& Deci.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu.nume.128. & seq.& sic consuluit Alex.consi.1.uol.3.& uidetur opinioni huic inhærere quoque cum alijs citatis per eum Rodericus Suares in suis allegationibus, in l.2. titulo de los casamientos.nu.13.19.& seq.ubi refert Doct. contrarium sentientes, & ita elegãter, ac doctè declarabat istam materiam D. Raynaldus Rodulphus Perusinus dum eum publicè audiebam Perusij, à quo omnia ista, simul ac alia, quæ posuimus, & scripsimus in presenti tractatu didicimus, imò anatema est affirmans matrimonia à filijsfami. contracta absque parentum consensu irrita fore, ac parentes ea rata, seu irrita facere posse.secundum Concilium Tridentinum sessione.24.cap.1.incip.tametsi post prin.interpretantur insu per prædicta non habere locum ubicunque filius facto suo proprio liberatus à patria potestate reperiatur, hoc casu pater non perdit usumfructum quem habere debet iure patriæ potestatis.l.fin.C. de usufruct. & l. 2. C. de bonis mater. sin autem pater consentiret matrimonio filij, & sic ex patris facto esset patrię potestatis nexu liberatus, tunc perderet totum usumfructum sine reseruatione partis dimidiæ u susfructus, prout reseruat per.l.cum oportet. §. cum autem, & §. hoc quoque.C. de bonis quæ liber. ut per Bar. in auth.item est.C.eo. tit. à cuius sententia nemo ex Doct.

Cõis opi. discedit, & sic ista opinio est communis, ut constat ex allegatis per scriben.inibi, & in multis consi.

OPINIO CXXV.

Filiæ relinquens in testamento pater mille si nupserit, &, centum si ingrediatur monasterium, quo casu inquam si ingre-

ingrederetur religionem posset petere mille, ac si nupsisset,ut per Bar.in l.2.nu.1.ff. de his quæ pœnæ nomine,Matthesi.in sing.52.exordiente nota quòd si testator,& Marsil. in rub.ff.de fideiusso.nu.127. & Augustinus Berous.in c.in præsentia,nu. 494.& seq.de prob. & ista est communis opinio,teste Ripa.in l.1.nu.62.ff.solu.matrim.Marsi.in l.1.nu. 45.ff.de rapt.uirgi.& Deci.in d.c.in præsentia,nume.59.& consi.684.in testamento Berardini.interpretatur ista communis non procedere, quando testator expresse declarat filiam non posse consequi dicta mille, nisi matrimonium contraxit,& si monasterium ingressa fuerit, non posset petere,nisi centum, nam seruanda est uolūtas testatoris quando de illa apertè constet.§.disponat.in auth.de nupt.& l.in conditionibus.ff.de condi.& demon.& quilibet rei suæ potest, quam uelit legem imponere.l.quoties.C. de donatio. quæ sub modo, & quilibet est rei suæ moderator, & arbiter.l.sed,& si lege.§.consuluit.ff.de petitio. hæredi. nec æquum est quòd monasterium habeat bona testatoris inuiti idest illa mille, quæ relicta sunt, si uirgo nuberet, inuitus enim nemo cogitur benefacere.cap.de Iudæis.45.distin.& ista est uerior, & magis communis opinio, ut scribit Deci. consi.419. uiso eleganti consil.col.2. post relatos per eum, & nouissimè Berous.in d.c.in præsentia,num.494.& seq.& in hac opinione sunt etiam quamplurimi Doc.quos refert Ias.consi.43.Ioan.col.5.lib.3.ubi audacter fatetur quòd totus mundus sequitur istam opinionem. idemq; sentit,& firmat Vasquius lib.3.§.29.num.23.in tract.de succes.process. tit.cōia de legat.& fideic.ubi dicit uerioré,æquioréq; fore. Cōis opi. Cōis opi.

OPINIO CXXVI.

Priuilegium concessum alicui, simul ac omnibus suis descendentibus, tam masculis, quàm fœminis, quo casu filiæ possunt gaudere huiusmodi priuilegio si sunt uirgines, aut uiduæ,secus si essent maritatæ, quoniam mutant statum, & sequuntur forū uiri,ut tradit Bar.in l.quotiés.C. de priuil. schola.lib.12. & latè Ias.in l.1.nu.18.ff. de constitu.princi. Marsil.in rub.de fideiusso. nume.113. & in l.1.num.200.C. de rapt. uirgi. & Ripa.in.lib.2.responsorum.cap.3.num.2. ista est communis opinio,teste Hierony.Chucalon in add. Filia. Cōis opi.

ad

ad Deci.in l.fœminæ,nu.95.in litera L.ff.de reg.iuris,quãuis Deci.& malè in c.nouit. nu.4.ext.de iudicijs.affirmauerit contrarium . quòd mulier nupta retinet omnia priuilegia,ac omnes prærogatiuas ex quibus nõ distrahitur à seruitio mariti,& hoc idem tenet Alex.in l.cum quædam,nu. 14.ff.de iurisdi.om.iud.

OPINIO CXXVII.

Filij sunt necessario à parentibus instituendi, uel exhæredandi,ut ualeat testamentum.l.inter cætera.ff.de libe.& posthu. & de iure nouissimo authenticorum isti parentes tenentur,ac debent honorabili titulo institutionis filijs legitimam relinquere.§.aliud quoque capitulum.in auth. ut cum de appella.cognos.& hoc tenent glo.& Aret.in §.tam autem,& in §.igitur.institu.de inoffi.testa.ubi latè Moder. glo.& Doct. omnes communiter in auth.nouissima,prout ibi refert Ias.num.13.C.de inoffi. testa.in d.l.inter cætera, col.pen.& in l.omnimodo post Pau.Castren. C.de inoffic. testa.Alex.consi.70. uol.2. & Ripa,in rub.ff.sol.mat.num. 44. licèt Alex. in d.l. inter cætera recitet de iure canonico communem esse contrariam , & Couarruuias latissimè in c.Raynutius.§. 1. nu.1.& seq.de testa. & ratio est ista, quoniam uisum est iuris prudentibus institutionis titulus honorabilior.secundum glo.in l.filium.§.sed & si portio.ff.de lega.præstan. & quàmuis titulus quoque legati honorabilis sit.l.amicissimos.ff.de excusa.tuto.& ibi Nicol. de Neapo.nihilominus institutio est etiam utilior,nam filius institutus in re certa totam hæreditatem habebit hærede uniuersali non adeunte,ut notant Doct. in l.quoties.C.de hæredi.institu.& latius dicemus infra;& sæpe euenit quòd testator sobolem masculinam non habens agnatos hæredes instituat . & certam summam filiabus relinquat ipsas non instituendo in dicta quantitate,quam relinquit, & ita testamentum tam iure ciuili,quam canonico subuertatur secundum opinionem magis communem, quam sequitur,declarat,& citat Ias.in d.auth.nouissima, Anchara. Ant.& Moder.in c.Raynutius de testa.ubi Barba. de hoc latissimè disputat;& sic de iure nouissimo expeditum est filium honorari titulo honorabili institutionis, aliàs testamentum esset

Cõis opi.

Cõis opi.

ſet nullum,& filius ſuccederet patri ab inteſtato,ut conclu dunt præcitati doctores indifferenter, ut recitat Iaſ. in d. auth.nouiſſima.nu.13. & iſta eſt communis opinio ſecundum Picum in repe.l. in quartam. ſub.nu.60.ff.ad leg.falc. Alex.in d.l.inter cætera.in prin. & Bertran.conſil.232.nu. 1.uol.6. de iure uero fforum legitima ipſa erat filio relinquenda etiam titulo inſtitutionis. ſecundum communem opinionem relatam per Nigr.in repe.rubr.ff.de lega.1.nu. 17.& Guil.Bened.in d.c.Raynutius.in uer.in eodem teſtamento relinquens.il j. nu.15. de iure canonico neceſſe eſt etiam ut legitima ipſa relinquatur filio titulo inſtitutionis. ſecundum glo.Ioan And.Anch.Domin.& Franc.in c.ſi pater.de teſtam.in 6. & glo.in d.c.Raynutius.in uerſic. relinquens. quam aiunt ibi communiter receptam Berous, nu. 37.& Couarru.in d.§.1.num.1. & opinionem iſtam ſequitur, & communem eſſe inquit etiam cum cæteris ſignatis per eum Clar.in tract.de teſtam.lib.3.q.38.uer.hæc autem concluſio. & licet Hoſtien.in d.c.Raynutius.uelit de iure Pontificio,ut ſufficiat legitimam relinqui filio quocunque titulo,& eius ſententia communis ſit, ut ſupra oſtendimus ex Alexã.in d.l.inter cætera. nihilominus priori opinioni tanquam tutiori,& communiori inhæremus, Aliàs uero limitationes, ſeu interpretationes ualde utiles, & cõmunes ponit Clarus in d.q.38. uerſi. ſed quid in teſtamento. cum alijs ſequen. limitantur prædicta non procedere ubicunque filius de conſenſu ipſius pręteriretur in teſtamento patris,uel matris,tunc enim poſſunt pręteriri ſecundũ Doct. communiter in l.poſthumo.C. de bono. poſſ.contra tabu. de qua communi atteſtantur Boer. in deciſio. 204. nu.40. & Iaſ.in d.l.poſthumo.nu.26.cum alijs ſeq.& copioſè Couarru.in c.Raynaldus.§.2.nu.2.de teſta.

Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CXXVIII.

Filius ultra quatuordecim cauſas expreſſas in §. illud in authen.ut cum de appella. cogno.ex quibus uelut ingratus exhæredari poteſt, ſi conſimilem grauitatem, uel grauiorem committat, licet ibidem non expreſſim poteſt exhæredari,uoluit hoc Guil.de Cu. & quàplurimi, quos refert, & communem opinionem dicit Iaſ.in auth. non licet, col. 3.C.de

Cõis opi.

3.C.de liber.præteri.Couarruuias. in c.Raynutius. nu.16. de testa.& Ripa.in repeti.l.fin.nu.137.C.de reuocan.donatio.sequitur Alex.in l.si quis id quod. col.3.ff. de iurisdict. omn.iudi. Gerar.in sing.1.in prin.Marsil.singu.78. Fely.in c.pastoralis,col.2.de rescrip.Alex.cons.203.super themate,col.2.uolu.2.Cassane.in consuetu. Burgun.in rub.7.§.2.uersi.sed quæro pone,Guil.Benedi.in l.ex donatione.ff.de donatio. Afflict.in cap.1.§. sed quia nam,quæ fuerit prima causa benefi.amitten.& Ripa.in d.l.fin.in q.41.col.2.& Clarus.in trac. de testa. lib.3. q.41. & ratio istius cõis uidetur isthæc ultra assignatas per Doct. allegatos,quia ubi est eadem ratio, uel maior non dicitur lex extendi,sed enucleari.secundum Oldra.cons.185.thema tale est. in fin.& Calderi.consil.1.in titu.ut lite penden. ubi ait quòd ubi est eadem ratio,non dicitur quis extendendo nouum casum addere,sed quòd in primo casu in ratione concludebatur.secundum æquitatem detegere,seu declarare, lex enim dicitur esse quod in ratione consistit. c.consuetudo.1.distin.ergo ubi habet locum legis ratio circa id prædicta dici debet lex; alibi scribit Calderi. consil.1. in titu. de regulari. quòd ratio dicitur lex communis ad omnes casus, ob id non inspicitur dispositio, an in ea sit idem casus uel non, uel ratio duntaxat consideratur, alibi scribit Ioan.de Ana. inter consi.Pau.de Cast.cons.261.col.2.lib.2. quòd ubi est eadem ratio,& omnimoda similitudo, non dicitur lex extendi, sed casus ille sub eiusdem legis dispositione includi per glo.in c.1. de tempo. ordi.lib.6. unde si quis subtiliter insurgeret contra istam rationem dicendo quòd hic nõ sit enucleatio, sed extensio propriè, ergo ista ratio non concludit, quia aliud est extensio, aliud enucleatio, responde fundando præallegatam communem sententiam meliori ratione,quòd in casu communis opinionis, & in alijs similibus;quamuis sint pœnales,fit extensio de similibus ad similia ex idẽtitate rationis, ut notat Alex. in l.si quis id quod, num.17.& seq.Ias.in §.sequens,col.7.in §.tripli. institu.de actio.& in l.1.col.pen.C.de transactio.in l.à Titio.in 3.nota.ff.de uer.oblig.Deci.in c.translata.in princ.de constitu. post Abb.ibi,ubi Deci.allegat Roma.cõsi.429.in 2.dubio, ubi Roma.multa exempla adducit,idem tenet Dec.in cap.

secun-

ſecundo requiris. col.fin.de appella. in c. 1. col.13.de probatio.& patet quòd in caſu dictæ communis,nõ ſolum militat eadem ratio , Sed maior , ergo à fortiori poteſt fieri extenſio, idem uidemus in feudo, uidelicèt,quòd uaſſallus priuetur feudo ex omni alia cauſa non expreſſa , quæ poſſet dici ſimilis,uel maior expreſſis ſecundum Iaco.de Leo. conſi.117.nu.34.quod quidem, conſi. reperitur inter conſi.feudalia Alber. Bruni.

OPINIO CXXIX.

Filius exheredatus excluditur à ſucceſſione in feudis hereditarijs,quando mala mente fuit facta exhæredatio, & cauſæ exhæredationis fuere iuſtæ, & expreſſæ,ſecundnm Iaco. Ardizo.in ſumma ſua.de ſucceſſio.feud.ſub rub.an filij ſucce.in feud.& per And.de Iſer. in c. 1.in prin.de ſucceſſ.feu. & per Odofre.in ſumma.de ſucceſſ.feud.Pariſium conſi. 1. nu.7.uol.1.& per Ang. in auth. de nupt.§.ſoluto.dicentem filium iuſtè exhæredatum non ſuccedere in feudo,& optimè facit,quod uult Bar.in l.iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope. liberto.col.fin.cum alijs congeſtis per Moder.in tract.feudorum,fol.27.col.2.& 3.ubi aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem;quæ quippè probatur, nam licèt uaſſallus non poſſit de feudo teſtari,ut in c.1.de ſucc.feud. & in c. 1. §.donare qualiter olim feud.pote.alie. & per Soci. conſil. 19.adſit. col.3. lib. 1. tamen quando feudum eſt hæreditarium pater ſine dubio in teſtamento poteſt prælegare uni filiorum, cum in tali feudo, quis non poſſit ſuccedere, niſi ſit hæres ſecundum Bar.in d.§.ſi liberi,Bald.in c. 1.§.decedenti qui feud.da.poſſ.Moder.in l.quicquid aſtringende,& in l.ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.de uer.obli.& per Alex. conſi.10.ponderatis, uolu.3.ubi ſcribit iſtam eſſe communem ſententiam,& in conſi.19.ſuper eo.col.fin. & conſ.28. col.pen. lib.5. ideoq; factum teſtatoris impugnare debet.l. cum à matre.C.de rei uendi.& per Alexã. conſi.124.quod quidem citant Moder.in d.tract. de feudis,fol.28.col.3. & Ponit Præpoſi.in c.imperialẽ.in prin.col.7.de prohi.feud. alie. & his occurrit ꝙ nõ ſufficit exprimere cauſas in teſtõ per patrẽ,ſed neceſſe eſt eas probare,ut eſt tex.iuncta gl. in uer.dicat.in l. 1.in prin.ff.ſi quadru.paupe. feciſſe dicat,& ĩ c.di-

Cõis opi.

Cõis opi.

cap. dilecti,ubi opposita,& probata de excep.& est tex.ubi Alex.& alij in l.si prius.ff.de oper.noui nuncia. & Parisius consi.1.uol.1.nu.136. & ista est communis opinio, ut patet ex congestis per Couarruuias, in c.Raynutius. nu.8.de testa. onus enim probandi causas exhæredationis incumbit hæredi.§.si uerò igitur.in uer.demonstrauerit in authen.ut cum de appella.cognosci.& ibi Bar.& Ange. & plenius per Bar.Aret.& alios in l.1.ff.testa.fallitq; quotiescunque testator eo uiuente fecisset examinare testes super illis causis ad futuram rei memoriam, quod potest fieri, & sic causæ ingratitudinis possunt probari uiuente patre, secundum Alex.consi.104.super themate, uol.2.cæterum dicta examinatio debet fieri ritè, & rectè exhæredato formiter citato, ut dicit Alex.consi.104.in fin. & Parisi.in d.consi.1.nu.137. & habetur per Canonis.in c.Albericus,& in c.significauit. de testa.

OPINIO CXXX.

Filia quæ peccauit in corpus suum potest exhæredari per patrem,ut est tex.in l.si filiam.C.de inoffi.testa. imò pater eidem potest denegare dotem,alimenta, & sic à patre non est alimentanda, nec dotanda aliquo modo, ut uoluit Specu.in titu.qui filij sint legiti.uersi. quid si filia,imò si pater uiueret luxuriosè similiter hac exhæredatione uti posset. secundum Fulgo. in auth. sed si post, & Ias.in l.in arenam.C.de inoffic. testa. est benè uerum quòd mater meretrix filiam suam pariter meretricē exhæredare nequiret. secundum Bar.Bal.d& omnes communiter in d.l.in arenã. tamen hoc fallit si uiuente patre resipuerit, uel ad bonos mores, honestamq; uitam conuersa sit pœnitentiam egerit non potest per patrem exhæredari secundum Specu.in loco præcitato,Ant.in c.Quintauallis. col.2.de iureiuran.& alios Doct.communiter ibi.Bal.in l.si filiam superius citatam,Alexã.in l.1.ff solu.ma. & ibi Ripa. col.15.uersi.fallit in filia,Camp.in tract.de dote.q.15.in fin.& Marsi.in repe. rub.ff.de fideiusso.num.260.& seq.ideoq; dixit Bal.in d.l.si filiam.quod si mulier turpiter uixit, & deinde se correxit, & ad honestam uitam reuersa sit non debet reputari turpis persona, quia ultima consuetudo inspicienda est arg.l. mela.

Cõis opi.

Cõis opi.

mela.ff.de alimen.& ciba.lega.& Bal.sequitur Alex.in locis supra citatis,& Ias. qui dicit esse mirabile. in auth. non licet.col. 1.C.de liber.præter. & Ripa,in repetī.l.fin.num. 223.& seq.C.de reuocan.donatio.qui asserit istam esse cõmunem opinionem, & ita in terminis consuluit Ioan. de Amicis,consi. 91.

OPINIO CXXXI.

Filius furiosus potest exhæredari ex causa ingratitudinis commissæ contra patrem ante furorem; unde propter furorem superuenientem non purgatur uitium ingratitudinis præcedẽs.secundum Bar. & communiter omnes. in l.ex facto.in princ.ff.de uulga.& pupil.substi. quam quidem communem sequitur, & citat Ias. in l. patre furioso; nu.42.ff.de his,qui sunt sui,uel alie. iu. & Ripa. in fin.C.de reuocan.dona.nu.227.licet & male,Clarus.in tract. de testam.lib.3.q.41.uersic. sed pone.contrarium senserit. Sed propter reconciliationem dictę causæ ingratitudinis possunt reuocari,atque remitti, & huiusmodi remissio, ac reconciliatio aufert omnem ingratitudinem,ac causas exhæredationis,ut dicit Bar.in l.3.in fin.ff.de adimen.leg.Cotta in memorali.in uersi. filiusfamilias.l'vltimo,& latè Moder. Pap. in l.de quæstione.col.5.C. de pactis, & in l. in arenam,col.fin.C.de inoffi.testa. & in l.filio, quem pater.ff. de liber.& posthu.& Couarruuias.in c.Rainutius.num.17. de testa.ubi citat omnes alios Doct. contrariæ opinionis. item si filius ingratitudinem commisisset cuius occasione exhæredari posset,tunc si uiuo patre ante testamentum pœnitentiam egisset, utiq; exhæredari non posset, secundum Alex.in l. 1.nu.33.ff.solu.matri. cuius opinionem sequuntur,& communem fore præsupponunt Cotta.in d.memorali filiusfa.post prin.& Couar.in d.c.Rainutius.num.18.& sequitur Clar.in d.q.41.uers. præterea quæro.cessat etiam præfata exhæredatio, quando non apparet ex testamento patris esse aditam hæreditatem,ut est tex.in l.filium quem pater.§.sed cum exhæredatio.ff.de bonorum possess. contra tabu. & in l. si quis Sempronium cum concordantibus. ff.de hæredi.institu.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CXXXII.

Filij possunt repudiare patris hæreditatem retentis emphyteoticis bonis pro eis,præsertimque quando pater sibi & filijs emphiteosim stipulatus esset.secundum Dyn. quem refert,& sequitur Bar.in l.item uidendum.§.fin.ff. de petitio. hæredi. idem uidemus ubicunque frater renunciaret fratri hæreditatem paternam, aut faceret quittantiam de omni eo, quod posset petere, uel consequi ex hæreditate paterna,ob hoc non impediretur petere partem feudi, aut partem possessionum emphyteoticarum, quia censentur hæreditaria, nec profectò debentur iure hæreditario, nec tanquam ex hæreditate paterna, sed uigore contractus, ut per Bar.in d.l.item uidendum.§.fin.quod etiam procedit si in huiusmodi renunciatione hæreditatis paternæ interuenisset iuramentum,ut per Bal.in.c.2.col.4.in titu. an agna. uel. filij;amplia hoc etiam procedere, quando emphyteosim pater accepisset pro se,filijs,& hæredibus masculis,tūc enim si non sint hæredes admittuntur ad emphyteosim eius liberi,ut per Deci.cons.239.primo,col.2.limitatur prę allegata conclusio primo loco, quando pater stipulatus esset emphyteosim sibi,filijs,& hæredibus eo casu filius,possidendo emphyteotica bona uidetur hæreditati se immiscuisse,& ad æs hæreditarium soluendum obligatur, siquidem stipulatione sic concepta emphyteosim habere nō potest,qui non sit hæres,vt per Bar.in.l.vt iusiurandi.§.si liberi.ff.de oper.liber. Alex.in.l.Gallus.§. etiam si parente.ff. de liber. et posthu. cum alijs per eundem allegatis cōsi.19. super eo.col.1.& consi.129.perspectis. lib.5.ubi asseuerat

Cois opi. istam esse cōmunem opinionem,& sequitur Ias.in.l.si post mortem.ff.de lega.1.et consi.57.in causa.col.1. & seq. lib. 1. interpretatur secundò qn̄ filius renunciaret hæreditati, & bonis paternis. renuncians.n.bonis paternis intelligitur renuntiare etiam emphyteosi. secundum Specu.in titu. de loca.§.nunc aliqua, & Ias.in anth. vnde si parens. col.2.C. de inoff.testa.& in.l.si non sortem.§.libertus.nu.34.& seq.

Cōis opi. ff.de condi.indebi.vbi attestatur istam esse cōmunē opinionem, & ratio istius limitationis videtur isthæc,quoniā appellatione bonorū continentur data in emphyteosim tex.

est

est in l.bonorum appellatione la prima.ff.de uer.signi.

OPINIO CXXXIII.

Filij debent habere, seu recipere legitimam ex bonis, & substantia patris defuncti, non autem in pecunia numerata.l.cum scimus.§.repletionem.C.de inoffic.testa. etiam si pater legasset eis in testamento certam pecuniam pro eorum legitima, ut per Doct.communiter.in d.§.repletioné, quam quidem communem inibi sequuntur, & attestantur Moder. & consulentes uarijs in locis; & dato quòd pater, seu mater simpliciter reliquissent iure institutionis filijs, uel filiabus minus quàm legitima possunt tunc recurrere pro supplemento legitimæ, non solum contra hæredem uniuersalem, Sed etiam contra legatarios pro rata pro supplemento legitimæ.secundum Bart.in l.in quartam q.fi.ff. ad legem Falci.cum quo sentiunt omnes scriben. communiter ibi.teste Corne.cons.148.uol.4.imò dic fructus perceptos per filios non computari in legitimam, ac Trebellianicam.l.iubemus.C.ad Trebel.& d.§.repletionem; tamé computantur in dotem iuxta communem opinionem omnium in locis superius citatis, quam citat, & nonnihil declarat Boerius.in decisio.44.nu.16. & quòd filij grauati de restituendo post tempus non teneantur fructus perceptos computare in quartam Trebellianicam, tenent Doct.præcitati, Ias.in l.Marcellus.num.53.ff.ad Trebel. Deci.consi. 480.nu.15.Picus.in d.l.in quartam, nu.10. Parisius, consil. 126.nu.35.uol.1.& consi.16.nu.65.consi.547.& 149.& 145. & seq.uol.3.& in multis alijs consilijs suis, & Ripa.in l.nemo potest, num.53.ff. de leg.1.sciendum est etiam ad præmissorum intelligentiam quòd filius non potest patris, seu matris testamentum approbare in præiudicium aliorum fratrum suorum in minori parte institutorum, ut concludunt omnes Doct.communiter per optimas rationes.in l. filio præterito.ff.de iniusto rup.testa.contra Bar. & Salyc. ibi, & istam communem citat, sequitur, & declarat Boeri. in decisio.96.nu.8. & seq. insuper filius alienans rem alienari prohibitam censetur in dubio ipsam elegisse pro sua legitima.l.Marcellus.§. res quæ, ubi Bar.ff. ad Trebel. qui quidem Bar. licèt loquatur ibi in Trebellianica, idem tamen

Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

men est, & multò fortius in legitima, in qua præfato filio competit electio quasi creditori, secundum Bal. in l. si quis filium. in prin. ff. de inoffic. testa. & in l. filium quem habentem. C. famil. erciscun. & ista est communis opinio, ut per Doct. in locis citatis, & ubique.

Cōis opi.

OPINIO CXXXIIII.

Filius institutus in re certa habebit totam hæreditatem hærede uniuersali non adeunte, ut notant Doct. in l. quotiens C. de hæredi. insti. hinc sciendum est quòd si quis instituatur heres particularis in re certa tantum, ita quòd nil aliud petere possit, tunc si nullus alius sit hæres uniuersalis, aut sit quippè, Sed repudiet, huic hæredi particulari accrescet tota hæreditas non obstante taxatiua, & ratio uidetur ista, quoniam testatór non potuisset prohibere ius accrescendi in isto casu, per quam prohibitionem decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, secundū Bal. post Cyn. in l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hæredi. institu. in l. dominus. §. 1. ff. de usufruct. in consi. 480. testator. uol. 1. consi. 468. quidā Titius eod. uol. & latius, consi. 379. col. 2. uolu. 4. Alexan. in d. l. quoties. col. fin. & in l. si quis in priore. col. fin. ff. ad Trebel. ubi asseuerat istam esse communem opinionem, & Augustinus Berous. in c. Rainutius ex. de testa. nu. 247. & ibi etiam Couarruuias. §. 1. nu 9. & alios Doct. hanc sententiam tenentes latè cumulat Ias. cónsil. 8. col. 2. uolu. 3. Calca. consil. 33. col. 4. & seq. Curtius senior, consi. 75. Ias. consil. 72. circa fin. lib. 3. & Capra consil. 9. & isthęc communis opinio contra Bar. procedit etiam in foro poli, ut per Federi. de Senis. consil. 131. casus talis est. Contrariam uerò partem, quòd imo ius accrescēdi possit expresse prohiberi, & quòd ex dictione texatiua censeatur prohibitum, & quòd eo casu testm̄ sit nullum nullo existente hęrede uniuersali per huiusmodi prohibitionem expressam, vel tacitam tenet Bar. in. d. l. si quis in priore. circa fin. per illum tex. et in. l. pater filium. col. pen. ff. de inoffi. testa. & in pluribus consilijs suis, & complures alij Doct. quos refert, & sequitur Ias. in præcitato consi. 8. col. 9. Curti. iuni. consi. 12. col. 2. Gozadi. consi. 21. col. 6. eandemque sententiam sequitur Ripa. in l. reconiuncti. col. 32. ff. de lega. 3.

Cōis opi.

ga. 3. licet dicat communem opinionem esse contra Bart. cæterum Ias. in d. consil. 8. col. 9. fatetur contrarium quòd imo opinio Bar. est magis communis, idem etiam Ias. in l. si mora. in 4. nota. ff. solu. matri. dicit quòd ius accrescendi prohiberi potest in institutione, Sed requireretur prohibitio expressa, nec sufficit tacita, quæ inducitur ex dictione taxatiua, aut prohibitione de plus non petendo; retenta tamen prima opinione contra Bar. quæ uidetur uerior, & cõmunior, ut efficacissimis rationibus eam tuendo, ac sequẽdo demonstrat Berous. in d. c. Rainutius, nu. 247. cum alijs seq. dic procedere inter hæredes, secus in legatis, nam testator inter legatarios potest expressè prohibere ius accrescendi. l. Lucius. §. quæ habeat. ff. ad Trebell. Bart. in l. pater filium. col. fin. in 2. lectu. ff. de inoffi. test. Ang. Aret. in tract. de testamentis uer. item inter dictos B, & D, prohibuit ius accrescendi, cum alijs cumulatis per Barbaciam, consi. 71. illud in medio, uol. 3. Ampliat secũdo loco istam communem Berous. in d. c. Rainutius, nu. 251. non solum in institutione facta de re certa, Sed etiam in substitutione pupillari, uerbi gratia si quis solũ substitutus esset pupillariter in re certa, tunc iste substitutus simpliciter ad totam hæreditatem, & ad omnia pupilli bona admitteretur. l. cohæredibus. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. substi. secundum communem intellectum, quem ipse Berous sequitur ubi supra. Cõis opi. Cõis intellect.

OPINIO CXXXV.

Institutio parentum est necessaria in testamento filiorum, unde filius faciens testamentum in casibus à iure permissis tenetur parentes in aliquo instituere hæredes, siquidem illis præteritis testamentum uiribus careret. §. siue igitur, & §. hæc autem disposuimus. in auth. ut cum de appell. cognosci. notat Calderi. consi. 5. an si testator. in tit. de testamen. Bal. consi. 84. ueritas lib. 4. & ista est communis opinio, ut constat ex allegatis per Doct. in auth. nouissima. C. de inoffi. testam. & per Barba & Moder. in cap. Raynutius. de testa. & per Clar. in trac. de testam. lib. 3. q. 48. & sequen. contra Bart. in d. authen. nouissima, quia parentibus debetur legitima propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præstare tenentur. d. §. hæc autem; Secundò; Filii. Cõis opi.

 quia

quia debetur miserationis,& pietatis causa.l.nam, & si parentibus.ff.de inoff.testa.& l.scripto.ff.unde liber.debetur tertiò præcipueq; matri, ne à luctuosa filij hæreditate dicatur excludi.l.fin.C.de institu.& substi.sub condi.factis,& l.liberi §.1.C.de inoff.testa. Quartò debetur propter pericula,& sæpe propter mortem,quibus matres in partu subijciuntur.§.sed nos, instit.de Senatusconsul.Tertul.postremò,quia legitima, uel successio parentibus debetur non iure agnationis,& sic uinculo ciuili,sed cognationis,quæ est de iure naturali.§.sciendum insti.ad Senatusconf. Orficia. limitatur præfata communis conclusio ubicunque extarēt descendentes,qui obtinerent in successione primum locū. auth.in success.C. de suis, & legiti. hæredi. tunc enim non est necesse in aliquo instituere ascendentes,ut per Bar.cōsi.18.uiso testamento. col.2.cum prima causa successionis sit filiorum.l.filium.ff.de suis, & legi.& in auth. de hæredi. ab intesta.in prin.Alex.consi.90.in causa.col.1.uol.2. fallit secundò ista communis quotiescunque in testamento filij non continente parentum institutionē fuerit apposita clausula codicillaris, quæ quidem facit uideri eos, qui ab intestato succedunt rogatos esse hæreditatem restituere ei,qui in testamento hæres scriptus est,ut not.in l.in testamento.C.de fideicom.& licèt Bar. in l.1.ff. de iure codici. q.1.& consi.12.teneat clausulam codicillarem non operari transmissionem hæreditatis conuersæ in fideicommissum,tamen opinio hæc,ut dicit Alex. in d.l.cum filio,iure non probatur; & sic constat communem esse contra Bart. ex relatis per Alex.ibi,& istam communem allegat, sequitur,& declarat Soci. in d.l.cum filio non procedere, cum clausula codicillaris concepta esset uerbo, quòd futurum tempus significaret.secundum Bar.in l.1.q.12.ff.de iure codi.& Corne.consi.62.aliàs cōsului,uol.2. & declarauimus infra latius.in uersi.statutum in conclusione incip.institutio patris,& matris,& cætera. Limitatur etiam tertiò ubicunque matri in testamēto filij sui foret relictum legatum ascendens ad legitimam, ac in eo apposita esset clausula (omni meliori modo) & c.tunc quippe ualeret testamentum,quēadmodū titulo institutionis ipsi matri reliquisset. ut consulēdo respondet Parisi.conf.12.nu.1.& seq. uol.3.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO CXXXVI.

Filiusfamilias ea quæ lucratur ex pecunia patris ſibi data, ac conceſſa ad negotiandum, aut occaſione negotiandi dicitur peculium profectitium; ideoq; erunt fratribus communicanda poſt patris mortem. ſecundum Specu. in tit. de iudi. in §. ſequitur, uerſi. quod ſi aliter. aſſerentis poſt gl. in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. ſequitur Fulgoſi. ibi, ubi fatetur hoc idem ſentire Bal. neminemq; contradicere, & denique aſſeuerat iſtam opinionem eſſe in practica ſequendam. in contrariam uerò partem inclinauit Bart. in l. 1. §. nec Caſtrenſe. C. de collatio. bono. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. in d. l. cum oportet, in princ. & in l. illud. C. de collatio. & in tract. de duobus fratribus ſimul habitantibus. in 2. q. in prin. uidelicèt quòd dimidia pars lucri attribui debeat operæ, ac induſtriæ filij negotiantis, ideo illud tanquam aduentitium fratribus non erit aliquo pacto conferendum. l. fin. C. de collatio. altera autem pars dimidia attribui debeat paternæ pecuniæ; proinde illa tanquã profectitia cõmunicabitur alijs fratribus mortuo patre. l. certum. ff. famil. ercisc. & cum Bar. ſentit Bal. & Pau. Caſtren. in d. l. cum oportet, ubi Moder. Peruſini atteſtãtur iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur Ang. etiam conſi. 85. col. 2. pater habet plures filios, ex eo quòd nititur magna æquitate, Soci. conſil. 92. col. antepen. uol. 1. Fulg. Pau. Caſtren. Iaſ. & Deci. in d. l. illud, Corne. conſil. 24. uolu. 1. & conſi. 58. uol. 4. Coraſi. in l. filium quem habentem. C. fam. erciſc. Rom. & alij. in auth. ex teſtamento. C. de collat. Ripa. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. nu. 157. Bertran. conſil. 303. uol. 3. Abb. conſi. 36. in prin. Roma. cõſi. 469. col. fin. ubi dicit nõn eſſe recedendum ab opinione Bar. ſed enimuero Bal. ipſe. in d. l. cum oportet col. 4. in auth. ex teſtamẽto, col. 4. C. de collatio. in l. omnimodo. § imputari. col. pen. C. de inoffic. teſta. & in c. 1. col. 1. de beneficio fratris, uidetur contradicere Bar. in locis ſuperius citatis tenẽdo, quòd hoc totum remittẽdum ſit arbitrio iudicis, qui plus, aut minus poterit aſſignare perſonæ ipſius filij; propterea non parum laborarunt Docto. in concordando opiniones iſtorum. in d. l. illud, præcipueq; Dec. & Iaſ. inibi, ubi fœde-

Cõis opi.

Cõis

re distinctionis reduxerunt hoc ad ueram,& legitimam cõsonantiam;tamen retenta communi opinione Bar.quæ est uerissima; & obseruatur in iudicijs, & actu practico interpretatur non procedere ubicunque filius ex pecunia habita à patre negotiando usuras exerceret, tunc proculdubio illud, quod ex ea superlucraretur nõ acquireret patri, nec post eius mortem teneretur fratribus cõmunicare. l. quod seruus.ff. de acqui.poss. ubi Doct. omnes hoc tenent,& firmant,& Bar.Saly.Bald.Pau.de Ca.& alij.in d.l.cum oportet,Bal.in d.auth.ex testamento,& Ias.in add. ad Portium. in §.1.nu.29.institu.de his qui sunt sui, uel alie.iu.reprobata gloss.in d.l.cum oportet, & in d.l.cum seruus,ubi Claudius Aquensis asserit istam esse communem opinionem,& ratio communis præcitatorum Doct. uidetur ista, quia filius ex delicto non quærit patri,sicut, nec seruus domino, ut est casus.in d.l.qui seruus, sed usuræ sonant in quoddam furtum,seu rapinam,& de iure Diuino sunt prohibitæ, ergo ex tali illicita causa filius patri non quærit,ideoq; mortuo patre filius huiusmodi lucrum non tenebitur fratribus conferre,cum aduentitia non conferantur.d.l.fi.C.de collatio. & istam communem per plures,& urgentiores rationes corroborant Doct.præcitati.idemq; uidemus in quæstis per filium in ludo,nam ea,quæ acquirit in ludo filius nõ acquirit patri tanquam acquisita ex turpi quæstu,& ex illicita causa,ut per Bald. & Roma. in d.auth.ex testamento. col.7.Alex.consi.77.in fin.uol.5.Deci.in d.l.illud. col.fin. & omnes communiter.in d.l.frater à fratre.ff.de conditio. indebiti,& in locis præcitatis.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CXXXVII.

Filij naturales propriè dicuntur illi,qui nati sunt in domo ex concubina in ea retenta, & ex legitimo concubinatu,sed in iustificando, probandove concubinatu ipso septẽ requisita concurrere debent, quæ abunde ponuntur per Grammati. in uoto.4. nu.6.cum 12.alijs seq.& concubina dicitur illa, quæ indubitatu affectu in domo est retenta ab uxore parum distans.l.in concubinatu.ff.de concubi. ita dicit Bal.consi.129.factum proponitur lib.2.Abb. in c.tanta qui filij sint legiti.Caccialupus.in l.si qua illustris,col.3.C. ad

ad Orficia.& Alex.confi.55.uolu.2.& hinc est quòd legitimati per subsequens matrimoniũ non succedunt nisi quatenus nati fuerint ex concubina retenta in domo affectione matrimoniali,ut in auth.de trien.& semisse. in §.consideremus,& auth.quib.mo. natu. effi.sui. in §.si quis autem defunctus,per quæ iura ita tenent Doct.ibi,& Ant. de Rosellis.in trac.de legitimatione lib.1.cap. de causa matrimoniali legitimationis.nu.45. & istam opinionem scribit esse communem Curti.iuni.consi.136.nu.9. sed sententia hæc de iure canonico non procedit,imo si mulier non foret retenta domi in schemate concubinę,nihilominus filij antea nati legitimantur per subsequens matrimonium de iure canonico cõtra ius ciuile, secundũ gl. Compostellanum,Io. And.Imo.Abb.cæterosq; cõiter.in c.innotuit.de elec.Ab. nu.12.& Præpo.in d.c.tanta.nu.6. Bal.in d.consi.119.& cõsi.206.col.fi.uolu.3.Goffredum in summa de filijs præsbyter.quid si quis,gl.in c.qualis.30.q.5.Nicol. de Vbaldis.in trac.de success. ab intesta.in 1.par.nu.58.Guil.Mayne.in l. quoties idem,nu.12.ff.de re iudi.Ias.consi.51.col.3.uolu.3. Aldobrandi.in §.fi.nu.2.institu.de nup.Crauet.consi.166. nu.8.Ripã,in repeti.l.si unquam. C. de reuocan.donat.nu. 55.& Abb.in c.per uenerabilem. nu.31. qui filij sint legiti. simul cum Crauet.in d.consi.166.nu.8.hanc opinioné cõsuetudine receptam esse fatentur.isti itaque naturales, qui considerantur à lege ueniunt appellatione coniunctorum; & propriè appellantur coniuncti, secundum Innoc. Host. Io.Andr. & alios. in c.nonnulli de rescrip. ubi Felyn.circa fin.scribit istam esse communem opinionem; hinc præcitati Doct. concludunt quòd determinatio illa, quæ se habet quòd coniunctus admittatur pro coniuncto ad agendum uendicat sibi locum in filio naturali etiã; resultat alius effectus similiter ex prædictis in fauorem naturalium liberorum uidelicet, q̃ substitutus absolutè excluditur à naturalibus liberis hæredis instituti,ut sentit glo.in c.Raynutius. de testa.& in c.in pręsentia de probatio.quam sequitur Io. And.in add.Spec.in ti.de success.ab intesta.§.1.uer. quid si duobus,Bart.& alij communiter.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& Deci.in d.c.in præsentia.num.101.& 107. ubi istã cõem limitat in sex casib. nu.108.cũ alijs seq.

&

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

& Moder.similiter plurimum istam communem declarãt, & expressè citant, Tertius quoque effectus est iste, quòd pater carẽs filius legitimis potest filium naturalem hæredem instituere, etiam si habeat ascendentes dummodo eis legitimam partem relinquat auth.licet.C.de natur.liber.& ibi
Cõis opi. glo. communiter ab omnibus recepta. Resultat postremò ex præmissis alius utilissimus effectus, scilicet quòd filia naturalis duntaxat, dummodo ex damnato coitu procreata nõ sit succedat matri exclusa auia, etiam quoad legitimã. §.nouissimè.institu.de sena. Orfi. & d.l.si qua illustris, Bar. Saly. & alij omnes transeunt intrepidè cum ista sententia,
Cõis opi. quam dicit communem Cassadorus.in decisio.unica.in titu. de successio. ab intesta. ubi refert in contingentia facti ita fuisse decisum, & confirmatum in prætorio Rotæ; imò filius naturalis matri etiam intestatæ cum legitimis simul, & æque succedit. d.l.si qua illustris etiam si mater esset illustris.secundum communem opinionem, & notat Areti.in d.§.nouissimè, quamuis Fortu.in tract. de ulti. fine illat. 8. iniustam esse existimat. d. l. si qua illustris in conclusione ista, ex quibus omnibus concludendum est, quòd non competit naturalibus ius agendi ex titulo inofficiosi testamenti, licèt pater eis nihil relinquat.secundum gl.in l.1.de bono. poss.contra tabu. quam commendat Bar.in l.Gallus.§. & si parente.ff.de liber.& posthu. Bal. in l.1.col.3.C.de bono.posses.secundum tabu.& Areti.in l.ex facto.col.9.ff.de uulg.& pup.posset tamen contra testamentum matris agere de inofficioso testamento glo. & Pau. Castren. in d. l. si qua illustris; sed filius ipse naturalis tamen non obtinet parentum nobilitatem, nec est aliquo modo nobilis genere, ut tradit latè Tiraque.in tract.de nobilita.c.15.ubi ex rela-
Cõis opi. tis per eum constat istam esse communem opinionem, & apparet quoque ex signatis per Petrum Duennas in regula. 69.

OPINIO CXXXVIII.

Filio quæritur dominium in aduentitijs, ut in §.1.institu. per quas perso. nobis acqui.hoc uerò fallit, nisi quæratur ex stipulatione paterna. secundum Areti.in d. §. 1. sed contrarium tenet Bar.in l.dominus.ff.de uerb. obli. glo.&

Doct.

Doct. omnes ibi. secundum Saly.in l.2.C.de contrahen.& commi. stipu. & istam opinionem communem esse scribit Alex.& Ias.in l.quod dicitur,la ij.ff.de uer.oblig. & rationem assignant Doc. nam sicut pater stipulando filio ex causa Castrensi, uel quasi totum quærit, ita stipulando ei ex causa aduentitia debet acquirere proprietatem arguendo de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei uendi.fallit secūdò,nisi fuerit stipulatus patri,& non sibi, quia tunc acquirit etiam proprietatem.secundum Dyn. & Bart.in l.quodcunque.in prin.ff.de uerb.oblig. ubi Alex.ponit istam esse magis communem opinionem,pro quo facit regula.l.pen. C.de pactis,ubi licet suo fauori renūciare,ergo si filius patri stipulatur sibi imputatur, & dominio priuari debet, cū posset stipulando sibi illud quærere,quia etiam absque filij stipulatione proprietas erat filij.d.§.1.ut aliquid ergo operetur stipulatio,iuxta.l.si quando.C.de inoffic.testa. debet etiam acquiri proprietas patri,ex qua ratione tollitur unū fundamentum Ias.in d.l.quodcunque contra communem; qui post Alex.& Cuma.dissentiunt à dicta communi, à qua non est recedendum in iudicando, & consulēdo quicquid dixerit Ias.& alij ante eum. Cōis opi. Cōis opi.

OPINIO CXXXIX.

Fideiussor potest agere contra suum principalem, ubicunque creditor confiteretur se satisfactum esse ab isto fideiussore, & sic confessio ipsius creditoris asseuerantis sibi satisfactum fuisse à fideiussore, sufficit ad agendum contra principalem,ita expresse tenet Bar.consi.160. Titius promisit Sempronio eundem indemnem reseruare,& ibi Apostillantes ad eum,& eandem opinionem sequitur Salyc. & ibi Pau.de Castr.Roma.nu.1.Alex. & Ias.nu.9.in l.duobus reis.ff.de duo.reis,Fely.in c.si cautio. nu.89.de fide instru. Cæpolla,consi. ciuili.12. Deci.in l.2.§.fin.ff.si cer.peta. & consi.493.nu.6.Tiraque.in tract.de utroque retract. in tit. de retractu lingier,glo.16.nu.84.& in titu.de retractu conuentionali,glo.6. nu.17.& Alciatus.in l.solutionis uerbo. ff.de uerb.sig.& in l.1.in fin.C.de transact.& Afflict. in decisio.91.nu.3.& in decisio.94.nu.3.ubi dicit magnum uerbum quòd ita communiter tenetur per Doct. & istam opinionem Cōis opi

nionem

nionem ueriorem, & magis communem audacter attestatur Marsil.in repeti.rub.nu.265.C.de fideiussor.in contrariam uerò partem inclinauit glo. in d.l.duobus reis.§.in fideiussore.in uersi .solutionis,quam sequitur Bart.præcipitanter, & sibi contrarius ibi , & in l. & per iusiurandum. §. antepen.ff.de acceptilatio.& in l.cum filius.in fin. princ.ff. de uerb.obliga. & in l.reos,in 5.q.ff.de duobus reis.Roma. in l.prædia.ff.de acqui. possess. Fulgo.in d.l.duobus reis,& Molineus in add.ad Alexã. consi.90.col.3.in add.ad nu.3. ubi refert Alex.in multis cons. tenere istam secundam opinionem;tamen quicquid dicat Bar.cum alijs sequacibus in præcitatis lecturis , ob hoc non discedendum suademus à dicta communi,quę uidetur uerior de iure,& sequenda est in consulendo , & iudicando tãquam communis,& ita per istam communem consuluit in Ciuitate Florentiæ Pau.de Ca.ut ipse refert,in d.l.duobus reis,& pro hac parte consuluit Fran. Tigrinus,ut referunt Alex. & Ias.in d.l.duobus, ubi dicit se pro hac opinione cõi bis consuluisse, & ita in effectu consuluit,consi.90.nu.3.uol.3.& consi.123.uol.6.

OPINIO CXL.

Fideiuss. Ille cui debetur ex fideiussione dicitur propriè creditor, & fideiussor dicitur propriè, & indistinctè debitor,secundum Bar.in l.1.nu.34.ff.si cer.peta. per l.si fideiussor.in princ.ff.de leg.1. & ista Bar. opinio corroboratur pluribus rationibus,primò quia sicut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiussoris.l.cum quis.ff.de solu.Secundò facit,quia lex prohibens minoris debitorem esse tutorem comprehendit etiam fideiussorem, ut per Angel. in auth.ut hi,qui obli.perhi.res mino.§.1. Tertiò confirmatur,secundum Deci.in d.l.1. quia ab eo inuito creditor exigere non potest.toto titu.ff.& C. de fideiusso.& ista Barto. Cõis opi. sententia sic corroborata est communis,teste Areti.in §.1. nu.8.institu.de obliga.Alex.in d.l.1.num.48.Nigro,Bolognetto,& alijs Moder. ibi,qui quidem Moder. respondent omnibus in contrariam partem allegatis, & Deci. in 1, lectu.num. 30.

OPI-

H

OPINIO CXLI.

Hæres extraneus grauatus restituere hæreditatem, solam Trebellianicam detrahit, & hoc ex Senatusconsulto inductum fuit, ut inuitentur hæredes ad adeundam hæreditatem.§.sed & quia.institu. de fideicom. hæredi.l.filium. C.famil. erciscun.quod intelligendum est si sponte adiuit, secus si coactè.l.quia poterat.ff.ad Trebel.hinc est q͞ hęres rogatus alteri restituere hæreditatem inuentarium facere cogitur,ut Trebellianicam non amittat.§.si uerò non fecerit.in auth.de hæred. & falci.qui text. generaliter de fideicommissarijs loquens uniuersalem quoq; fideicommissarium comprehendit.l.1.§.generaliter. ff. de lega. præstan. c.si Romanorum.19. dist.& not.Doct. in l.Marcellus.ff.ad Trebel. & quòd hæres, qui non fecit inuentarium Trebellianicam perdat, sicut falcidiam tenent Oldr. per pulcherrimas rationes consi.134.Barto.consi.51. Bonauentura, & consi.234.Hælena Mattarelli,Pau. de Ca. consi.207.super primo,& in l.cum tale.§.1.ff.de condi.& demõ.Imo. etiam ibi,& in auth.similiter.C.ad l.falci.Fulgosi.consi.23.humanissime,& consi.96.pro decisione.post prin.Corne.consil. 303.col.4.uol.1.consi.22.col.8.uol.2.& consil.168.col.4. uol.3.Matthesi.in singu.158.Deci.consil.236.in 5.q.480. col.fin.& 495.in quibus consilijs istam esse magis communem opinionem asseuerat, idem attestatur Cassadorus decisio.3.nu.1.4.& 6.in titu.de testamen.& Crauet.consil.17. nu.1.Capra consi.7.in fin.Soci.in rub.in fin.ff.ad Trebel.& in l.Marcellus.§.quod autem,col.pen.eo.tit.& Curti.iuni. consi.54.col.3. in contrariam uerò sententiam inclinarũt Iaco.de Are. Ioan. And.in add. ad Specu.in titu.de instru. editio.§.fin.uersi. nunc uideamus,Bart.sibi contrarius consi.2.& in auth.sed cum testator.C.ad leg.falci. & ibi etiam Bal.& Saly.& idem Bal. affirmat istam opinionem esse ueram consi.99.super primo quæsito,uolu.4.licet ibi, & in l. cum tale.§.1.ff.de condi.& demon. subijciat de consuetudine inducta per errorem opinionum seruari contrarium, & istam partem audacter asserit esse communem Alex.cõsil. 67. uisis libr. 4. & in d. authen. sed cum testator, Ias. etiam

Cõis opi.

Cõis opi.

etiam in rub.ff.ad Trebel.nu.7. & in repe.rubr.nu.17.& in d.l.Marcellus,eod.titu.nu.57.& refert Craue.in præcitato consi.17.& pro ista parte reperio consuluisse Pau.de Cast. consi.202.uol.2.in nouis.incip.in Christi nomine,& consi.209.& ista quęstio adeo ambigua est propter conflictum opinionum, & diuersas iuris interpretum sententias,ut cõstat ex his quæ congerunt Doct. in d.l. Marcellus, ut decisionem principis desideret,ut refert Cassadorus, in præallegata decisio.3.in titu.de testa.circa fin. retenta itaq; prima parte tãquam magis uera, & communi amplia,ut procedat etiam si hæres sit filius testatoris, ut per Bald.consil. 404.in substitutione lib.2.& Corne.consil.168. in hac con-

Cõis opi. sultatione.col.3. ubi ponit istam esse magis communẽ opinionem,idem dicit Deci.consil.236.non parua difficultas. col.4.& Corne.consil.22. in hac consultatione,lib.2. eandem opinionem sequitur Barba. consi.46.difficile. col.fin. lib.3.& Augustinus Berous.in c.in præsentia. nu.448. in fi. de probatio. & licèt filius ob omissionem inuentarij per-

Cõis opi. dat Trebellianicam,tamẽ non perdit legitimam, & in hoc Doct.conueniunt communiter,ut refert,& attestatur Corsetus.in tract.de potestate regia,in materia Trebellianicę. q.73.& Laurentius Calca. consi.36.tota ista quæstio, & istã opinionem originaliter tenuit glo. in authẽ.hoc amplius. C.de fideicommis.Oldra.in d.consi.134.Bar.in d.auth.sed cum testator, & alij quamplures congesti per Corne. in loco supra citato; interpretatur præfata conclusio, quando testator hæredi remitteret necessitatem inuentarium faciendi, quia tunc omissio inuentarij hæredi non noceret. l.fin.de arbi.tute.l.cum tale.§.1 ubi Bald.& Imo.ff.de condi.& demon.Curti.consi.29.in Regno Hispaniæ.in fi.cum allegatis per Deci.consi.308.uisa iterum lecta.col.2.& Soci.consi.51.uiso testamento lib.3.

OPINIO CXLII.

Hæres rogatus hæreditatem restituere ex Senatusconsulto Trebelliano quartam retinere potest. §. sed quia stipulationes.instit.de fideicommis.hæred.& si filius esset,seu de liberis, quibus legitima debetur iure naturæ quartam falcidiam ultra legitimam posset detrahere.c.Rainutius,& c.Rainal-

c.Rainaldus.de testa.quod procedit quando uno,eodemq; tempore utriusque quartæ detractio non concurrit,ut puta quando filius esset in diem, uel sub conditione rogatus restituere,tunc enim potest duas quartas detrahere; Secus autem quando purè esset rogatus, quia tunc non potest de iure Canonico,nec eius ęquitate detrahere,nisi unā quartam. secundum Glo. & communiter Canonis. in d.c.Raynutius,& Legistas. in l.quanquā.C. ad l.falcid.& in l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testa. & istam communem sequitur Bar.in l. 1.§. interdum.ff. si cui plusquam per legē falci.in d.l.quanquam, & in d.§.meminisse,Fulgosi.consil. 26.stante statuto, & Alex. in l.in ratione.§.quod uulgo.ff. ad l.falci.consi.43.attenta. in fin.uol.2.& consil.142.circa primam dubitationem.col.4.uol.2.& istam sententiam approbauit usus totius mundi uolentis in hoc stare canonibus,ut legitur inter consi.Bal.consi.282.& consil.387.quidam Alex.lib.3.& istam communem attestatur Afflict.decisio.367. nu.4. & ad utranque partem disputat, sequitur, allegat,plurimumque declarat Augustinus Berous. in c.in præsentia.nu.437. cum alijs seq.de probatio. & Ripa. in l. iubemus.C. ad Trebel. limitatur hoc ubicunque pater expressè filio primi gradus grauato Trebellianicam prohibuisset,quia quamuis pater ipse filijs primi gradus Trebellianicam prohibere nequeat, ut l. iubemus ad Trebel. nihilominus hoc uerum est, quando una tātum detrahi posset,ut quia pure fuisset grauatus per fideicommissum, Sed quando duas regulariter posset detrahere, ut in casu, quo grauatus esset sub conditione, uel in diem, isto casu pater prohibere Trebellianicam posset, ut filius haberet duntaxat legitimam,ut uoluit Pau.de Ca.& Alex. in l.mulier.§. cum proponeretur.ff.ad Trebel.& idem Alex.consil.28.& 165.uol.5.& Corne.consi.22.uol.2.ubi scribunt istam esse communem opinionem. cōtrariam uerò partem quòd inefficax sit ista prohibitio tenuit Pau.de Ca.reuocando sententiam in melius,in d.l.iubemus, & fuit de mente Bart. & Alex.in l.quod de bonis.§.quod anus.ff.ad l.falcid. & ideo Alex.consi.250.uol.6. non fuit ausus consulere pro prima opinione, & istam secundam partem tenuit etiam Angel. consi.121.& Alex.in d.§. quod anus, ubi respondet ad d.l iubemus,

Cōis opi.

Cōis opi.

iubemus, Bal. & Saly. in d.l. iubemus Roma. conf. 216. Barba. in d.c. Raynutius circa fin. Alex. consi. 5. uol. 3. & consil. 201. & 67. uolu. 6. Deci. consi. 81. & 270. & consi. 218. & ista est communis opinio, ut ponunt præcitati Docto. Alex. & Soci. in l. Marcellus. ff. ad Trebell. seu in d.l. iubemus, ubi etiam Moder. Curti. iuni. consi. 160. nu. 3. & Gozadi. consi. 45. & 97. nu. 4. ubi refert quòd testator indistinctè non potest aliquo modo prohibere Trebellianicam filio, etiam si deducendæ forent duę quartę, & fatetur tandem istam esse communem opinionem, & ista in effectu uidetur communior; secus autem quando testator prohiberet extraneo hæredi instituto, & grauato detractionem Trebellianicæ, quia isto casu ualeret prohibitio, & hæreditas deuenire potest ad hæredem absque Trebellianicæ detractione. §. si uerò expressim. in auth. de hæredi. & falci. gl. in §. sed quia stipulationes. institu. de fideicom. hære. in uersi. liceat, Bar. in authen. sed cum testator. C. ad l. falci. & ista opinio ratione non caret; quia tex. in d. §. si uerò expressim loquens de falcidia, & de Trebellianica est extendēdus, nā ꝑ hoc ad ius commune reuertimur. l. uerbis. ff. de uer. sig. & ubi redditur ad ius commune, lex noua etiam correctoria recipit extēsionem. secundum glo. in c. statutum. de præben. lib. 6. præsertimq; ubi sublata significatione uocabuli casus de quo fit extensio comprehenditur. glo. in clemen. 1. de electio. & appellationem falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum est. per nota. in auth. unde si parens. C. de inoffic. testa. & sententiam istam communiter approbari scribit Alexā. in d.l. Marcellus post Ioan. de Imo. ibi, & quòd ista communis sit fatetur etiam Barba. consi. 10. illud, col. 10. lib. 4. Ias. consi. 84. omissa. col. 8. lib. 1. & consi. 146. præsupposito, uolu. 2. Alex. in l. si filius à patre. nu. 3. ff. de libe. & posth. & in l. extraneum. C. de hæred. institu. nu. 8. Ias. in l. si fundum. §. si libertus. nu. 10. ff. de lega. 1. & in d.l. Marcellus. nu. 40. & Bal. Nouellus in tracta. de dote. in 6. par. in 13. priuilegio. nu. 2. interpretantur prædicta etiam procedere si testator hæreditatem restitui mandauerit totam, uel integram, uel pleno iure, uel usus fuerit his uerbis. hæres restituat omnia bona, uel residuum bonorum, aut quicquid ex bonis perueнerit. uidetur tunc Trebellianicam prohibuisse per ea, quæ

Cōis opi. [margin, beside line 3]
Cōis opi. [margin, beside "& sententiam istam"]

notat

notat Glo.in l.decem.C.de fideicom. liber. quam singularem esse dicit Ang.ibi, & Bal. in auth. sed cum testator.C. ad l.falci.facit.l.fin.eo. tit. & hoc approbat Alex.in l.Centurio.col.22.ff.de uulga.& pup.& consi.201. perspectis uerbis.col.1.lib.6.& istam opinionem communem esse supponit idem Alex.consi.5.circa primum.lib.3.Gozadi.consil. 97.nu.6.& magis communem dicit Alex.consi.67. num.1. uol.1. & communem etiam dicit Bellonus consil.64. nu.2. & isthæc opinio comprobatur ex multis rationibus relatis per Corsetum.in tract.de potestate regia.in q.73.§.2.contrariam uerò sententiam quòd detrahatur, tenuit Roma. consi.75.nescio,& consi.79.totum fundamentum, & consi. 239. in hac re, & Felyn.in c.auditis. col.3. de præscript. & Ias.consi.84.puto.uol.1.Deci.consi. 495.& Pau.de Cast.in auth.cum testator.C.ad l.falci. & istam opinionem ait esse communem Roma.in d.consil.239. & magis communem dicit Bellonus,consi.55.nu.1.& consi.66.nume.1. & seq.& consi.80. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CXLIII.

Hærede non adeunte hæreditatem omnia iura testamẽti pereunt, & sic si nemo hæreditatem ipsam adierit nihil ualet ex his,quæ in testamento scripta sunt.l.si nemo la prima.ff.de testa.tute.l.eam quam.C.de fideicommi. & l.si nemo subijt.ff.de reg.iur.& notat Roma.consil.428.Deci.in d.l.si nemo,& in terminis Alex.consil. 198. uiso processu. col.fin.uolu.7. fallit hoc quippè principaliter in filiofami. etiam infante, qui absque aliquo dubio transmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoscunq; hæredes iure suitatis.l.apud hostes.C.de suis,& legiti. & ista est communis opinio,ut apparet ex relatis,per Deci.consi.331. pro resolutione.col.5.consi.245.& consi.250.in antiqua,& Ias.cõsi.130.magnificus.col.3. uol.1. sed imò pupillus, seu infans moriens hæreditate non adita transmittit ad hæredẽ suum beneficiũ restitutionis in integrum aduersus omissam hæreditatẽ, & per consequens hæredes eius possunt petere restitutionẽ in integrũ,ex clausula generali, si qua mihi iusta cã,& cætera,aduersus hereditatem nõ aditam à minore,ut tenet Barto.in l.si infanti. col. fin.C.de iure deliber. & alij Cõis opi.

L multi,

Cõis opi. multi, quos referunt Pau. de Cast. Alex. & Ias. ibi dicentes istam esse communem opinionem, prout etiam attestatur Soci. consi. 9. col. 7. uol. 1. & latè plures citans Guil. Benedi. in c. Raynutius. nu. 179. de testa. Corne. consi. 312. in fi. Roma. consi. 58. uisis narratis, & Riminal. consi. 20. num. 15. & consi. 120. nu. 3. Bal. uerò consi. 226. quæstio. uol. 2. arbitratur quæstionem istam esse difficilem, & consi. 213. casus talis, lib. 3. habet pro absurdo ratione minoris ętatis dari restitutionem in integrum, & Soci. consi. 216. non potest negari. col. 5. asserit in ista quæstione esse locum gratificationi, & per authoritatem eorum, qui sunt in contraria sententia, & ob ualidissimas quoque rationes, quibus responderi nequit indigere decisione Cæsarea; nihilominus Doct. communiter tenent quòd competat restitutio in integrum etiã hæredibus infantis, ut per Corne. consi. 87. circa primum, & latè supra deduximus, & ab ista communi fatuum esset recedere in actu practico; hisq; accedit congruẽter hoc ꝙ infans non potest adire hæreditatem ex semetipso, sed pater pro eo, aut tutor, secundum Bar. in d. l. si infanti, & omnes Doct. communiter. in l. bonorum. C. qui admi. & istam scribit esse communem Bellonus consi. 24. nume. 16. interpretatur quoque prædicta regula non procedere in legatis ad pias causas, ut notat Bart. in l. 1. col. pen. C. de sacrosan. eccle. sed contra Bar. ipsum audacter asseuerat esse cõmunem opinionem Canonistarum, & Legistarum Alex. consi. 354. statutis. nume. 17. uolu. 2. Ias. in d. l. eam quam. col. 2. & in d. l. 1. in 1. lectu. col. 6. & in 2. lectura. colum. fin. quòd imò relicta ad pias causas non debeantur hæreditate non adita; opinionem uerò Bart. sequitur Deci. in d. l. si nemo, & Lapus. in allegatione decimanona, ubi expressè fatetur sententiam Barto. seruari in practica, & esse magis æquam, & his accedit similiter, quòd hæreditas postquam est adita per hæredem non dicitur amplius hæreditas. secundum communem opinionem Docto. quam citat, & sequitur Ias. in l. possessio appellata. §. ueteres. nume. 18. ff. de acqui. possess. fallit etiam præfata conclusio in uiginti alijs casibus, quos ponit Barba. in rub. ext. de testa. col. 58. uersi. nunc ad ultimam quæstionem.

Margin notes: Cõis opi. — Cõis pra.

OPINIO CXLIIII.

Hæres mariti defuncti lucratur uxore superstite fructus dotis rerum mobilium tempore anniculæ dilationis. secundum communem opinioné omnium Doct. in l. diuortio. ff. solu. matr. quam impugnare pluribus rationibus conatus fuit Ias. ibi, tamen quicquid ipse suadeat coloratis fundamentis, ob hoc non discederem à dicta communi, cũ qua sentiunt Doct. & Moder. in d. l. diuortio respondendo omnibus contrarijs; cæterum transacto anno uxor ipsa absque aliquo dubio posset ab hærede mariti petere prædicta bona mobilia; & si hæres mariti exciperet, seu opponeret aduersus uxorem dotem petentem quòd ipsa perdidit dotem propter adulterium, de quo maritus eo uiuente querelam non porrexit, nihil prodesset ista exceptio hæredi, sed tenetur uxori reddere dotem suam nõ obstante ista friuola exceptione, ut per Canonistas communiter. in cap. plerunque. de diuor. quam communem sequuntur Moder. inibi, & Ripa attestatur. in l. fin. nu. 201. & seq. C. de reuocan. donat. & prædictis accedit quòd hæres tenetur alere uxorem dum in uiduitate maneret, siquidem durante tempore uiduitatis durat proculdubio onus alimentandi, & dicitur durare uidua in matrimonio, dum uitam uiduilem obseruat, ut per Ias. in §. fuerat. nu. 5. & seq. & 25. institu. de actio. ubi ponit ultra annum uxorem alendam fore ab hæredibus mariti defuncti, quod procedit durante in uiduitate, aliàs non, & ista communis opinio omnium Docto. ut per scriben. passim. accedit similiter præfatis aliud not. satis utile quòd mulier non potest alimenta, seu usuras dotis post annum petere, cum habuerit in potestate suam dotem petere, & non curauit. l. 1. cum ibi not. per gl. & Doct. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & ita tenet Bar. in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de nego. gestis, glo. & communiter omnes Legistæ. in l. insulam. §. usuras. ff. solu. matri. & communiter omnes Canonistæ. in c. salubre, de usuris, de qua communi faciunt mentionem Moder. in d. §. usuras, & consulentes ubique.

Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi.

OPINIO CXLV.

Heres quilibet potest per se, uel notarium, uel alium interrogare testatorem ad instituendum se hæredem, & si in casu dictæ interrogationis testator faciat interrogantem hæredem ualet, & tenet ista institutio. secundum Docto. in l. iubemus. C. de testa. & alios quamplures congestos per Clar. in tract. de testam. lib. 3. q. 37. ubi meminit de communi. hæc uerò opinio communis, & uerissima procedit si testator articulatè loqui poterat, & constabat de intentione ipsius quòd uolebat ita facere. secundum glo. in d. l. iubemus, cum qua sentiunt omnes scriben ibi, Bal. consi. 120. super primo uol. 4. Pau. de Cast. consi. 363. uiso puncto per l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. & ista est communis opinio. teste Corneo, consi. 261. nu. 18. lib. 4. post alios ibi relatos per eum, & Boer. in decisio. 35. nu. 5. & istam constat esse communem sententiam ét ex congestis per Alex. consi. 12. uiso instrumento. lib. 1. & per Ias. consi. 124. factū sic se habet. in fin. lib. 1. & per Corne. in præcitato cōsi. Ias. in d. l. iubemus. nu. 20. & Bellonū, consi. 26. procedit secundò præfata conclusio quando notarius non seorsum, sed in conspectu testatoris scribat testamentum; & quando appareat testatorem esse sanæ mentis, aliter quippe non ualeret testamentum ipsum si testator tunc fuisset infirmitate ualdè grauatus, ut per Ioan. Andr. in add. Spec. in §. 1. de testa. Marsil. in sing. 449. Afflict. decisio. 143. Ias. in d. l. iubemus. col. fin. & per Soci. consi. 20. in facto, & consi. 28. uisis. col. fin. lib. 3. de quo etiam per Calca. consil. 92. uiso puncto 5. procedit similiter præallegata conclusio quando notarius non scribit testamentum illius, qui balbutiendo loquitur, secus autem, quando scriberet testamentum istius balbutientis, nam si hoc probaretur rueret testamentum, ut per Bal. in l. quidam. ff. de condi. insti. & Ias. in l. quoniam. C. de testa. procedit quoque ista conclusio, quando notarius nō scribit hæredem ad nutum capitis testatoris, sed facit testatorem ita clarè respondere ꝙ exaudiatur à testibus; quia testamentum non fit nuda uoluntate, sed uerbis, ut per gl. in l. in fraudē. §. 1. ff. de mili. testa. fallit hoc in fideicommisso, nam fideicōmissa nutu relinqui possunt. l. nutu, & ibi Bart. ff. de leg. 3. cum citatis per Alex. in d. l. iubemus.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO CXLVI.

Hæreditatem adeundi ius, seu potestas, quæ competit extraneis, ac se immiscendi, quę suis competit triginta annorum spacio durat. l. fi. C. de edic. diui Adriani tollen. gl. not. in l. 3. ff. de acqui. hæred. Bar. Ang. Pau. Castren. in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. glo. Alex. & Iaſ. nu. 1. & 5. in l. licet. C. de iure deliber. & in l. 1. C. quando non peten. partes, & opinio ista cõmuniter approbatur, ut per Alex. in d. l. licet, Bolognettum. in d. l. 1. num. 30. ubi omnes Moder. hoc idem attestantur, Hyppo. Riminal. in §. 1. nu. 210. institu. de donatio. Grammati. in decisio. 103. nu. 46. Alex. consi. 163. uiso processu. col. 2. uol. 2. Iaſ. consil. 19. præsentis, uol. 1. Ruinus consi. 62. nu. 8. & 19. lib. 3. & Gozadi. consi. 56. nu. 5. & 13. & consi. 80. nu. 6. ubi istam communem latissimè declarat. hoc quippè ampliatur non solum procedere in hæredibus scientibus ipsis delatam esse hæreditatem, uerum etiam in ignorantibus, qui, casu quo ab obitu defuncti triginta anni fluxerint, profectò ab hæreditaria petitione caderent. tex. est in l. hæreditas. C. de petitio. hære di. & ita hoc notant, & firmant Docto. in d. l. licet, & in d. l. filio præterito; interpretatur uerò istud non procedere quando isti ignorantes per huiusmodi ignorantiã ex clausula, si qua mihi iusta causa, & cætera aduersus præscriptionem in integrum restitutionem peterent, quæ absque dubio aliquo concedenda foret, ut per Fulgosi. consi. 64. in fi. per Doctrinam Barto. in l. 1. §. si quis propter. ff. de itinere, actuq; priua. & comprobatur melius hoc ex his quæ tradit Specu. in titu. de præscrip. §. 1. uerſ. pone colonus, Fulgosi. consi. 63. francus. circa fin. & Alex. consi. 89. col. 3. uol. 2. & ita se habet communis opinio, ut asserit Soci. in l. cum filius. §. 1. ff. de uer. obli. col. 1. & Deci. consi. 303. in casu. col. 2. Sed aduertendum est hic quòd istud remedium nõ prodesset contra præscriptionem. 40. annorum, quoniam illa plenissimam securitatem parit. l. omnes. C. de præscri. 30. anno. & hoc tenet Alex. consi. 172. col. 3. uolu. 2. & Soci. in l. cum filius. §. in hac. ff. de uerbo. obligat. in fin. Deci. consil. 29. & pro tenui, & consi. 375. uisa bulla. ante fin. & consil. 36. diligenter consideratis. in fin. faciunt scripta per

Cõis opi.

Cõis opi.

Soci.consil.299.circa fin. & sciendum est ad præmissorum utilem intelligentiam quòd beneficium hoc restitutionis in integrum est utile à principio & nõ currit, nisi à die sciẽtiæ, quia tempus quadriennij datũ, concessumq; ad petendam restitutionem in integrum est utile à principio. l. fin. C. de tempo. integrum restitu. ut per Bald. consi. 226. quæstio. uolu. 2. quod putat esse memoriæ commendandum, Alex. consi. 110. perspectis, lib. 5. & tempus utile non currit ignoranti. l. utile. ff. quis ordo, in bon. pos. serua. & ita remediũ hoc secundum Doct. allegatos dabitur ẽt contra præscriptionem quadraginta annorum, si is qui petit restitutionem iustè ignorauerit hæreditatem sibi delatam esse, & sic habes quòd quadriẽnium non currit nisi à die scientiæ. secundum Deci. consi. 303 Tholomeus consil. 76. Ias. in §. rursus. instit. de actio. in quibus locis attestantur istam esse communem opinionẽ, & illustris. D. Restaurus Perusinus Præceptor meus quoque dum publicè audiebam Perusij, qui plenissimè more suo declarabat omnia prędicta. interpretatur etiam præcitata conclusio quòd sui, uel extranei hæredes excluduntur à successione lapsu triginta annorũ, quando filij agnoscunt hæreditatem ex capite unde legitimi, nam filij possunt succedere ex capite unde liberi, à quo 30. annorum præscriptione exclusi admitti possunt intra alios 30. annos ex capite legitimorum. argumento. L. 1. §. sed uidendum. ff. de succ. ædito ut per Alex. aliosq; Docto. in d. l. licet, Bar. consi. 128. quidam habuit, Corne. consi. 70. ueniunt. col. pen. & fin. lib. 4. cum relatis per Ias. consil. 34. uolu. 2. & istam scribit esse communem opinionem Alex. consi. 89. uiso puncto. col. 2. & uol. 2.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CXLVII.

Hæres cogi non potest ad soluendum relicta ex testamẽto non solemni. l. si ueritas. C. de fideicommi. & ibi omnes Docto. notant, & Bald. quoque consil. 284. & seq. & consil. 308. ista scriptura. lib. 3. interpretatur utiliter hoc quando testator in testamento non solemni legatarijs, & fideicommissarijs expressè permittat, ut possint propria authoritate accipere possessionem rerum relictarum. l. 3. §. Lucius. ff. de lega. 2. & ex possessione legatarios, fideicõmissariosq; reten-

retentionis commodum consequi nemini dubium est.l.mi litis codicillis.§.ueteranus.ff.de milita. testa. & per Doct. in l.post diuisioné, & in l.cũ quis.C. de iuris, & facti igno. & per Canonist. in c.fin. de sol. & ab opinione hac non est recedendum.teste Alex.in l.nemo.ff.de leg.1.col.6.& quãuis Barba.in d.c.fin.col.7.& seq.dicat nonnulla contra istã sententiam,tamen secundum eam iudicandũ est,quia opinio prædicta communiter approbatur,& magis communiter approbatam esse asserit Ias. in d.l.cum quis. col. 5. & in allegata.l.nemo. col.15. hisq; accedit unum ualdè utile quòd ad probandum licentiam per testatorem traditam apprehẽdendi possessionem rerũ relictarũ propria authoritate sufficit etiam actus inualidus.l.qui à patre,ubi Bal.ff. de confirma.tuto.l. fin. & ibi Bart.ff.de rebus eorum,Deci. consi 171.in causa uenerabilis,& Ias.consuluit,consi. 127. dubitatur. col.5. uolu.2. Cõis opi.

I

OPINIO CXLVIII.

Imperatores Deus de Cœlo constituit ad hoc, ut per ora eorum diuinitus leges cõderent.§.quia igitur. in auth. de insti.cau.& fin.& ideò ab Imperatore dicũtur leges emanare diuino quodam motu.l.fin.C.de pręscrip.long.temp. Imperator ipse est lex animata in terris,ut in auth.de consuli.in prin.Imperator est pater legis, ut in auth. de incest. nuptijs.§.dubitatum;& Imperator dicitur propriè post triplicem coronam susceptã, scilicet ferream in Alemania, argenteam in Mediolano,& auream Romæ, de quibus per glo.in clemen.1.§.uos eodem mandato.in uers.facturus de iureiuran. & per Aluaro. in c.1. col.5. in titu. quis dicitur Dux,uel Mar.ubi post Signo.de Homode. concludit quòd in Alemania coronatur corona argentea ab Archiepiscopo Coloniensi Aquisgrani,Mediolani coronatur ferrea in æde Diui Ambrosij ab Archiepiscopo Mediolanensi,tertia Romæ à Summo Pontifice ad altare sancti Mauritij, ut latè deducit etiam Illustris. D.Restaurus Perusinus Præceptor meus.in tract.de Imperatore.in quæstio.24. num.1.& seq.& Cotta in memorali.in uer.Imperator. il ij.in fi. ante

uerò coronationem uocatur Rex,ut est tex.in c.uenerabilem ext. de electio.& notat glo. in d. clemen.1.§.nos eodem mandato,Bertachinus.in trac.de Episcopo.in 4.par.2.par. prin.lib.3.Ruinus consi.161.nu.17.uol.2.Cotta.in d.uersi. Imperator.il ij.post prin.& latè Corne. consi.177. egregiè discussa per totum.lib.1.ubi disputat an Imperator ante coronationem possit legitimare, uel alteri concedere authoritatem legitimandi,& Latius consi.1.in præsenti. lib.3. & Fely.in c.eam te.col.2.de rescrip. & quãuis uariæ reperiantur opiniones Docto.utrum Imperator ante coronationẽ possit exercere iura Imperij, & omnia quæ potest ipse Imperator post coronationem, quas abundè refert Præpositus.in d.c.ꝑ uenerabilẽ.col.2.& seq.tñ uera,& cõis sñia est, ꝙ electus in Regẽ Romanorũ ante coronationẽ ꝑt oĩa,quę ꝑt Imperator post coronationẽ,ut asserit gl. cõiter approbata.in c.legimus.93.dist.Hostiẽ.in c.super quibusdam. de uerb.sig.dicens ita seruari,& ita fuisse iudicatum per Principes Alemaniæ,& istam opinionem sequuntur omnes Canonistæ post Ant.in d.c.per uenerabilem,Corne. in d.consi.177.col.3.& seq.& cõsi.1.per totum.uol.2.Deci.consi.194.uiso.nu.2.Soci.consi.63.nu.4.uol.3.& Parisius consil. nu.4.uolu.2.ubi scribit istam esse communem opinionem, Christoph.Por.in rubr. institu.de iusti.& iure.nu.5.Cotta in memorali.in uersi.Imperator. il ij.post prin.& Clarissimus D.Restaurus. in d.tract. de Imperatore.in q.46.nu.1. & seq. & licet olim super hac quæstione uariæ essent opiniones hodie receptum est consuetudine, ut statim administret.secundum Deci.post alios relatos per eum . in d. c. eam te.col.2.& D.Restaurum.in d.q.46. ampliatur ista cõmunis,ut non solum procedat ante coronationem, Sed ẽt ante approbationem aliquam de eo factam, ut tenet Abb. in d. c. per uenerabilem, ante fin.& Bar.in extrauag.ad reprimen.in uer. reges.ante fin.& Imperator ipse debet personaliter ire Romam ad suscipiendum coronam,neq; posset ei mitti aliò, ita singulariter per illum tex. not.Bald.in §.ad hoc.col.pen.de pace iuram.fir.ꝑ cuius dicto bene facit,tex.in clem.1.§.nos itaq;. circa fi.de iureiu.quẽ tex.no. ad hoc Alua.in c.1.in prin.in ti. quis dicat̃ Dux,uel Mar.& in c.1.§.fi.in 2.not.de pa.iura.firma. ubi sequit̃ Bal.in hoc, &

Cõis opi.

& D. Restaurus.in d.tract.de Imperatore.in q.35.& 48.nu. 1.& hoc dictum pro singulari citat Ias.in repe.l.si is,qui ꝑ emptore.col.90.ff. de usucap.ubi refert Cardi. & Gemi.in hoc.Bal.contrariari,quia ſcd̃m eos p̃t expediri per manus legatorum : hoc uerò fallit non procedere accedente conſensu Papæ,& Imperatoris, cum coronatio iſta poſſit fieri extra urbẽ in quocunq; honeſto loco de uoluntate eorũ, quia coronatio eſt de iure poſitiuo,ut probat,& tenet Auguſt.Berous.in d.c.de cauſis.nu.39.& ſeq.de offi.deleg. ubi refert hac rõne,& alijs congeſtis per eũ Carolum V. Imperatorem tp̃e Pontificatus Clem.VII.fuiſſe Bononiæ coronatũ,& ſequitur ẽt Cotta in memorali. in uer. Imperator. il ij. poſt prin. & Imperator deniq; eſt Dñs totius mundi.l. deprecatio.ff.ad l.Rodiam de iactu, & l.bene à Zenone.C. de quadrien.pręſcri.c.qm̃.10.diſt.c.ad uerum.c.duo ſunt,& c.Imperator.26.diſt.& c.funerum.12.q.1.qm̃ ei ſubſunt Reges,Principes,& oẽs nationes,ut cõcludunt oẽs Doct.cõiter.in c.per uenerabilem,qui filij ſint legi.in c.nouit.de iu. & in d.c.uenerabilẽ,& in l.1.C.de ſum.tri.& fide,quã cõem celebrat,& citat Iaſ.ibi.nu.6.& 8. & Cotta in memorali.in uer.Imperator.il j.huic uerò opinioni obſtat iſta obiectio, q̃a eodẽ tp̃e eſſent duo dñi eiuſdẽ rei,puta rei meæ.ſ.Imperator,& ego,qđ eſt cõtra.l.ſi ut certò.§.ſi duob.vehiculũ.ff. cõmo.ſolue iſtã difficultatẽ,ut ꝑ Pau.de Ca.cõſ.56.uĩ dicẽdũ,nu.2.uol.2. ubi dicit Imperatorẽ eſſe dñm mũdi quoad iuriſdictionẽ, non quoad proprietatem ſingularium rerũ, imò illæ pertinent ad ſingulares perſonas, & ſcd̃m Fabi.de mõte.in trac.de emptio. & uend.in 3.prin.q.nu.7.ubi ait ꝙ Rex,uel Imperator nõ p̃t uendere rẽ ſui ſubditi, niſi ob publicã utilitatem.plura alia, & forſan maioris momẽti poſſem opponere cõtra iſtã cõem, prout opponit ꝑ non leues authoritates,nec q̃dẽ ꝑ friuolas rões Iac. Menoch. ĩ trac. recup.poſſ.in rñſo,in cã finarienſi.in 2.rñſo.nu.98. cũ alijs ſeq.q̃ oĩa prætermitto,q̃a contrahiĩ hæreſis ſi dicaĩ Imperatorẽ non eſſe dñm, & Monarchã totius orbis, cum dicaĩ in Euangelio Lucæ.3.ca. exijt edictũ à Cæſare Auguſto,ut deſcriberẽĩ uniuerſus orbis, & Chr̃s recognouit Cæſarem Imperatorẽ,ut dr̃ in Euangelio reddite qđ Dei Deo,& qđ eſt Cæſaris Cæſari,Pau.ad Ro.13.c.in extrauag.ad reprimendum.

Cõis opi.

mendum.in prin.& ibi Glo.& de transla.Epi.c. Apostolicæ.§.nos de re iudi.clemen.1.de magistris,& clemen.1.de senten.excommu.in prin. & ibi per Cardi. & per Bar. in l. hostes.col 2.ff.de capti.& postlimi.reuer.& uide plenè per Ias.in l.cunctos populos. col.2.C. de sum.trini. & fide,ubi dicit quòd Bal.in c.solitæ.de maior.& obedien.tenet contra Bart.& Panor. in c.nouit.de iudi.ante fin.& Imperator ipse est talis, tantæq; præeminentiæ, ut supra docuimus q. minimè de Imperatore ad Papam potest appellari. c. cuncta.9.q.3.& hoc idem uoluit glo.in c.quoniam. 11. distin. imò fortius dic quòd de inferiori ordinario in temporalibus in terris Imperij ad Papam nō appellatur.c.si duobus. in fin. infra de appellat. minus ergò ab Imperatore ad Papam argumento.l.1.ff. à quo appella. non licet,& conclusiuè procedendo intellige istam ultimam communem uniuersaliter procedere,non autem particulariter. secundum Bar.in tract. ad reprimen.in uer.totius orbis,ubi subdit ex hoc quòd Imperator potest mundum ab alio occupatum uendicare. & ex ista ratione quòd Imperator est dominus totius mundi dixit Bal.in l.fin.in princ.C.de eunuch.quòd Imperator potest punire subditum de delicto ubique commisso. item intellige dictam communem quòd Imperator in temporalibus præest omnibus clericis, & laicis in terris imperij,non autem in spiritualibus. secundum Innoc.in c. nouerit.de senten.excommunicat.quem refert, & sequitur Bal. in sua marga.in uer. Imperator,Imperator enim dicitur vicarius Dei in temporalibus. secundum Bald.in l.1.de iure aureorum annullorum, & in auth. habita.col.4.C.ne filius pro patre;sed aduertendum est quòd in spiritualibus, & concernentibus peccatum principaliter Imperator Papæ, & canoni subest. c. nouit.de iud.c omnes.de maiori.& obed. c. quoniam.10. distin.quo fit,ut quo ad ista Imperator forum Ecclesiæ sortiatur, ut in iuramento, in uoto, in pacis, & contractus obseruatione, quæ ad forum Ecclesiæ pertinere dicuntur,ut in c.fi.de iureiuran.in 6.& in c.quòd clericis,ubi glo.& Doct.de foro competen.cum similibus, benè uerum est q. olim Imperator erat dn̄s totius mundi, ut latè deducit,& ꝓbat post alios signatos per eū Io. Lupi. in repe.c.per uestras.§.20.nu,17.de dona. inter uir.& uxo.

OPI-

OPINIO CXLIX.

Immunitas concessa alicui ab oneribus, & collectis ordinarijs,& extraordinarijs,solitis, & insolitis non extenditur ad onera,quę imponuntur ratione belli diuini,puta pestis,uel belli humani. scd'm Cyn.Dy.Albe.Soc.Alex.Ias.& Ripa.in l.si ex toto.ff.de lega.3.ubi Ripa.nu.17. scribit istā esse cōem opinionē,quā sequitur Tho. Parpal. in l.placet. col.fi.C. de sacros. eccl. Cæpolla. in caut.63.aliàs 80.inci. quia priuileg. Fely.in c.causam quæ.nu.17.de rescrip. Roma. cōsi.436.quod indultum.per tex.in l.iubemus nullam, ubi Bal.& alij not.C.de sacrosan.eccl.Alex.consi.215.nec arguendi.nu.12.uol.2.& de hoc est tex.cum glo. & ibi not. Docto. præsertimq; Lucas de penna.in l.1.C.ut nemini liceat in emp. spec. se excus.lib.10.& Parisius consi.68.num. 14. uol.1. & ista est magis communis opinio. teste Ripa.in tract.de peste.in titu. de remedijs ad conseruandam ubertatem.nume.231.Curti.iuni. consi.61.habita. col.6.Aegid. Bos.in pract.crim. in tit.de principe.& priuil. eius. nu.140. fol.252.Leonardus consil.117. nu.25.& seq. quod quidem consilium reperitur inter consilia feudalia Alberti Bruni fol.123. & Ias. in d.l.si ex toto.col.3. ubi dicit immunitatē concessam etiam uerbis generalibus, & amplis non extendi ad onera,quæ imponuntur ratione belli,uel alterius publicæ necessitatis inexcogitatæ , & quòd in hoc est magis communis opinio,ut per eum ibi.nu.8.& 12.Ioan.And.in add.Specu.in titu.de censibus.§.2.uersic. sciendum est,per Ant.de But. in c. peruenit per illum tex.ubi alij Docto.de immunita.eccle.Alberi. de Rosa. in 2. par. Statutorum.q. 138. Statutum est in Ciuitate.Bald.consi.106.lata fuit,uol. 5.& Alex.in d. consil.216.uel 215.interpretatur ista communis non procedere quando immunitas ipsa esset cōcessa alicui ab omnibus, & quibuscunque oneribus, tunc immunitas ista extenderetur etiam ad onera ratione pestis, belli,& alterius magnæ necessitatis reipublicę propter ipsa uerba geminata ab omnibus,& quibuscunque oneribus. secundum Alex.consi.25. primo aspectu. nu.113.& consil. 68.quæritur primò.nu.17.& 29.uol.1.& Io. Cephalū cōsi. 58 per totū uol.1.ubi doctissimè,& latissimè ita consuluit. Cōis opi.

OPI-

OPINIO CL.

Immunitas concessa propter paupertatem cessat superuenientibus diuitijs,& sic cessante causa paupertatis.secundum complures Docto. relatos per Ias. in l.sciendum. §. si fundum.nu.6.ff.qui satisda.cogan.qui quidem scriben. mouentur ad ita decidendum per tex. in l.cura.§.deficiëtium. ff.de mune.& honoribus,ubi deficientium facultatibus, ad munera quæ indicuntur excusatio non perpetua est, sed temporalis, nam si ex uoto patrimonium auctum fuerit cessabit excusatio, per text.in l.his omnibus.§.auctis.ff.de uacatio. munerum,cuius hæc uerba sunt.auctis post appellationem medio tempore facultatibus paupertatis obtentu non excusantur.ut per tex. expressum. in l.non tantum. §. eos qui, ubi immunitas concessa ob paupertatem cessat auctis facultatibus,& hoc idem notant, & firmãt per illum tex.ibi Iaco.Are.Nicola.de Mattha.in Lectu. Bar.Bal.Alberi. & Alex.in l.si cum dotem.§.si maritus,num.6.ff.solu. matri.Tiraque.in tract.de causa cessante. in 1.par.prin.nu.
Cõis 193. & istam scribit esse communem opinionem Ias. in d.
opi. §.si fundum. nu.6.& seq. ubi eam ab omnibus ferè contrarijs efficacissimis responsionibus,& rationibus tuetur.

OPINIO CLI.

Immunitas, & exemptio potest præscribi concurrente titulo,& bona fide.40.annorum spacio, unde ciues omnes si soluunt gabellam, seu uectigal impositum excepto uno, qui non soluit per 40. annos erit quippè in huiusmodi casu præscripta immunitas non soluendi. secundum Barto. Ang.Pau.de Cast. & alios.in l.licitatio.§.eorum.ff. de publica.Bal.consi.125.quæstio uertens.uol.1.Alex.consi.30. ponderatis.col.4.uol.5.& consi.126.in causa.col.pen.uol. 2.Corne.consi.44.in hac consultatione.col.pen.uolu.2. &
Cõis consi.12.in presenti.col.5.uol.3.& consi.199.uol.1.& ista
opi. est communis opinio,ut per Balbum.in tracta.de præscriptionibus. nume.19.& seq.fol.53.& Grammati. in decisio. 100. nume. 25. & talis immunitas, & exemptio præscripta tolli non potest.secundum Bald. in l. quod semel.ff.de decre.

cre.ab ordi.fac.& in l.si qui.in fin.ff.de iure immuni. & per Bertachi.in tract.de Gabellis.in 9.q.1.parte.

OPINIO CLII.

Infamia iuris dicitur illa.secundum Abb.in c.1.de accu sat. quæ irrogatur delinquenti secundum leges ciuiles,uel ipso iure,prout ipso iure quis infamis efficitur, ut l.1. & sequen.ff.de his, qui not.infamia,uel mediante sententia, ut habetur.in l.infamem.ff.de publi. iudi. & in c. prohibetur. 2.quæst.1.& in l.qui accusare.ff.de accusa.& quamuis probetur delictum infamans per testes, non ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille aduersus quem probatum fuit, nisi sententia, ut supra docuimus accedat, uel confessio delinquentis,ut per glo.communi calculo à Doct. approbatam.in l. sed & si possessori.§. si cum de hæreditate.ff. de iureiuran. quam quidem communem sequitur, & citat ultra scriben.in d.§.si cum de hæreditate Iaffredus. in decisio. 304. hoc uerò interpretatur cum Grano Salis non procedere contra absentem, & contumacem condemnatum præcedente inquisitione, quo casu non efficeretur quis infamis. secundum glo.in l. 3. §. præterea,de suspec. tuto. quæ uult quòd damnatus per inquisitionem non sit infamis, idem tenet ibi Dyn. glos. & Cyn. in l. fin. C. de suspect.tuto. Barto.in l. ictus fustium de his qui notan. infa. & in l.non solum. §. fin. de procu. & in consi. incipien. quæritur, & in dubium reuocatur an Franchinus, glo. in l. 1. C. de modo multa. Barto. autem, & quidam alij. in d.l. infamem uidentur aliter sentire; tamen aduerte, quia loquuntur quando inquisitus comparuit, & defensionem suscepit,sed quando absens, & in contumaciam fuerit con demnatus, eo casu non infamatur, ut superius ostendimus, & in effectu reperio Iacob. Butri. in quadam sua disputa. tenere contra istam communem sententiam Glossarum, quòd condemnatus in contumaciam efficiatur infamis,cum quo uidetur sentire Bald. in l.cum mulier solu. matri.nihilominus ipsemet Bal. reuocando opinionem in melius tenuit dictam cōmunem.in l.1.C.de hæredi.insti.in l.etiam.C.de fur.& in l.1.C.de calum.qui asserit istam esse

Cōis opi.

com-

Cōis opi. communem opinionem; in tātum quòd ista communis habet vnicum contradicentem, ideò fatuum esset ab ea discedere in actu practico.

OPINIO CLIII.

Igno rantia iuris. Leges sacratissimæ ab omnibus sciri debent tex. est in l. 3.C.de legi.quod intelligendum esse arbitratur Areti. in §.suspectus institu.de suspect.tuto. de iuribus vulgaribus, & casibus,qui frequenter sunt in facto,& Alex. in l. si quis. itā.nu.4.ff.de uer. oblig.& Ias.in l.quod te. nu.35.ff. si cer. peta.tenent quòd circa hoc quis debet se à peritis informari; Sed ista conclusio habet locum in iure scripto, secus in iure non scripto,ut per Bar.in l.de quibus.ff.de legi. refert Ias.in add.ad Portiū in §.sed & qđ principi,nu.24.insti.de iure natu.genti.& ciui.& Ripa in.c.sæpe.num. 92.de resti. spoliat.& hinc est quòd errans in iure, uel ignorans leges, statuta,& proclamationes non dicitur in dolo, sed in lata culpa.secundum Iaco.Butri.Bar.Bal.& alios omnes in d.l. Cōis opi. 3.& in l.lata.ff.de uer.sig. & ista est communis opinio, ut scribit Alcia.in tract.de præsumpt.in 3.reg.præsumpt.31. num.6.isto itaque casu errans in iure uidetur carere dolo, & ignorantia ipsa iuris excusat ignorantem,prout excusat etiam,& in altero casu, idest in acquisitione fructuum secus in præscriptione.secundum Bar.Imo.& Pau. de Ca. in l.si fur.§.1.ff.de usucapio.Panor.alijque Canonistæ in.c.si diligenti.col.5.infra de præscrip.& Fely. in cap. de quarta.colum.9.de præscrip.& istam ponit esse cōmunem opi- Cōis opi. nionem Curti. iunior consi.6.col.pen. & Moder. in d.c. si diligenti; & similiter ista iuris ignorantia minimè excusat mulierem,nisi in casibus,in quibus reperitur in iure cautū. Cōis opi. l.fin.C.de iuris,& facti igno.quod uerificatur etiam in l. si quis in tantam.C.vnde vi, vbi glo.& Doct. cōiter concludunt pęnam illius legis procedere cōtra mulierem,& istā communem sequitur, citat, & declarat Alex.in.l.iustè po sidet.nu.34.ff.de acq.poss. & Moder. in d.l.si quis in tantā.

OPINIO CLIIII.

Instrumentum,testamentum,vel quilibet alius publicus contractus requirit necessariò pro eius solennitate, ut in eo

eo inseratur inscriptio Ciuitatis, platea, uel domus, ubi actus celebratur, adeò quòd locus loci inseri, ac poni debet in ipso instrumento aliàs fidem non facit. secundum Ioan. Andr. in add. Specu. in titu. de instru. editio. §. instrumentum. uer. quid si locus, Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. initium tabularũ. col. pen. ff. de eden. & in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui oper. nuncia. Roma. & omnes. in l. lecta. ff. si cer. peta. Bal. in l. contractus. ff. de fide instr. & in l. optimam. C. de contrahen. & commi. stipu. & istam scribũt esse communem opinionem Moder. in d. l. lecta, Ruinus consi. 154. nu. 4. & 10. uol. 3. & Boer. decisio. 32. nu. 27. sed non est necessarium, ut locus loci particularis, ac specialis in instrumento inseri debeat uerbi gratia, si dicatur actũ in aliquo designato palatio, uel domo non oportet addere in tali camera dictæ domus, ut tenet Bar. & alij communiter. in d. l. de pupillo. §. qui nunciat, & ita consuluit Ruinus. in d. consi. 154. num. 10. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CLV.

1 Instrumentum publicum confectum per tabellionem necessariò requirit eius signum aliàs non probat, nec facit fidem, secundum magis communem sententiam Doct. in l. contractus. C. de fide instru. & in l. 1. C. qui admi. ad bonorum poss. quam citat Boeri. in decisio. 36. nu. 8. & ferè omnes Moder. in d. l. contractus; nonnulli uerò scriben. inclinauerunt in partem cõtrariam uidelicet, quòd omissio signi Notarij non uitiet instrumentum, & quòd illius appositio de iure necessariò minimè requiratur, quàm quidẽ opinionem negatiuam sequitur etiam Alex. & scribit esse cõmunem. in rub. nu. 14. de noui ope. nunci. sed primam partem in facti contingentia semper amplecterer tanquã frequentiorem, & communiorem, quæ quippè uti uerissima ampliatur nedum habere locum in originali instrumẽto, uerum etiam in copia collationata per tabellionem; ut puta Sempronius produxit instrumẽtum ipsum, fecitq; illud collationari per actuarium cum suo signo solito, & fide in calce ipsius, quòd instrumẽtum collationauit de uerbo ad uerbum, & penes se retinuit instrumentum ipsum originale, ne perderetur, isto certè casu illa copia registrata presumitur Cõis opi. Cõis opi.

mitur de actis, & habet publicam fidem absque eo quod producatur per ipsum Sempronium originale. secundum omnes Doct. communiter. in auth. si quis in aliquo. C. de edé. quam sequuntur Moder. ibi, & attestantur, & Maranta. in tract. iudiciorum. in 6. par. 2. par. princ. super. 10. actu. nu. 3. & licet in isto instrumento requireretur signum tabellionis. secundum magis communem sententiam, non propterea requiritur in eo inuocatio Domini nostri Iesu Christi. imò huiusmodi leuis solemnitas derelicta in isto instrumento non infringeret, nec uitiaret instrumentum ipsum, ut per Barto. eleganter, & omnes scriben. in l. fin. C. de iure deliberan. quam opinionem sequitur, & scribit esse communem Deci. in c. si scripturam, de fide instrum. & Couarruuias, in sua practi. c. 20. nu. 1. secus autem dicendum arbitror in instrumentis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, uel Imperatoris, hoc enim casu non plenè probarent, ut uisum fuit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. ubi distinguit quòd si tabellio uiuat, tunc instrumentum propter istum defectum nullam fidem faceret, siquidem imputandum foret parti, cur non ageret contra tabellionem, ut instrumétum sibi reassumeret, cum minus perfectè restituerit. l. ueluti. in princ. ff. de eden. si uerò tabellio ipse foret mortuus arbitratur Bar. facere semiplenam probationé. l. 1. §. si linum, & §. si rosæ. ff. de bono. poss. secundum tabu. & cum ista Bar. distinctione transeunt omnes Doct. communiter. in d. l. admonendi, ubi refert Curtius inibi. nu. 148. licet ipse ab ea discrepet, & malè multa in contrarium adducendo; & hoc quòd nomen Imperatoris præponendum sit in instrumento publico, probat text. in auth. ut præponatur nomen Imperat. & præsertim in locis, quæ Imperio subsunt, & similiter in locis, quæ Papæ subijciuntur nomen ipsius est apponendum. secundum Abb. in proœmio Gregoriano. col. 5. & in c. 1. de fide instru. ubi omnes Docto. communiter hoc firmarunt, & aliqua de instrumento posuimus infra. in uer. statutum disponés quòd instrumenta.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CLVI.

Iudex non tenetur exprimere causam in sententia, c. sicut.

cut.de re iudi.& l.in summo.ff.eo.tit. & ita tenet glo.in l.si me,& Titium.ff. de except. rei iudi. imo eam exprimendo fatuus censetur.l.2.§.uigorem.ff.de his qui notan.infa. no. glo.in l.properandum.§.illo.C.de iudi.& habetur per Ioã. Andr.& alios.in d.c.sicut,& per Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uer.oblig.& Papien.in sua practi.in forma sententiæ diffinitiuæ.in glo.relaxandum.nu.4.& Corne.consi.345.nu.3.uol.1.& consi.89.num. 1.uol.3. tamen si ipse iudex causam ineptam exprimeret dicta sententia penitus uitiaretur.secundum Felyn.in c.cum ordinem. col. 1. ext.de rescrip.Innocen.& alios Doct.communiter.in c.in præsentia.de renunciat.& in l.si is ad quem.ff.de acquiren.hæred. & istam opinionem communem sequitur, & citat Curt. iuni.in l.1.nu.33.ff.si cer.peta. & ratio istius communis uidetur hæc, quia iudex releuatur à iure ab expressione causæ in sententia,illud est propter præsumptionem iuris,quę est pro ipso iudice. d. c. in præsentia, & l.2.C. de offi. ciui. iud. quem quidem, text. ad hoc singularem, & meliorem de iure dicit Barba. in tracta. de præstan. Cardina. in 1.q. 1. partis. col.6. sed quando exprimit causam in sententia, quæ sit inepta,aut minus legitima, tunc sumus in casu claro, quòd iudex male iudicauit, & sic cessat præsumptio in re clara,quæ est pro iudice.l.cõtinuus.§. cum ita.ff.de uer. oblig. aduerte etiam hic quòd quando iudex asserit in sententia probatum fuisse aliquid per duos testes se referendo expresse ad acta, tunc si constaret de errore ipsius iudicis esset nulla,secundum communem opinionem omnium Doct. quam citat,& sequitur Deci. in c.quoniam contra.nu. 158. de probatio. & Moder. inibi. limitatur primum ista communis ex not.per Ant. de But. in c.per tuas,ex.qui filij sint legit.ubi per illum tex. concludit quòd si ad ferendam sententiam iudex ex duabus causis moueatur, quarum una ad causam faciat, altera minimè, sustinebitur sententia ex ea faciente ad causam,ubi aliàs redderetur nulla si una tantum ratio fuisset expressa.c. ex parte, & c.dilectus. de concessio. præben.& hoc idem sequitur Inno. in d.c.in præsentia,Imo.in l.si plagij,& in l.quod dicitur. col.10.ff. de uer. obligat. Ant. & Abb. in cap.1.& in c.cum inter,de re iudi. Alex.in l.qui Romæ.§. duo fratres.ff. de uerbo. obligat.&

Cõis opi.

Cõis opi.

in l.si is ad quem post Ro.ff.de acqui.hęred.cum alijs concordan.de quibus per eum,& Moder.in dictis locis. limitatur secundo loco praecitata communis per Doctrinam Iaco. Butrig. in l.2.§.ignominiae.ff.de his qui notan. infami. ubi uoluit quòd si Iudex expressit falsam causam in sententia, per quam sententia reddebatur nulla cum adiectione dictionis,maximè, sustinebatur sententia, quoniam ad illã causam duntaxat non censetur Iudex se astrinxisse,& istam doctrinam sequitur Abb.in c.sicut.de re iudi.& in c.ex parte astensis. circa fin.de concessio. praeben. & in c.cum ex literis.de restitu.spolia. & Alex. in d.§. duo fratres.char.10. & hoc dictum Iaco. Butri. procedit quando ex actis apparet de alia legitima causa, tunc enim Iudex exprimendo causam falsam apposita dictione maximè uerisimiliter ad illam causam legitimam,quam non expressit respexisse uidetur,& ita declarat Dominic. in ca.uenerabilem.§.fin.de senten.excommu.in 6.& in c.in tantum.circa fin.21.distin. Imo.& D.Ant.in c.ex parte,de renunci. & in c. ab excommunicato. col. pen.de rescript. & Roma.in l.si is ad quem Cõis opi. ff.de acqui.haered.& istam scribit esse communem opinionem Ruinus consi.63.nu.15.uol.1.

OPINIO CLVII.

Iudex succedens in officio potest interpretari sententiã sui praedecessoris ex coniecturis,& alijs, quae percipere potest ex agitatis coram praedecessore. secundum Bar.Ange. Cõis opi. Imo.& alios Doct.communiter. in l.ab executore.ff.de appella.secus uerò si ipse successor uellet interpretari dictam sententiam suo sensu mero. secundum Imo.ibi saluantem contrariam opinionem Bal.in l.2.C.de senten.ex peri. recitan.& istam communem celebrant, sequuntur, & citant Docto. in d.l.ab executore;& similiter iudex succedens in officio potest exequi sententiam absque mandato sui praedecessoris,quia uidetur idem iudex,ut per Bart.in l. à diuo Cõis opi. Pio.§.sententiam Romae.ff.de re iudi.cuius opinionem cõmuniter sequuntur Doct. ut per Soci. inibi.nu.16.Amplia hoc in tantum procedere quòd iudex etiam alterius tribunalis habet facultatem sententiam alterius iudicis exequẽdi, ubicunque ad ipsum pertineret executio ista de iure cõ

muni,

muni, seu statutario, secus uerò, nisi haberet huiusmodi executionem de iure communi, uel municipali, quoniam tunc non posset sine literis iudicâtis, ut per Bart. & omnes. in d.§. sententiam Romæ, ubi Soci. alios referens scribit. nu.17.& seq. istam esse communem opinionem; & his occurrit congruenter hic, quòd sententia lata super executione sententiæ est interlocutoria. secundum Docto. communiter. in l. ab executione. C. quorum appella. ut per Ripam. in l. qđ iussit. nu.43. ff. de re iudi. licet Iac. Butr. in d. l. ab executione, & malè teneat dictam sententiam esse diffinitiuam. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CLVIII.

Iudex si aditus fuerit super absolutione à iuramento in contractu usurario, seu simulato ad effectum postea agendi super simulatione contractus absolutione obtenta non potest coram alio iudice de simulatione agi, sed corã eodem iudice id petere necesse est. secundum Bald. singulariter. in l. ordinarij. col.1. C. de rei uendi. cuius doctrina communiter est recepta per omnes Docto. in l. quotiens. C. de iudi. & præsertim per Alex. ibidem. nu.4. & ponũt Moder. in rub. ext. de iudi. & in rub. C. de eden. ubi omnes uno ore fatentur opinionem Bal. communiter approbatam esse nõ obstantibus traditis per Pau. de Ca. in d. l. ordinarij, & opinionem ipsam Bald. tanquam communem defendit, & tuetur à morsibus Deci. in d. rub. de iudi. Curti. iunior, in precitata rub. C. de eden. nu.14. usque ad nu.22. hinc Alex. cõsi.58. nu.7. 8. & 9. uol.1. dixit quòd si coram aliquo iudice sit petita exhibitio alicuius scripturæ, uel instrumẽti quòd iudex qui fuit aditus in isto preparatorio exhibitionis scripturæ remanebit iudex in causa principali, & sic in iudicio præparato. Cõis opi.

OPINIO CLIX.

Iudex laicus de causa usuraria non potest cognoscere: secundum Bart. in l. quotiens. C. de iudi. quem sequitur ultra alios ibi Alex. & Ias. col.2. & seq. asserentes istam esse cõmunem opinionem, & omnes Doct. in l. Titia. ff. solu. mat. in Regno uerò Neapolitano seruatur contrariam per li- Cõis opi.

M 2 teram

teram Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ contra uſurarios; imò de iure communi iudex eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis ad eccleſiam ſpectantibus, etiam ſi inter laicos agitentur, prout eſt in cauſa uſurarum, cauſa matrimonij, cauſa iuramenti, & legitimationis filiorum, & ſic de alijs ſimilibus, ſiue cauſa ſit principalis, ſiue emergens, ut eſt text. in c. tuam. de ordi. cogni. & ibi per Abb. & in c. lator. qui filij ſint legit. & Docto. in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccle. & no. etiam Bar. in d. l. quotiens, & in l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud. idem tenet Ang. in §. ſi quis autem pro pecuniaria. in authen. de ſanctis. Epiſco. reprobata ibi communiter glo. per ipſum, & per allegatos Doct. quæ aliter ſentiebat. Hinc eſt quòd iurans falſum coram iudice ſeculari non poteſt ab eo puniri, ſed ab eccleſiaſtico, ſecundum Bald. in l. fin. C. de noui oper. nun. & in l. cum paruo. in q. fin. eo. titu. & iſta eſt communis opinio. teſte Boerio. in deciſio. 305. nu. 2. 4. & 5. ubi refert nonnullos Docto. contrarium aſſeuerantes; nec non iudex eccleſiaſticus cognoſcit in cauſis ſpiritualibus annexis, ut habetur. in ca. quanto, de iud. prout eſt ius patronatus, & diximus ſuprà latè.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CLX.

Iudici ubicunq; eſt ſublata facultas condemnandi à nouo iure corrigente antiquum ob hoc non intelligitur eidẽ prohibita authoritas abſoluendi, ſecundum gl. in clemen. 1. in uer. contra eos. de hæreticis, cum qua ſentiunt omnes Canoniſtæ communiter ibi, & Legiſtæ. in l. 3. ff. de re iud. ut refert Claud. de Seyſſel. in rub. ff. de acqu. poſſeſ. Iaſ. in d. l. 3. num. 5. & ſeq. & Moder. repetentes. in l. nemo qui condemnare. ff. de reg. iur. ibi Dec. poſt Bal. aſſignat rationem iſtius communis, in contrariam ſententiam quòd in materia correctoria prohibita condemnatione cenſeatur prohibita abſolutio inclinauerunt Steph. Vercell. & Ancha. in d. clemen. 1. & ſequitur Arèt. in d. rubr. ff. de acq. poſſ. Bartho. Soci. ibi motus tribus fundamentis, ut per eum, & Fel. in d. c. 3. col. 2. de re iud. ubi ponit iſtam opinionem Soc. & ſequacium eſſe communem, & cum ea uidetur etiam concurrere Ripa, in d. l. 3. ubi eam. nu. 8. interpretatur nõ procedere

Cõis opi.

Cõis opi.

cedere quando prohibetur condemnatio fauore, & priuilegio personæ condemnandæ, tunc non censetur prohibita absolutio, nec in odium retorqueretur, quod fuit inductum in fauorem. l. quod fauore. ff. de legi. & ita procedit tex. in l. quoties. C. ubi senatores, & ibi Bal.

OPINIO CLXI.

Iudex tenetur condemnare uictum uictori in expensis, nam tex. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. arctat iudicem ad condemnãdum uictum uictori in expensis, ut ibi sciant iudices uictum uictori in expensis esse condemnandum, & ibi in summario. tex. id omnes Docto. communiter admittant, dum dicant ꝙ uictus uictori debet condemnari in expensis, ut per Bar. Ang. Saly. Pau. de Ca. & Iaſ. hocq; intelligitur, & declaratur si petantur dictæ expensæ per partem; si uerò non petantur ad hoc non tenetur iudex, ut per allegatos Doct. per l. dies. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. licet hoc possit facere iudex si uellet, idest condemnare uictum in expensis non petitis per l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædili. edic. ita tenent Dyn. & Bar. in d. §. hoc autem iudicium. in 5. q. Bald. in l. non quicquid ff. de iud. Ang. & Ray. in d. §. sin autem alterutra, & ibi latè Alex. nume. 31. & post eum Iaſ. nume. 31. ponunt istam esse communem opinionem, & Ripa. in d. §. hoc autem iudicium. num. 81. & sequẽ. & ita seruatur in practica, ut tradit Imo. in l. Paulus. la j. col. 2. ff. de re iudi. & eam similiter sequitur Iaſ. multos Docto. citans. in l. uniuersa. num. 4. C. de preci. imper. offeren. & iudex non solum potest condemnare uictum uictori in expensis non petitis si uult, factisque ante litem contestatam, sed etiam in expensis factis post litem contestatam. secundum Ripam. in d. §. hoc autem iudicium. nu. 81. uerum si iudex non condemnat uictum uictori in expensis petitis censetur facere litem suam, & tenetur resarcire de suo. secundum Bart. in d. §. sin autem alterutra. col. fin. & alios Docto. in d. §. hoc autem iudicium, & istam sententiam sequuntur, & aiũt esse communem Moder. inibi, Maranta. in trac. iudiciorum. in 6. par. 3. membri, nu. 12. & Corsetus. in sing. suo. in uer. iudex. il j. Ampliantur prædicta quòd uictus uictori in expensis petitis, per iudicem

Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

debeat condemnari non solum procedere in causis ciuilibus, uerum etiam in criminalibus secundum communem
Côis opi. assertionem omnium Doct. quam citat,& declarat Marsil. in sua pract. crimi. in §. superest. nu. 1. Limitatur quoq; predicta nisi litigator haberet iustam causam litigandi, tunc enim iudex, non potest ipsum condemnare in expensis pe-
Côis opi. titis secundum communem opinionem, de qua attestatur Cagnolus. in l. in alterius. ff. de reg. iur. nu. 25.

OPINIO CLXII.

Iudex Laicus, seu eius familia potest capere clericũ deprehensum in crimine, uel rixa, sed non potest illum detinere, imò statim tenetur iudici competenti ecclesiastico
Côis opi. præsentare, ut sentiunt omnes Canonistæ communiter. in c. cum nõ ab hoïe de iudi. ut referunt Moder. ibi,& dato ꝙ iudex laicus caperet informationem contra clericum de delicto ab eo commisso, tunc iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui iudicis secularis, dum sibi remittitur clericus cum dicto processu,& ista est communis opinio Do-
Côis opi. cto. in c. at si clerici. de iudi. teste Felyn. & Moder. inibi,& Grammatico, in consi. crimi. 42. & Ruino cons. 7. uol. 5. Interpretatur hoc nõ procedere in clerico capto, repertoq; absque habitu clericali ad committendum homicidium,& clericus captus sine habitu tempore homicidij perpetrati dolo,& ex proposito non debet fori priuilegio gaudere, ideo non potest aliquo pacto petere remissoriam ad iudicem ecclesiasticum. secundum Hostien. Ioan. And. & Ant.
Côis opi. de Butr. in cap. perpendimus, de senten. excommunica. & istam scribit esse communem opinionem Boeri. decisio. 63. num. 16.

OPINIO CLXIII.

Iudex Laicus potest punire sacerdotem, clericumve crimen assassinij committentem eo ipso absque actuali,& solemni depositione,& degradatione, & hoc ob criminis immanitatem est proculdubio speciali ratione obseruãdum, secundum Lapum,& alios Canonistas. in c. 1. de homic. in 6. Hyppol. de Marsil. in l. unica. nu. 107. C. de raptu uirgi. & in sua practi. crimi. in §. diligenter. num. 160. & in §. examinanda.

nanda.nu.25.quorum opinionem sequuntur,& communẽ esse asseuerant Lamber.in c.1.de hæret.in 6.nu.88.& Ioan. Bernar. in practi. crimi.c.91.idemq; notat Steph. Aufrer. in clemen.1.de offi.ordi.regula.1 fallentia.18.& Gramma ti.in uoto.8.nu.4.& seq. & hoc uidetur iure cautum ob cri minis immanitatem, sed in alijs casibus iudex laicus debet esse certus, & de sua iurisdictione non dubitare, quia qualitas,quæ fundat,aut priuat iurisdictionem debet de ea ante omnia constare.l.2.§.si dubitetur.de iudi. ubi Doct. per illum text. ita communiter tenent, & in l.si quis ex aliena. eod. titu. & in c.super literis.de rescrip. ut per Grammati. in cons.crimi.1.nu.53.& seq.quod reperitur positum in fine suarum decisionum. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CLXIIII.

Iudex in sententia diffinitiua non potest aliquo pacto sibi reseruare in futurum condemnationem, uel absolutionem expensarum, secundum Lanfran. in c.quoniam cõtra. de probatio.in c.11.de expensis.nu.6.cum alijs relatis, per Celsum. in add. ibi, sed taxationem,sic secundum Cyn. & omnes cõmuniter. in l.terminato.C.de fruct. & lit. expen. & Bald.in auth. generaliter.C.de episco.& cleri.& ita statutum est in Regno Neapolitano, per pragmaticam exordientem temeritatem litigantium, licet Bart. & malè post glos. in d.l. terminato senserit contrarium, & de ista communi attestantur Moder. inibi,& Lanfran. in d. cap.11. de expensis.num.6. secus uerò uidetur in interlocutoria,nam per eam non definit esse iudex, ita sentit Fely. in c.significa uerunt.col.7.ext.de excep. hoc idem dicendum est in delegato,qui quidem non potest sibi reseruare taxationem expensarum, nec suam sententiam interpretari. secundum Bart.& communiter scriben.in l.ab executore.ff.de appel. per tex.ibi,& glo.in uer.præces ,nisi secundum præcitatos Doct.talis delegatus esset,qui utique posset exequi sententiam iuxta notata per glo.in l.à diuo Pio.in princ.& §.1.& ibi Bart.ff.de re iudi. quia delegatus à principe non solum de iure Canonico potest suam sententiam exequi. c. significasti,& c.quærenti.de offi.deleg. sed etiam de iure ciuili.l. fin.C.de iudi.& ita tenent Docto. in d.l.à diuo Pio, & So- Cõis opi. Cõis opi.

ci. alios referens ibi, ubi asseuerat istam esse communẽ opinionem.

OPINIO CLXV.

Iudex ubicunque lex imponit pœnam ab illa recedere non potest,nec debet tex. est cum gl.in c.licet infra de pœnis, probatur etiam. in l. 1.§.calumniatoribus.ff.de priua. delict.& hoc firmat quoque Iacobus Nouellus. in tract. ad defensam.in rub.incip.his hactenus.nume.44.fol.664.post alios per eum relatos ibi.facti enim quæstio in arbitrio iudicis est, pœnæ uerò prosecutio non eius uoluntati, sed legis authoritati reseruatur: tamen iudex ex causa iusta, seu rationabili potest pœnas à lege statutas augere, uel minuere.tex.est iuncta glo.in l.hodie.ff.de pœnis,per quem text. ita tenet Innocen.in c. 1.ext. de constitu.Bart.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notan.infa.Bal.& Salyc.in l.& si seuerior.C.ex qui. causis infa. irrogatur,Pau. de Ca. consi.328.col 2.uol.2.Doct.omnes communiter.in d.c.1. ext.de constitu.in d.l.hodie,& in d.§.pœna grauior, & istã communem sequitur etiam,& citat Deci.in c.de causis. nume.94.& seq.de offic.deleg.Paulus Girlandus. in tracta.de relaxa.carcera.in 1.rub.q. 6.incip.Sextò non omittam.nu. 1. Maranta.in tracta.iudiciorum.in 4.par.prin.nu.65.Marsil.in l.pœna legis Corneliæ.§.sed & si quis.num.6.ff.ad legem Corne.de falsis,& in sing.244.Marcus Antonius Blancus.in sua practi. crimi.in rub. exordiente postquam uidemus. nume.81.cum alijs seq.Moder. Ferrarienses.in d.c.1. de constitu.& Iacob.Nouel.in d.tracta.ad defensam;& huiusmodi arbitrium, seu authoritatem iudex habet à lege. probatur in l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis, & in d.§.hodie,& in præcitato.§.pœna grauior,& ratio dicti arbitrij uidetur ista, quia delicta cum diuersis circunstantijs, & qualitatibus perpetrantur, ex quibus crimen ipsum quandoque fit excusabile, quandoque magis atrox, & odiosum, quas circunstantias,& qualitates omnes lex ipsa exprimere nõ potuit,sed quasdam expressit, ut d.l.aut facta. §. 1.cum. 2.seq. ideo dedit iudici istam facultatem, & arbitrium, ut secundum facti contingentiam pœnas ipsas arbitrio suo ex causa augeret,minueret,uel mutaret.d.§.pœna grauior, & d.l. aut

Cõis opi.

aut facta.§.1. & super hoc possent exemplificari plures cau sæ,quas congerit Barto.in d.§.pœna grauior,& Felyn.in d. c.1.de constitu. & in c.accedens, ut lite non contesta. Primò propter senectutem,uel iuuentutem,propter furorem, uel ebrietatem, propter calorem iustum, propter nimiam excellentiam hominis in aliqua arte, uel ingenio, ut dicit Aret. in allegato. §. pœna grauior, in add. ad Barto. quæ incipit,adde hic quòd iudex, Ias. in l.1.colum.3.ff. de legi. Marcus Antonius Blancus.in præcitata practi.num.82.ubi istas causas ponit, & alias quamplures hic non expressas latius ponit,& comprobat; quotiescunque uerò iudex recederet à pœnis in iure statutis debet exprimere causam, & an. & quãdo recedere possit à pœnis statutis à lege,& quãdo debeat aliàs redire,& ad quas iudices ecclesiastici, uide Moder.Hispanos.in decisio.seu pract.criminali.in glo.canonicis,uel sinodalibus, Ampliaturq; ista communis,ut in tantum extendat uires suas, ut procedat non tantum de iure communi, sed de iure municipali,uel statutario etiã,ita quòd si statutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine iudex potest illam ex causa permutare. secundum Bart. in d.§.pœna grauior,& in l.fi.de receptatoribus.Bal. in d.l. & si seuerior.col.2.Abb.in c.2.de delic. puerorum, Fulgo. consil.124. præsuppositis.col.fin.Aret.consil.131.spiritus sancti gratia.in fi. & in c.at si clerici.§.de adulterijs. col.4. de iud.cum alijs cumulatis per Marsil. in singu.244. tu scis illud quòd,& ista est magis communis opinio,ut per Deci. in c.de causis.nu.97.de offi.deleg. quam sequitur omnibus ferè contrarijs respondendo Fulgosi. in d.l. & si seuerior, Paulus Grilandus.in allegato tractat.de relaxa.carceratorum.in rub.1.q.6.nu.8.& seq. & Dec.in d.c.de causis,num. 97. Ampliatur postremò dicta communis, ut non solum habeat locum in causis, & pœnis minoribus, & extraordinarijs,sed etiam generaliter in omnibus ordinarijs.secundum glo.in d.l.hodie,quam sequitur ibi Bart.& in d.l.quid ergo. §. pœna, Bald. & Salyc. in d. l. & si seuerior, & istam partem scribit esse communem Grilandus.in allegato tracta.de relaxat. carce.in rub.1.quæst.6.num.6.& istam communem limitat in quinq; casibus Fely.in c.2.§. ad corrigendos. col.6. de accusat. Carrerius uerò eam limitat in octo casibus.

Cõis opi.

Cõis opi.

casibus in sua practi.crimi.in tract. de homicid. nu.7.num. 123. cum alijs seqq. & in tribus alijs limitat Marcus Ant. Blan.in d.practi.crimi.nu.81.cum alijs seq.sed istam materiam usq; ad nauseam,& ad saturitatem melius quàm alius declarat,& explicat Tiraque. in tract. de pœnis temperandis,aut remittendis,per totum illum tract.

OPINIO CLXVI.

Iudice negligente,seu recusante deferre iuramentum in supplementum semiplenæ probationis ab eo potest appellari stante ista negligentia.secundum Bar. in l.admonendi. ff.de iureiuran.cum quo sentiunt Bal. cæteriq; Doct.ibi,& Saly.& omnes communiter, & uno orc. in l.in bonæ fidei. C.de iureiuran.& Panor.in c.fin.ext.de iureiu. ubi assignat rationem istam pro corrobanda dicta communi quòd sicut potest appellari, quando defertur iuramentum nõ habenti iustam iurandi causam. l. generaliter. C. de iureiur. ita quando iudex nollet deferre præcedente legitima.& rationabili causa, & istam communem sequuntur, & citant Moder.in locis præcitatis.

Cõis opi.

OPINIO CLXVII.

Iudex à quo fuit appellatum reijciens appellationem, quæ interponitur non ab executione, seu re iudicata, sed à sententia debet puniri triginta auri põdo.tex. est in l.quoniam iudices.C. de appella.ubi Saly.& Doct.not.unde debet esse cautus appellans etiam si iudex de facto reijciat appellationẽ, ut appellet ab huiusmodi reiectione, alioquin reiectio transiret in rem iudicatam.secundum Cardin.Zabare.in clemen.1.col.3.de dolo,& contuma. hinc inoleuit practica, quòd cauti iudices, à quibus appellat̃ nõ reijciãt simpliciter appellationem,ne incidant in pœnam.d.l.quoniam. sed quòd dicant se admittere appellationem si, & in quantum tenentur,& debent de iure, & nõ aliter, nec alio modo, quo casu talis appellatio admissa si, & in quantum non uidetur simpliciter admissa, sed solummodo in casu, quo de iure admitti debuit. secundum Bald. in l.edita.col. 17.& ibi not.alij Doct.de eden.Roma.consi.501.ut declarationem.col.2.Ang.consi.217. in causa accusationis.col.

Cõis pr.

3.Soci.iuni.consi.18.uisis.nu.14.& seq.uol.1. & his accedit utiliter, quòd iudex à quo propter admissionem appellationis si, & in quantum censetur à se iurisdictionem abdicare, adeo quòd processus aliquis coram eo amplius fieri non potest,& factus non ualet,& istam scribit esse communem opinionem Ro.in d.consi.501.uel 401.col.2. Cõis opi.

OPINIO CLXVIII.

Iudex deferendo appellationi etiam si re integra reuocet grauamen, non propterea recuperat, neque reassumit iurisdictionem in ea causa abdicatam. secundum Gemini. & Ioan.Andr.in c.cum appellationis.de appe.in 6.& alios communiter ibi,Bal.in l. eos.§.Apostolos.C.de appella.& istam opinionem audacter asseuerant esse communé Iaffredus. in decisio.480.& Parisi.consi.106.nu.25.uolu.4.& nota iudex ex quibus rationibus possit deferre appellationi. uide Papiens.latè declarantem.in sua practi.in forma Apostolorum.§.detuli.nu.2.fol.174. declarantur prædicta, per scriben. quòd iudex inferior non habet authoritatem tollendi appellationem à diffinitiua, secus ab interlocutoria, & sic per appellationem ab hac interlocutoria non suspenditur iurisdictio iudicis quoad principale negocium, nec tenetur iudex,à quo prouocatur eidem supersedere,ut sentit glo.Bar.& Ang.in l.fin.per illum tex.C.de senten.& interlo.om. iudi. Ant.Imo. Franc. & Deci.in c super eo.il j. de appella.& idem Deci.in c.ad hæc.il j.& in c.bonæ.eod. titu. quibus in locis scribit hanc opinionem communem esse tamen contrarium tenuerunt omnes Canonistæ communiter.in c.sicut Romana.de rescript.& Bart.reuocando sententiam in melius.in l.1.§.fin.ff. à qui. appell.non licet. nu.2.& istam communem opinionem sequitur,& citat Ripa.in d.c.sicut Romana. nu. 20. cũ alijs seq.limitatur prædicta communis ita declarata non habere locum quando unus iudex ex tribus delegatis detulerit appellationi, tunc enim causa per huiusmodi delationem unius iudicis non deuoluitur ad superiorem. secundum Bald.in auth.hodie. C.de appella.quem sequitur Cardina.in clemen.1.q.26.de appellat.& Imo.ibi.col.pen.Domi.in c.cum appellationibus.§.1.de appella.in 6.Ang.in l.si cum dotem.§.eo autem

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

tempore.

tempore.ff.solut. matr. & Petru.in c.fin.q.7. de constitu.& istam sententiam asserit esse communem Dec. in c.cum omnes.nu.35.de constitu.

Cōis opi.

OPINIO CLXIX.

Iudex debet deputare exploratores, siue extimatores duos ad probādum ualorem rerum in omni casu, etiam in casu.l.2.C.de rescin.uend. & ad probandum damni quantitatem,& extimationem,qui quidem extimatores ipsa omnia extimare debent,& referre iudici. secundum Bar.num. 20.Bal.Pau.de Cast.Saly. & omnes. in d.l.2.ubi Cagnolus. nu.258.scribit istam esse communem opinionem,& seruari in practica quotidie; & isti extimatores prius iurare debent de extimando bona fide,sine fraude.tex.est,& gl.Bar. Bald.& scriben.omnes communiter.in l.hac edictali.§.his illud.C.de sec.nup.& hoc idem firmat idem Bar.in l.Theopompus.nu.7.ff.de dote prælega.in prooemio.fforum.col. 5.unde periti, qui quotidie assumuntur in causarum diffinitionibus, ut secundum artis peritiam proprium iudicium declarent iurati respondere tenentur.tex. & ibi Doct.in c. fraternitatis de frigidis, Abb. & alij. in c. proposuisti. col. pen.de proba.Dec.Ias.in repet.l.admonendi. nu.237.ff.de iureiu.Crotus.in tracta.de testibus.in 7.par.ubi asseuerant audacter istam esse communem opinionem;& hoc iuramētum quandoque ad extimationem peritorum, quandoque ad ueritatem pertinet, præsertimq; qn̄ rei ueritas percipi potest ex peritia artis, ut ex agrimensoribus, sicuti opinatur Bald.in d.prooemio.fforum. & in d.§.his illud,& Deci. alios referens.in d.c.proposuisti.col.pen. & ita istam materiam pulchrè declarabat D. Raynaldus Rodulphus Perusinus Præceptor meus in acutissimis interpretationib. suis, dū interpretabatur Perusij maxima cū laude. d.l.admonendi. & his accedit hic congruenter ꝙ citari debent partes, quando iudex,uel extimatores proficiscuntur ad uidēdum locum,uel rem pro extimatione facienda. secundum Bart. in d.l.Theopompus,& Cagnolus in d.l.2. nu.262. & nota ulterius ꝙ etiam post didicita testificata mitti possunt ipsi extimatores,& exploratores ad extimādum. secundū Bal. eleganter.in d.l.2.ubi Cagnolus.nu.205.

Cōis opi. (beside "20.Bal.Pau.de Cast.Saly.")

Cōis opi. (beside "Bald.& scriben.omnes")

Periti debent iurare.

Cōis opi. (beside "audacter istam esse communem")

Pars citenda.

OPI-

OPINIO CLXX.

Iudex necessariò citandus est ubicunque in causa appellationis, quæ agebatur coram superioribus ex officio processit secundum glo.in c.cum speciali.§.porrò. de appella. communiter ab omnibus Docto. approbatam inibi,quam communem sequitur,citat, & nonnihil declarat Dec.in d. c.cum speciali. nu.27. cum alijs seq. ubi similiter declarat ipse Dec.an omissa dicta citatione processus sit nullus. Cõis opi.

OPINIO CLXXI.

Iudex citari debet per superiores ad tuendum honorem suum,ubicunque ageretur de reuocatione sẽtẽtiæ ad pœnam imponendam ipsi iudici, qui malè iudicauerit, ut per glo.in c.sacro.de senten.excommu.communiter approbatam ab omnibus Canonist. ibi, quam quidem communem inibi sequitur,& commendat Fely.col.3.& Boerius. in decisio.259.nu.2.& seq. Cõis opi.

OPINIO CLXXII.

Iudex promittens liberationem , impunitatemq; delinquenti,si delictum cõfitetur . dic isto casu quòd si delictum confiteatur per delinquentem,iudex non tenetur huiusmodi promissionem obseruare , imò ex tali confessione non obstante promissione impunitatis eidem facta potest postea illum condemnare, & excusatur . secundum Præposi. Alexandri.& Domi.de sanct. Gemi.in c.si quilibet,& in c. utilem.22.q.2.Fely.in c.accedens. il ij. ut lite non contest. & in c.afferte mihi gladium.col.2.de præsump.Domi. post Vguti.& Archidia.in c.nos.in quemquam. in fin.2.q.1.per tex.in c.utilem.22 q.2.& istam ait esse communem opinionem Hierony.Cuchalon.in add.ad Dec. in l.ea est natura. ff.de reg.iuris,& Moder. in d.c.afferte mihi gladium ; quæ quippè communis ratione non caret , nam iudex ad inuestigandam ueritatem potest uti cauillationibus , ac etiã simulare . ut probatur.in d.c.afferte mihi, & in c. non enim uolebat Deus. 22. q. 2. & propter utilitatem publicam ad bonũ finem permissa est simulatio.d.c.utilem ; cõprobatur quoq; secũdo loco,& fortius uidelicet,ꝙ in malis promis- Cõis opi.

sis

sis nō expedit fidem obseruari.c.in malis promissis.de reg. iur.libr.6.hinc est quòd pacta contra publicam utilitatem etiam si iuramento uallata sint minimè seruari debent, ut dicit Bart. in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso,& in l.1.§.1.de dolo, tertio loco comprobatur dicta communis, quòd nō refert quomodo ueritas habeatur, dummodo habeatur.l. cum seruus.ff.de uer.oblig.postremo fulcitur ista communis,nam si licet excoriare,torquere,& alia nōnulla in corpore hominis fieri pro ueritate habenda,tanto magis blāditijs,& bonis uerbis.secundum Archidia.in d.c.utilem,& alios in locis præcitatis; imò iudex potest delatum de crimine ad pœnam damnare ex sola confessione, quam ab eo promissa criminis impunitate extorsit,& de iure id permissum iudici esse absque ullo peccato asseruerunt Archid. in d.c.utilem,Domi. post Archi.in d.c.nos in quemquam,Fely.in præcitatis locis.in c.afferte,& in c.accedens, Paris de Puteo.in tracta. Sindica.cap.saluus conductus,fol.95.& c. de tortura, uersic. & aduertendum est,& Catelli.Cotta in suis memoralibus,in memorali.in uersi. dolum bonum. in contrariam uerò partem inclinauerunt complures Doct. uidelicet,quòd iudex teneatur dictam promissionem, & fidem seruare.Iacob.de Belui.in sua practi.crimi.in rubr. de quæstio.ubi admonet iudices abstinere à prędictis persuasionibus in specie,sed generaliter interrogent quod crimē commiserit, & istam sententiam sequitur etiam, & audacter fatetur esse ueriorem,Deci.& Cagnolus. num.20.cum alijs seq.in d.l.ea est natura,ubi Hieron.Cuchalon.in add. ad Deci.Grammati.post alios relatos per eum. in quæst.3. per totam,quæ reperitur.in fine suarum decisionum, & ita Ioan.de Imo.cōsil.109.uisa inquisitione,& istam ultimam sententiam uidetur secutus Fortunius.in l.conuentionum. col.4.ff.de pact.in q.illa an iudex qui promissa impunitate criminis coegit à loco sacro discedere, & secum ire delinquentem tenetur ei fidem seruare & cætera; Sed in ista ambiguitate, & in tot uarijs iuris interpretum sententijs pro materia resoluenda unum explicitè præmittendum est, quòd ex dicta confessione reus minimè puniendus est, nisi spe promissionis frustratus in ea perseueret. tenent eleganter Io.de Imo.in d.consil.109. Deci.in d.l.ea est natura,circa fin.&

Iuramentum iudiciale est illud, quod in iudicio à parte defertur parti iudice approbante, ut dicit glo. in l. 1.ff. de iureiu.& in c.fin.eo. tit. & hoc non dicitur propriè probatio, seu probationem propriè facere, sed habere uim rei iudicatæ, trāsactionis, ac litis finitæ, ut in l.2.ff.de iureiu.imò in aliquibus casibus maiorem uim habère dicitur, quia hic adest religio iuramenti, & affirmatio iurantis, quæ aliqualem præsumptionem, & fidem facit.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita.item calor iudicij, consensus aduersarij, tacita confessio deferentis, qui censetur confiteri omnia, quæ iurans iuraret.secundum not. per Bart.in l.ait prætor. la j.in prin.& in l.nam & postea.ff.de iureiu. & hæc omnia simul iuncta dicuntur facere iuramentum iudiciale habere magnam uim, & ferè maiorem, quàm res iudicata, quod est notandum pro his quæ habentur, per glo.Bar.& alios.in l. 2. ff. de re iudi. & quamuis iuramentum in aliquibus uim rei iudicatæ excedat, tamen in multis econtrà sententia uirtutem iuramenti excedit, ut habetur plenè per glos. & Bar.in d.l.2.qui etiam dicit iuramentum habere executionem paratam, sicut res indicata, per.l.post rem iudicatam. ff.de re iudi.& ideo iuramentum appositum in aliquo contractu habebit, ut ipse arbitratur executionem paratam, licèt de iure communi instrumentum publicum non habeat executionem paratam. l. non minor uigintiquinque annis cui fideicommissum, & ibi ait se mirari, ꝙ cautelam istam consuetudo non adinuenerit, hoc idem tenet, & sequitur Ias.in d.l.2.nu.9.& l.nulli.nu.8.C.de iudi.ubi audacter asserit istam esse communem opinionem, & Alex.in d.l.2.Barba.in rub.ext.de iureiu. Pau. de Cast. in l.nam, & postea.§. si petiero.ff.de iureiu.& in l.post rem.ff.de re iudi.Matthesi.in notabi.20. Marsil.in singu.356.iuramentum, Ias.in §. item si quis.nu.87. institu.de actio. & Curti.in repetı.l.admonendi.nu.47. ff.de iureiu. Cōis opi.

OPINIO CLXXXIX.

Promittens soluere certam quantitatem cum iuramēto compēsando postea cum suo creditore nō uidet liberatus Iuramentum.

à periurio.tex.est apertus,& clarus. in c.ad nostram ext.de iureiu.in prin.& ibi omnes Canonis.tenent,Abb.etiam.in c.dilectus.de ordi.cogni.& Bened.de plum.in l. si peculiũ. §.quod si hæredi.ff.de statu liber. quia iuramentum ipsum debet seruari in forma specifica,& sic compellit pręcise ad factum, ita q non euaditur periurium soluendo interesse, glo.est.in l.si pecuniam.in uersi.necesse habeas.ff. de cond. ob causam,& ita tenet Ias.in §.in bonæ fidei.col. 16.& seq. institu.de actio.Alex.in add.ad Bar. in l. amplius non peti. ff.rem ratam haberi,& consi.91.col.2.uolu.2.Albert.Brunus consi.89.nu.4.fol.90.Marcus Mantua.consi.17.nu.28. uol.1.& consi.20.nu.13.eod.uol.Docto.in d.l.si pecuniam. in prin. cum concordantibus ibi latè adductis, & per Pan. post Innocen.Anto.de But.& alios.in c.ueniens.de iureiu. in contrariam uerò sententiam inclinauerunt Bart.Fulg.& Angel.in d.l.amplius non peti,Abb. sibi contrarius.in d.c. ad nostram,Faber.in d.§.in bonæ fidei. col.3. & Alexã.sibi ipsi parum constans consi.12.col.fin.lib.2.& nouissimè August. Berous per pulcherrima fundamenta, & optimas rationes.in c.1.nu.68.& seq.& nu.78. de usuris,& ita in facti contingentia per doctrinam Bart. & sequacium fuit determinatum superioribus annis in sacro Regio Concilio Neapolitano,ut constat.in decisio.Capicij.167. & istam sententiam Bart.fatetur esse communem apud Legistas Caro.Moli.in tract.de contract.q.42.& licet opinio hæc possit sustineri per tam illustrium Doct. authoritatem, nihilominus prima opinio contra Bar. & sequaces uidetur magis communis,ut attestantur Fely.in d.c.ad nostram. nu.8.Ias. in l. eum qui.§. si iurauero.nu.5.ff.de iureiur.& in d.§.in bonæ fidei.col.fin.Gozadi.consi.32.nu.15.& seq.& Afflict.in decisio.381.nu.1.& seq.& ita consuluit Boeri.consi.14.retenta itaque communi opinione pro uerissima, & canonica dic,limitaq; eam procedere, quando ius compẽsandi peruenisset postquam promissum foret per iuramentum,& sic ex post facto. secundum Abb.& alios citatos per Tindarũ. in tract.de compensa.col.17.uersi.attende,Soci.in l. Iulianus.in fin.ff.de condi.& demon.& Parisi. consil.121.nu.40. uol.1.& istam distinctionem,seu limitationem sequi uidetur Capicius etiam.in d.decisio.167. Afflict. in d. decisio. 381.&

Cõis opi.

581.& Antonius Gallesius.in tract. de formulis cameralis obligationis super for. came. oblig. quæst.2. nume.6.cum alijs sequen.

OPINIO CXC.

Iuramentum potest præstari per procuratorem habentem speciale mandatum.c.fin.de iuramen. calum.lib.6.ubi Doct.& tunc iurare non tenetur nomine proprio, sed pro domino,& per consequens in animam constituentis. secũdum Bar.& Alex.in l.qui bona.§.si alieno.ff. de dam. infecto,in l.ad egregias.in prin.ff.de iureiur. & in l.uulgo.ff.de in litem iuran. & hoc non ab re determinatum fuisse arbitror,quia.secundum Ioan.Andr.in d.c.fin. quando procurator habet speciale mandatum in effectu ipse dominus dicitur iurare; ex his sic breuiter præmissis collige unum, ꝙ etiam iuramentum fidelitatis potest præstari pro absente per procuratorem habentem speciale mãdatum ad se præsentandum coram domino,& ab eo obtinendum inuestituram,seu renouationem,& hoc præcipue procedit,quando ille cui debet præstari consentit,uel quando debens præstare impeditur aliqua iusta causa. secundum Roma.in repet. l.admonendi.ff.de ureiu.& in d.§.si alieno.in add. nouiss. qui allegat tex.in c.unico.§.uerum etiam de sta.regu.lib.6. & c.si tibi domino.63.distin.& ibi tenet Archidia. & idem uoluit Bal.in c.1.in titu. quo tempo.miles,& in c.1.§. nulla per quos fiat inuesti.Iacobus de sancto Geor. in sua inuest. uer.qui quidem inuesti.præsti.col.3. & Maranta. in tracta. iudiciorum.in 6.par.nu.30.fol.140.& opinionem istam ait esse magis communem,Curtius. in repeti. d.l.admonendi. nu.363.& Clar.in tract.de feud.q.49.in fi. ubi illam sequitur.& hoc idem uidetur sentire Bart. in l.qui absenti. ff. de donatio ubi dicit,ꝙ quando conceditur absenti inuestitura.nuncius debet esse specialiter destinatus, sequitur Affli. in titu.quid sit inuesti. col.10. & Franc. in c.si tibi absenti. col.4.de præben.lib.6. & nota, ꝙ iuramentum hoc dicitur extraiudiciale, ꝙ quippè tenetur uassallus, seu procurator ipsius ꝓstare domino,seu sit uassallus feudatarius, seu Burgensis. secundum Andr.de Iser.in c.1.col.1.qua. uassa.iura. deben.fide.in quo iuramento sex necessariò debent concur Csis opi.

rere primum ſcilicèt, quòd iuret ſeruare dominum incolumen, tutum, utilem, honeſtum, facilem, & denique præſtare auxilium, quæ ſex requiſita numerantur. in c. 1. de noua. forma fideli. & ibi per Andre. de Iſer. & habetur abunde. in deciſio. Rotæ Neapolitanæ. 265. col. 4. & ſeq. & huiuſmodi iuramentum non ſolum tenetur præſtare uaſſallus, uerum etiam ipſius hæredes poſt mortem ſuam. Vnde aduerte, quòd mortuo uaſſallo hęredes eius tenentur iurare fidelitatem domino inſolidum, licet poſſideant feudum pro parte. ſecundum Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de uerb. oblig. argumen. illius. §. & ibi etiam Areti. col. 2. ubi quærit quid econtrà an unus uaſſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus hæredibus patroni, & concludit ſecundum communem opinionem, quòd non tenetur niſi uni, & quòd erit in eius electione cui iurabit, per glo. in c. 1. §. omnes filij ſi dè feudo fuerit controuer. inter dominum, & agna. & de dicta communi atteſtatur etiam Petrus Cor. in add. ad Deci. in l. ea quæ in partes. ff. de reg. iuris, & Clarus. in d. q. 49. uerſi. quæro nunc. ubi eam ſequitur atque declarat, Sed aduertèdum eſt, quòd quando tale iuramentum præſtatur tenetur iurans excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis, quę ſemper præſumitur exceptuata, uidelicet, ut promittat dominum tueri, & defendere aduerſus quaſcunq; perſonas præter quàm contra Regem. c. imperialem. §. fin. & ibi Andre. de Iſer. de prohibi. feu. aliena. per Federi. in d. c. 1. de noua forma fideli. & tradit hoc poſt Specu. Bal. Iaſ. in uſibus feudorum. nu. 107. Barba. in l. cum acutiſſimi. col. 47. & 49. C. de fideicommi. & in tract. de præſtan. Cardinalium. 1. q. 1. partis. col. 9. & Cotta. in lib. memorialium. in uer. Imperator orbis. col. 1. iam ad inſtitutum reuertendo limito præallegatam communem in teſte, qui quidem per procuratorem iurare non poteſt etiam habentem ſpeciale mādatum ſecundum communem doctrinam Doct. quam ſequitur, & citat Panormi. in c. licet ex quadam. de teſti. in contrariam uerò partem inclinauit Rota Roma. quam ſequitur Romanus. in ſing. 8. q. iuramentum teſtis poſſit præſtari per procuratorem, ſed non poteſt teſtis deponere dictum ſuū per procuratorem. mouetur Rota ibi, per nonnulla urgentia fundamenta, & rationes, quas reaſſumpſit Curtius. in d. l. adm.o-

Cōis opi. (margin, beside "nibus hæredibus patroni…")

Cōis opi. (margin, beside "ſecundum communem doctrinam…")

admonendi. nu. 359. quasi inhærendo deniq; ultimæ opinioni Rotæ Rom. interpectatur similiter dicta cõis ex no. per Pan.in c.licet ex quadam supra citato,ubi infert generalem doctrinam per illum tex.quod quãdo à iure, seu speciali statuto requiritur pro forma proprium iuramentũ, tunc non sufficit iurari per procuratorem habenté speciale mãdatum. allegat no.per gl.in c.ut circa de electio.lib.6.idem tenuit Gemini. post Archidi.in c.statutum.§. cum uerò.de rescrip.lib.6.Bal. in rub.ff.de iureiu.& Archidi. in c.nulli. in uer.proprio iuramento.lib.6.

OPINIO CXCI.

Iurare in litem nemo cogendus est per iudicem quando uellet probare per testes.l.semper.§.in hoc interdicto. iuncta glo.inibi.in uer.iudicis.ff.quod ui aut clam; uerum tamen glo. in l.fin. ff. de in litem iuran.inclinauit in contrariam sentẽtiam, quæ communiter reprobatur ab omnibus Doc.teste Alex.ibi.in prin.& dato quòd quis uellet potius iuramentum deferre quàm aliter probare, etiam si probationem testium, uel instrumentorum propriam haberet, tunc securè iurare posset. secundum Docto. communiter. in ca. sicut. de probatio. quam sequuntur Deci. & omnes Moder.ibi, Sed ubicunque aliquis nollet iuramentum deferre, Sed potius onus probandi assumere,nec probet, eo casu Reus absolui debet, nec cogitur iurare ex quo actor probare non potuit, nec ad iuramentum aliquo pacto redeundi habet facultatem.l.si quis iusiurandum.in princ.C. de reb.credi. & decisioni huic omnes scriben.cõiter inhærent uarijs in locis,præsertimq; Soci.consi.32.uol.2.

Cõis opi. — Cõis opi. — Cõis opi.

OPINIO CXCII.

Ualisia, fardellum, seu capsa posita apud hospitem, uel alium quemuis custodem sigillata,& clausa,si fortè redderetur dissigillata eo casu standum esset contra ipsum hospité iuramento in litem ipsius deponentis super quantitate, qualitate,prætio,ualore,& extimatione rerum, quæ in dicta ualisia dicerentur per deponentem extitisse, etiã si ipse deponens res ipsas particulares non consignauerit hospiti,nec aliquid dixerit, quòd in ea capsa essent aliquæ res,& quæ

Iuramentum.

quæ;& etiam q res ipſe per aliquem uiſæ non fuerint,& ſimiliter ſi hoſpes ipſe eſſet bonæ conditionis, & famæ,quia debet nihilominus condemnari adſoluendum res ipſas, ac rerum quantitates, & extimationem, de quibus in ipſo iuramento deponentis fit mentio, ex quo hoſpes dicitur in dolo eo ipſo quòd apparet dictam ualiſiam fuiſſe apertã, etiam ſi non reperiatur, nec probetur hoſpitem ualiſiam aperuiſſe,& ignoretur quis aperuerit,ſeu ſit dubium, & dicitur hoſpes ipſe conueniri ex proprio eius dolo, qui quidem probatur eo ipſo,q appareat ualiſia fuiſſe aperta,etiã quòd ignoretur quis fuerit ille, qui illã aperuit an hoſpes, uel quilibet alius,& ita tenent,& concludunt Innocẽ.Ant. de But.Anchara. Abb.Imo.Henri.Boic.& alij.in c.fin.ext. de his quæ ui,metusve cauſa fiunt,Bar.Bal.Ang. Alexan.& Roma.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran.ubi Iaſ.nume. 39.& 41.& Franciſcus Duarenus,Curt.Bolognettus.num. Cõis opi. 89.& Franciſ. de Accoltis Areti. col.pen.aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem,Corne.etiam conſil.318. pro uecturali.col.fi.uol.4.Pariſi.conſi.47.inficiari, per totum. uol.1.& nouiſſimè Ioan.Baptiſ.Plot. in repeti l.ſi quando. nu.391.C. unde ui. poſt alios quamplures ibi relatos,congeſtosq́ue per eum,ubi etiam iſtam communem limitat in undecim caſibus,quos ibi à,nu.400.uſque ad nu.416. abundè poteris uidere.

OPINIO CXCIII.

Iuramentum ſufficit præſtari ſuper quacunque ſcriptura,licèt non ſacra de conſuetudine, quoniam iamdiu communis inualuit ſtylus, & conſuetudo, quòd iurare ſufficiat ſuper quacunque ſcriptura habito reſpectu ad ſacra Dei Euangelia, ſolet quippè dici per Notarium Titius iurauit ad ſancta Dei Euangelia manu tactis ſcripturis, opinio iurantis,& relatio iſta, quam habet ad ſcripturam faciunt,q illa ſcriptura habeatur loco Euangeliorum, quantum ad firmandum iuramentum, nec iurans dicit iuro ſuper hæc Euangelia, Sed in genere dicit iuro ad ſancta Dei Euangelia,& huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt, ita uoluit elegãter Bal.Salyc.Corne.& Curtius.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus uenditio.Imo. in c.cum cõtingat. de iu-

reiu.

reiu.Bal.& Afflict. in c.1.§. item sacramenta.nu.20.de pace iuramen.firma.Glo.nota.in clemen.1.§.porrò. in uersi. tacta.ad fin.de hæreti.& post eam Imo.Cardina.Bonifa.de uitali,& cæteri communiter,Corsetus latè.in add.ad Abb. in rub.de iureiur.in 1.par.q.4.circa fin. Ruinus consi. 103. nu.12.uol.4.Pau.Castren.& Alex.in l.iurari. de iureiu. cũ alijs concordantibus,de quibus ibi per eum.& Alcia. in d. rub.de iureiu. num.29.ubi explicat istam esse communem opinionem. Sed ista communis, & indubitata cõclusio interpretatur non habere locum in casibus in iure expressis, qui tactum sacrorum Euangeliorum requirunt, ut latè declarat Ruinus.in d.consi.103.nu.12. & Marquardus de Susannis.in tract.de Iudæis,& infidelibus.in 2.par.c.8. nu.15. & Marsil.singu.415. iuramentum est magnæ importantiæ; sufficit aliàs loco Euangeliorum scripturas tangere, secundum præcitatos Docto. licet cautela sit,& rationabilis, ut inquit Bal. & Saly.in d.auth. sacramenta puberum in loco contractus adesse librum Euangeliorum, uel aliquam scripturam de uerbo Euangelij tractantem super quo, uel qua iuretur,meritò standũ est inueteratæ consuetudini, de qua dicti Doct. passim attestantur,quòd quamlibet scripturam tangere sufficiat. Cõis opi. & cõ sue- tudo

OPINIO CXCIIII.

Ius patronatus de gratia patronis competere dicitur, ut per Docto.omnes communiter.in c.1. de præben. & in ca. quarto.de iudi.& in c.quoniam de iure patro.in quibus locis scriben.assignant rationem quare gratia hæc fuerit cõcessa,introductaq; contra iuris regulas,& concludunt hoc fuisse introductum fauore Ecclesiæ , ut cultus diuinus augeretur, & per consequens, ut inuitarentur Laici, aliæque personæ ad constructiones,fundationes,& denique ad dotationes Ecclesiarum , & communem istam sequuntur , & attestantur per dictam rationem omnes Moder. in d. cap. quoniam,& huiuscemodi sententiam communem ampliãt Moder. in c.non sine multa,de arbitris post Doct.communiter omnes.in c.ad hæc,de offi.ordi.seu vicarij. Cõis opi.

OPINIO CXCV.

Iuri patronatus laicorum non censetur, ac præsumitur Pontifex in dubio præiudicare, nisi illi expresse derogauerit, ut notat gl. in clemen. 2. de præben. quam sequitur Ab. in c. dilectus. de offi. deleg. ubi asseuerat cum dicta glo. omnes Doct. communiter sentire. in c. dilectus. de iure patro. & in c. quoniam, eod. tit. & communis ista probatur ex eo, quod uoluit Inno. in c. innotuit. de electio. q in dubio Papa nõ præsumitur uelle uti plenitudine potestatis, nisi hoc expresse constet, si quidem ipse magis se cauere debet ab iniustitia, quàm alius. argumento. c. ex ore. de priuileg. & hoc idem notat Alex. consi. 87. uolu. 1. & sic explorati iuris est constare debere de uoluntate Papæ, quòd uti uelit plenitudine potestatis, nam in dubio non præsumitur, sed potius censetur circunuentus, ut per Soci. consil. 260. col. 16. uol. 2. & in dubio quoque neque præsumitur Papam uti uoluisse clausula de plenitudine potestatis. secundum Pau. Castren. & Moder. in l. in testamento. C. de testam. milit. & consi. 317. col. 2. lib. 1. & Ias. consi. 1. col. pen. uol. 1.

Cõis opi.

OPINIO CXCVI.

Ius patronatus competens pluribus laicis, uel clericis, ut singulis ex constitutione, ac fundatione sui patrimonij hoc casu præsentatio facta à maiori parte comparatione minorum dicitur esse legitima, ut per Io. And. in c. 1. de iure patro. cuius sententiam scribit esse communem Abb. in c. cum omnes. de constitu. & in c. quoniam. de iure patro. ubi Moder. assignant exemplum istius communis opinionis, uidelicet, quando omnes patroni diuiserunt se in tres, uel plures partes, tunc electus consensu plurimorum præferendus est.

Cõis opi.

L

OPINIO CXCVII.

Legatum annuum factum Ecclesiæ per uerbum semper, & in perpetuum finitur curriculo, seu spacio cétum annorum à die relicti. secundum glo. nota. post Bart. in l. an usufructus. ff. de usufruct. & in l. si usufructus. ff. de usufru. lega.

Iaco.

Iac.de Raue.And.de Pis.& Nicola.de Neapo.in l.annua.ff. de annuis legat.Cardi.consi.66.Federi.de Senis consil.12. Anchara.in c.fin.de testa.Alex consi.60.in prin.uolu.1.ubi scribit istam esse magis communem opinioné, & ab ea in iudicando,& consulendo non esse recedendum,& Couarruuias.in tract. resolutionum iuris Ciuilis, & Pontificij.in c.9.nu.10.fol.855.lib.3.idemq; tenet, & concludit ipsemet Alex.in l.2.in prin.ff.sol.mat.& ibi Deci.& Claud.Aquen. nu.15.Ruinus consi.143.nu.11.uol.4.& ita in facti contingentia consuluit Alex.in d.consil.60. & hoc firmant Doct. ratione infinitatis euitandæ,ut latissimè, per Alex.ibi post princ. & sententiam istam tanquam ueriorem sequutus est Marcus Mantua in suis apophtheg.apophtheg.52.contrariam uerò partem, uidelicèt, q Legatum istud duret ultra cētum annos in infinitum, ut dicitur per secula seculorum expresse tenuit Rogerius relatus ab Accursio. i d.l.an usufructus,Abb.post alios ibi congestos per eum.in d.c.fin.de testa.Barba.consi.20.uol.4.Ange.Cuma.Soci.col.8.in l.3. §.fin.ff.ad legem falci.Corne.consi.22.nu.19. uol.3.Ias.in l.uideamus.§.deferre.col.2.ff.de in litem iurān. & in l.2.ff. solu.matr.ubi pariter Crotus,Pontanus Perusinus,Parpalea, & Ripa,& Albericus. in d.l.an usufructus ubi audacter asseuerat opinionem hanc se uidisse communiter seruari in practica,& pro ista opinione uidetur casus legis expressus, qui nō potest nisi cum magna cauillatione, & falsa interpretatione euitari.in l.annuam,& in l.annua.§.Titia.ff. de annuis lega. prout egregiè perpendit Ripa. circa princ. & Pontanus.col.3.in l.secunda.ff. solut. matrimo. & Soci. in l.tertia.§.fin. col.8.ff. ad legem falcid. & ita per istas leges, & aliàs quamplures rationes, & authoritates consuluit Frater Ioann. Maria Verratus Ferrariensis, in suo libello disputationum aduersus Luteranos. institu. de annuis legatis, & ita consuluit etiam efficacioribus fundamentis, & rationibus Riminaldus consil. inserto, & posito. in d.libello disputationum contra Luteranos,ubi quā optimè firmat opinionem istam, & respondet omnibus ferè contrarijs, & huic consil. Riminal. se subscripsit Bernardinus Burguntius Doctor eximius Parmensis plurimis, & optimis rationibus, & subscriptio hæc reperitur

Cōis opi.

Cōis pra.

tur post consi.Riminal.in loco supra citato. Et his accedit ꝙ quando est factum legatum alimentorum alicui Ecclesiæ præstādorum omnibus fratribus dictæ Ecclesiæ in die sancti Ambrosij, & nil aliud sit dictum, tunc alimenta ista non forent præstanda quolibet anno in illa die sancti Ambrosij, sed hæres liberatur præstando, & soluendo alimenta pro primo anno in dicta die sancti Ambrosij, ut per plura concludit Marcus Mantua, in suis apophtheg. apophtheg. 51.

OPINIO CXCVIII.

Legatum. Dominium rei legatæ tacitè non transfertur ipso iure in legatarium sine traditione, sicut transfertur dominium rei expresse legatæ. secundum Bar. in l. 1. col. fin. ff. de lega. 1. & in l. emptor. §. ancilla. ff. de rei uendi. quem sequuntur Bal. Ang. Floria. Pau. de Cast. Alex. & Ias. in l. seruum filij. §. fin. ff. de lega. 1. Deci. in l. traditionibus. col. fin. C. de pactis, Bertachinus in suo repertorio. in uer. dominiū transfertur. uersi. 9. & istorum opinionem asseuerant esse communem Soci. & Ias. in d. l. 1. sed contrariam partem, quòd imò dominium rei tacitè legatæ transeat ipso iure in legatarium absque traditione tenent Imo, Alex. & Aret. in d. l. 1. ad quorum fundamenta respondent Soci. & Ias. ibi, posset tamen interpretari, ac limitari ni fallor, quando res tacitè legata esset apud legatarium, tunc quippè transfertur dominium in eum, per tex. in §. interdum. instit. de rerum diuisio. & per id, quod scribit Bal. in l. 1. col. 5. C. communia de lega. ubi dicit, quòd quando testator legat rem hæredis transit dominium recta uia in legatarium, quando res erat apud eum.

Cōis opi.

OPINIO CXCIX.

Legitima non debetur filio uiuente patre, sed uidetur quasi debita. l. 1. §. si impuberi. ff. de collatio. bono. l. fin. & utrobique Bar. ff. de liber. agnoscen. & Bal. in l. lex Cornelia. ff. de uulga. & pupill. substi. in d. l. fin. in l. quanquam. C. ad legem falci. & consi. 257. nu. 1. & seq. uol. 3. Bar. in auth. si qua mulier, prope fin. C. de sacrosan. eccl. glo. & Doct. in l. cum à matre. C. de rei uend. & ista est communis opinio, ut per

Cōis opi.

ut per Moder. in c. Raynutius. de testa.& Marquardum.in tract.de Iudæis,& infidelibus.in 3.par.cap.6. nume.3. quæ quidem legitima debetur ipsi filio liberè, & absque aliquo grauamine.l quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.& legitima ista filij certè est quota bonorum,non autem hæreditatis.l.quoties,& ibi Bal.col.1.C.de hæredi.instit.& ista est communis opinio.teste Bocrio decisio.24.nu.12.& similiter debita de substantia, non autem de fructibus.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testa.ubi Doct. omnes cōmuniter concludunt in electione filij esse,secus in falcidia, & Trebellianica,ut per Bar.in l.in quartam.ff.ad legem falci. Sed an uelit bona, uel ęstimationem,uide Bar.declarātem.in l.Marcellus.§.res quę.ff.ad Trebel.& in l.suus quoque.ff.de hæred. institu. in prin.& legitima ista detrahitur de singulis corporibus rerum hæreditariarum saltim arbitrio boni uiri. secundum Gui.de Cu.Bald.& Pau.Castren. in d.§.repletionem,Bart.in d.l.suus quoque,in fin.principij, Bal. in l.iubemus.col.1.C. ad Trebel. & Couarruuias. in epito.in c.Rainaldus.§.2.nu.5.de testa. ubi post alios copiose relatos per eum perhibet istam communem opinionem fore, similiter nec posset filius super legitima hac pacisci,sicut nec super hæreditate patris,ut not.in l.fin.C.de pact.ad quod facit etiam, quia legitima est quota bonorū, nec dicuntur bona,nisi ære alieno deducto.l.subsignatum. §.bona.ff.de uerb.sig. uerum si condemnatus esset ex delicto filius pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ non tenetur.auth.si qua mulier,& ibi Bart. in fin.C.de sacrosan.eccle.tradit Abb.quoque.in c.2.col.3. de delicto puerorum,hocq; tenet etiā Spec.in tit. de executione sententiæ.nu.2.Bal.consi.257.per totum. uol.3.Doct.omnes. in l.in suis.ff.de libe.& posthu.Guil.de Cu.Bart. Alberi. & Bal.in l.si qua pœna.ff.de his,qui sunt sui,uel alie. iu.& opinionem istorum supponit esse communem Soci.iuni.consi.51.nu.5.lib.1.Petrus à Duennas.in suo tracta.de regulis utriusque iuris reg.356.nu.2.ampliat post alios ibi relatos per eum,& Ruinus consi.149.uol.3. limitatur,ac interpretatur præmissa conclusio in filijs, & filiabus Iudæorum, qui,uel quæ quidem filię alimenta,legitimam,dotes,& donationes propter nuptias petere possunt, & ad eas dan las

Cōis opi. Cōis opi. Cōis opi. Cōis opi.

parentes

parentes Iudęi,uel infideles in eorum uita astringi debent. §. generalem autem prouidentiam. in auth. ut cum de appellatio.cogno.& c.Iudæi.el ij.ubi Ioan.de Ana. & alij.de Iudæ. & hæc omnia latius refert, & comprobat Marquardus de Susannis.in tracta.de Iudæis, supra citato. in 3.par. cap.4. nu.1. & seq. imò omnia bona parentum Iudæorum, uel hæreticorum, infideliumq; tam ex testaméto, quàm ab intestato debent peruenire ad solos filios, & filias effectos Christianos, adeo quòd parentes ipsi contrarium dispone re non possunt.l.cognouimus,& auth.idem est C.de hęreti.& d.§.generalem. Limitatur secundo loco quando pater ingrederetur monasterium, quia tunc haberetur pro mortuo,& eius filij petere possunt legitimã,quæ aliàs ipsis non debebatur in uita patris secundum communem opi-

Cõis opi. nionem omnium Canonistarum.in c.in pręsentia.de probatio. quam allegant Moder. inibi, Francus Perusinus. in rub.de testa.& Corsettus sing.in uersi.legitima,licet Deci.

Cõis opi. in d.c.in præsentia.nu.262.attestetur de alia communi opinione contraria Legistarum,uidelicet, quòd in uita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur, quam sententiam firmauerunt glo.Bar.& cæteri.in authen.si qua mulier.C.de sacrosan. eccl. dixeruntq; magis communem Saly.& Ias.ibi,Fely nu.65.& Deci.nu.67.in d. c.in præsentia; sed sedata disputatione inhæreo primæ opinioni Canonistarum,quam amplectitur quoque, ait communẽ, obseruandamq; in utroque foro Couarru.in epito.in c.2.nu. 7.de testa.fol.paruo.257.& Vasquius.in tractat. de success. processu.tit.qui testari non pos.lib.1.§.1.nu.47.

OPINIO CC.

Legitima sufficiens ubicunq; inter uiuos relicta,seu assignata reperitur hoc casu filij,uel filiæ inspectis patris facultatibus non possunt agere ad supplementum propter lucrum,seu facultates postea auctas,quia tempus legitimæ solutæ,non autem mortis inspiciẽdum est, & sic exploratum habes, quòd postquam filius à patre legitimam congruam in uita ipsius accepit, si pater demum effectus fuerit locupletior,uel pauperior hoc non consideratur. secundum Iaco.But.in l.pactum quod dotali.C.de collatio.in vlt.q.quẽ

sequitur

sequitur ibi Bal:in 6.opposi.& in l.in successione.C. de re-uoc.ijs,quæ in frau.credi.in l.fi.C.de usuris rei iudi. col.3. In l.quamuis.circa fin.C.de fideicommi. in l.cum oportet. §.1.C.cõia de lega.Ang.Imo. & Ro. in l.stipulatio hoc modo cõcepta.ff.de uer.obli.idem Ang.in l.si proponas, Pau. castren.in d.auth. res quæ. col.2. Moder. in c.quamuis.de pact.Alex.cõsi.180.col.1. lib.5.Iaf.in l.si qñ.§.1.C.de inof. testa.& in hac opinione tanquam æquiori uidetur residere Grammati.decisio.57.nu.34.& seq.Boeri.decisio.62.num. 14.& Ruinus consi.56.nu.7.uol.3.quam quidem opinionẽ audacter asseruit esse communem Geor.Natta, in d.c.quã-uis.col.2. & Boeri. in d. decisio. 62. post alios ibi per eum relatos.In contrariam uerò sententiam inclinauit Bal. sibi ipsi contrarius.in c.cum M.Ferrariensis.col.4.de constitu. Lucas de penna.in l.2.circa fin.C.de præd. & omnibus rebus nauicu.lib.10.Iaf.etiam sibi parum,aut nihil constans. in d.auth.nouissima,&.in l.quod seruius.nu.12.ff.de condi. causa data,causa non secu. in quibus locis ait primam opinionem negatiuam communiter reprobari, per tex.in d.l. si quando.§.1.nisi quando interuenerit iuramentum, tunc enim nihil petere posset ratione iuramenti secũdum communem sententiam per d.c.quamuis,quam communem ultra Iaf.in d.l.seruius.nu.12.Barb.in allegato.c.cum M.nu. 160.& Ripa inibi.nu.38.expresse allegant,citant,& attestãtur,& opinionem istorum affirmatiuam sequitur etiã Rui. in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.70.ff.de liber. & posth. Soci. consil.100. col.4. ubi refert ita in ciuitate Florentiæ fuisse iudicatum,& pronunciatum, & Bal.Nouel.in tracta. de dote.in 6.par.in 15.speciali.post med. ubi recitat ita cõsuluisse in patria mea, & ita iudicaui de psenti anno 1567. in quadam causa uertenti in opido pretorij olim commitatus Aquilæ,auditis super hac q. clarissimis quidem iurecõsultis Hispanis,& Aquilanis,retenta tamen ista secunda opinione,quæ uidetur magis communis,ut supra docuimus eam limita in duobus casibus non procedere,quos ponit Ripa.in d. c cum M.nu.38.& concordat,citat, & diffusè declarat Couarruuias.in cap.Rainutius.§.1.de testa.numero octauo,

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCI.

Legitima. Pater prius condito testamento filio impuberi non pôt in codicillis directam pupillarem substitutionem facere, Sed per fideicommissum substituere potest.l.hæreditatem. C.de cod. & isto casu poterunt hæredes eius legitimam deducere.l.ex tribus.C.de inoffic.testa.limitatur,ac interpretatur hoc eleganter non habere locum quando per testatorem non filius, sed eius successores rogentur hæreditatem restituere, tunc quippè fideicommissarius ab hæredibus pupilli legitimam deducere nequit tex.est. in l.si fundum.§.fin.ff.de lega.1.& ibi latè Ias. post Bart. & per Bald. consi.39.testator relinquit.lib.1.Pau.Castren.consi.187.in casu præsenti.col.fin.& per Corne. consi.138. nulli dubiũ. lib.4.& consi.158.uiso suprascripto.col.pen.uol.3.& Au-
Cõis opi. gust.Beroum.in c.Rainutius.nu.244.de testa. & ista est cõmunis opinio,ut per Ias.in d.l.ex tribus,& ratio huiusmodi communis uidetur isthæc, quia legitima non debetur eis,qui ab intestato succedere non possunt. secundum Bal. consi.329.circa primum dubium.lib.3.& consil.49.Statuto cauetur,quòd mater. uolu.5.cuius opinionem audacter
Cõis opi. asseuerat esse communem Crauet.cõsi.2.nu.13. ampliatur præmissa communis ita firmata, non solum procedere in casu claro, uerum in casu dubio etiam, unde audacter, & explicitè dic quòd in re dubia intelligitur fideicommissum iniunctum non filio,sed eius hæredi.argumento.l.quoties. ff.de rebus dub. & per Pau.Castren.& Ias. in d.l. ex tribus, & Alex.consi.67.consideratis.col.2.& seq.lib 3.& Ias.in l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulga.& pup.subst. & consi.99.
Cõis opi. dominus.uol.2.ubi scribit, affirmatq; istam esse communẽ opinionem,contra Bar.contrarium concludentem.in d.§. cum filiæ,& de communi prædicta facit mentionem etiam Augūst.Berous. in d.c.Rainutius.num.244.circa medium, ubi ait istam esse ueriorem, & magis communem sententiam.

OPINIO CCII.

Legitimæ renuncians mater non propterea ius petendi eam nepotibus aufertur, & per consequens non obstante

matris

matris renunciatione nepos ex filia præmortua dotata ex propria persona sua in bonis sui aui materni legitimam petere potest. secundum Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collatio. & in l. fin. col. 4. C. de pact. & idem uoluit Imo. in l. qui superstitis. col. 3. ff. de acqui. hæredi. qui hoc pacto limitat, & restringit dictum Bar. ibi, quando in uita patris filia moreretur, sequitur etiam Arc. & Pau. Castren. ibidem, & istorum sententiam refert esse communem Ripa in suis singularibus responsis. in tit. de legibus, & longa consuetudine, cap. 6. nu. 3. & Grammati. decisio. 57. nu. 39. Cõis opi.

OPINIO CCIII.

Ius petendi, uel agendi ad supplementum legitimæ non præscribitur minori triginta annorum curriculo. secundũ Doct. omnes communiter. in l. si quis filium. ff. de inoffi. testa. licet Barto. consi. 14. tenuerit contrariam opinionem, quam omnes Doct. uarijs in locis magis communiter damnarũt, ut refert, attestaturq; post alios ibi relatos per eum Boeri. decisio. 250. num. 1. & seq. Ioan. Baptista Castello. in add. ad Francis. Cremen. in singu. 128. antiqua est quæstio, Ripa. in l. fin. nu. 235. C. de reuocan. donatio. & Grammati. decisio. 103. nu. 46. & sequitur quoq; cum alijs signatis per eum, & communem esse docet Ioan. Bapt. Boni. in tract. de statut. urb. præscr. tit. cont. omnes cred. gl. 19. nu. 57. Legitima. Cõis opi.

OPINIO CCIIII.

Legitimas duas, seu duas quartas potest detrahere filius grauatus de restituendo, idest ultra Trebellianicam potest detrahere legitimam secundum communem opinionem Docto. in c. Rainutius. de testa. in l. in quartam. ff. ad legem falci. & in l. filium quem habentem. C. fami. ercis. quam declarant, & citant Crot. in repet. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 22. ff. de uer. oblig. Deci. consi. 203. nu. 3. Crauet. consi. 110. num. 1. & Curti. iuni. consi. 106. num. 1. & hoc procedit quando utriusque quartæ detractio eodem tempore non concurreret. d. c. Rainutius, & c. Rainaldus. eod. titu. Doct. omnes communiter. in l. quanquam. C. ad l. falci. Bal. consi. 488. factum super quo. lib. 1. Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. Fulgosi. consi. 26. stante statuto cum Cõis opi. Cõis opi.

allegatis,& congestis per Alex.consi.43.attenta. in fin.lib. 2.& in l.in ratione.§.quod uulgo.ff.ad legem falci.& Affli. decisio. 367. nu.4. interpretatur etiam ista conclusio non habere locum quando testator mandaret, seu iuberet totã hæreditatem restitui, quia hoc casu filius grauatus detrahit solummodo legitimam, secundum allegatos Docto. & istam scribit esse communem opinionem Bertran. in l.hac edictali.§.si tamẽ.C de secun.nup.nu.10. Sed ipse Bertran. loco de quo supra dicit, quòd filius priuatus hoc casu debet computare Trebellianicam in legitimam, & ita declarat dictam limitationem communem.

Cõis opi.

OPINIO CCV.

Legitimę nullum grauamen, aut onus, uel conditio perpetua potest imponi. l. quoniam nouella, & l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.hinc est, quòd testator non potest disponere in testamento suos filios staré, seu uiuere in communione perpetua, ut sentiunt Pau.castren. & Ias.in l. si non sortem.§.si centum.ff.de condi.indebi.& ita consuluit Alex.consi.475.col.3.uol.3.consi.29.col. antepe. uol. 5.& consi.48.col.penul.& fin.uolu.6.& ita etiam consuluit Boe.consi.13.hoc idem tenet.& sequitur Ant.Rubeus consi.27.nu.3.& Ripa.in l.nemo potest.nu.20.ff.de leg.1. & ad hoc corroborandum Docto. allegant tex.celebrem.in l.in hoc iudicium.§.si conuenerit.ff. communi diuidun. ubi dicitur expresse testatorem posse prohibere ad tempus, sed non in perpetuum, quamuis Alex. sibi contrarius, & malè. in d.§.si centum.uelit contrariũ; & hoc quòd testator possit prohibere inter filios infra determinatum, & certum tempus diuisionem fieri.secundum Pau.de ca. in d.§.si centum, post Bar.in l.quintus.ff.de annu.leg. & Bal.in l.si quis ita.ff.de condi.insti.debet intelligi cum grano salis, ut latè declarat Grammati.decisio.7.ampliatur præmissa intantũ procedere, quòd nec quis cogitur stare in cõmunione perpetua etiam si iurasset stare in dicta communione, ut latè per Doct.in d.§.si centum, Ripa.in d.l.nemo potest.nu.20. & Marsil.sing.20.& ita in terminis consuluit Rubeus cons. 89.nu.8.& seq. limitatur, ac declaratur conclusio ista non procedere, quando pater prohiberet alienationem dictæ legitimæ

legitimæ usque ad certum tempus ueluti. 30. annorum, cũ talis prohibitio contineat fauorem liberorum, ideo ualet, & tenet. secundum Bar. & Doct. in l. cum ex filio. ff. de uulga. & pupi. substitu. Ias. in l. filius matrem, per illum tex. C. de inoffi. testa. Alex. in l. multi non note. ff. de lib. & posth. Thoma. Ferra. caute. 35. Crotum. in l. filiusfami. §. diui. col. 5. ff. de leg. 1. & Ias. ibi. circa fin. asserit ab hac opinione neminem discrepare, licèt Bal. in l. pater. in 3. nota. C. institu. & substit. teneat contrarium, & Francis. de Aret. consi. 19. col. 2. Sed tamen pro prima opinione consuluit Pau. de Cast. consi. 77. uol. antiquo, & in d. §. si centum, quem sequitur inibi Alex. col. 2. & idem tenet Pau. castrẽ. in d. §. diui, & istam Pau. & aliorum sententiam fatetur esse cõmunem Boeri. decisio. 87. nu. 5. nec enim iudicatur onerosa prohibitio alienationis legitimæ ad tẽpus facta, ideoq; non reijcitur. l. filius matre. C. de inoffi. testa. & conclusio ista, seu limitatio uidetur communis. teste Boeri. in d. decisio. 87. & constat quoque hanc esse communem, sententiam ex congestis, per Deci. consil. 442. & Bellameram consil. 28. Sed ubicunque simpliciter testator prohiberet alienationem, tunc statim bona possent alienari usque ad integram legitimam, & per consequens nihil operatur, quantum ad legitimam simplex prohibitio alienationis, ut per Ias. eleganter consi. 161. reuocatur. lib. 2. Cõis opi.

OPINIO CCVI.

Legitima matri per substitutionem pupillarem exclusæ non debetur, nec ei aliquo modo assignanda est in hoc casu. c. si pater. de testa. lib. 6. & ista uidetur uerior, & magis communis opinio. secundum Alex. consi. 12. attestatis uerbis. col. 4. uolu. 3. consil. 17. ponderatis his. col. 3. eod. uolu. consi. 51. in casu præsenti. uolu. 7. & in l. centurio. fol. 6. ubi omnes Doct. ff. de uulga. & pupil. substit. & Corne. consil. 93. licèt posset. lib. 3. Deci. uerò consil. 371. in causa. circa fin. asseuerat communem opinionem omnium Docto. esse, quòd omni tempore dicta substitutio sit fideicõmissaria, & casu quo, aduerte, isthec substitutio reperiretur facta simpliciter ab'q; tẽporis distinctione semper fideicõmissariam Cõis opi.

riam arbitratur Bal.consi.355.dicta substitutio. uolu.4. & consi.175.præmissis.lib.5. & Alex. latè consi.38.uiso themate.lib.1.& consi.66.uiso testamento.lib.2.imò ipse Dec. ueritatis author consil. 128. col. 2. in casu proposito dicit non posse discerni quę sit communis opinio,ideo ipse suadet inibi, quòd de æquitate propter conflictum istum opinionum posset,& deberet matri dicta legitima assignari,& in hac opinione residet etiam ipsemet Deci. consi.643.uiso eleganti,& in effectu dicta substitutio facta per uerba cõmunia omni tempore matre existente in medio erit fideicommissaria,ut latè per Deci.in d.consi.371.& omnes Legistæ communiter.in d.l.Centurio, & in l. precibus.C. de impube. & alijs substi. & Canonis. in c.Rainutius.de testa. & opinionem istam ultra prædictos scriben. ait esse magis communem Afflict.decisio.367. ubi refert,& dicit magnũ uerbum, quòd ita in facti contingentia fuit in sacro Concilio iudicatum, ideo opinionem istam tanquam ueriorem, magis æquam, magisq; communem mihi sequendam fore constitui,& non ab re,quia decisiones sacri Concilij Neapolitani, quæ proferuntur sub nomine Regis succedunt in casibus dubijs loco Imperialis interpretationis, de qua. in l.fin.C.de legi.ut per Afflict.decisio.166.col.fin.

M

OPINIO CCVII.

Mandatum ad compromittendum, emendum,uendendum, & similia præsumitur etiam post spacium decursum mille annorum; unde ex defectu huiusmodi mandati usq; ad mille annos non potest dici sententia nulla si de mandato non constet, quia præsumitur ex maxima diuturnitate temporis interuenisse,ut uoluit Bal.consi.327.uol.1.quem sequitur Pau.Castren.consil.84.uisa facti narratione. circa fin.uol.1. Deci.consi.281.nume.17.consi.409.& consi.36. col.3.Iasin l.sciendum.col.8.ff.de uerb. oblig. & in l.1.C. qui admitti,Curti.seni.consi.77.Boeri.decisio.281.nu.17. Riminal.in d.l.1.nu.28.Zuccardus,& Bolognettus ibi. nu. 58.ubi scribit istam esse communem opinionem,Sebastia. Vanti.in tract.de nullitatibus.in rub.quibus modis sententiæ

Cõis opi.

tiæ nullæ defen.num.28.fol.paruo.465.Balbus.in tract. de præscriptio.& Soci.iuni.consi.139.nu.10.uol.3.ubi ait hodie fortasse hanc sententiam esse communem, & ita in facti contingentia consuluit, seu determinauit Rota Romana. teste Cassadoro,decisio.3.per totam. in titu.de procuratoribus. In contrariam uero partem,uidelicet,ꝗ mandatum,de quo non constat non præsumatur, nisi per partem aduersam probetur inclinauit idem Bal. titubanter, & sibi contrarius in l.1.C.de rebus alienis non alienan. & in l.2. C.si ex falso instrumen.post princ.& in l.qui fundum.ff.de usucapio.quem sequitur Saly.in d.l.1.C. de re alie.nō alie. Alexan.in d.l.sciendum.col.4.in l.qui in aliena.col.2.ff.de acquir.hæred.in consi.1.col.pen.uol.4.& consi.191.col.2. uol.6.Veronen.consi.26.col.6.Decisio. Neapolita.in decisio.345.col.3.& in decisio.348.col.4.Fely.in c.sicut.de re iudi.Ias.sibi contrarius consi.140.col.2.uol.4. Deci.consi. 215.col.2.Bertachi.in prima par.sui repertorij.in uer.diu. uer.antepen.Curti.seni.consi.49.col.5.& 18.Curti. iuni.in tract.feudorum.q.1.col.2.Marsil.singu.325. Albertus Bru. consi.95.nu.3.Iaco.Leonardus consi.96.nu.15.& seq. posito inter consi.feudalia Alberti Bruni, Laurentius Siluanus consi.35.nu.51. Grammati.decisio.303.nu.83.ubi attestatur istam esse communem opinionem, & Soci. nepos consi.56.nu.5.uol.1.& Io.Cephalus consil.65.nu.16.uol.1. ubi fatetur magis communem fore. sed in isto opinionum conflictu, & tam ambiguis iuris nostri interpretum sententijs mihi profectò sequendam fore constitui primam partem affirmatiuam tanquam magis æquam, & communem, ex quo ei inhæret Rota Romana,quæ uidetur irrefragabilis authoritatis,& opinio hæc ita retenta ampliatur primo loco habere locum in mandato etiam de custodiendo, qđ ex antiquitate temporis præsumitur, seu ex diuturnitate custodiæ præcedentis. secundum Bar. & Alex.in l.si uxor. §.si quis uxorem.ff. de adulter.Afflict.in præcitata decisio. 345.col.5.Bertachi.in 2.par.sui repertorij.in uer.mandatum qualiter.uers.7. Ampliatur secundo,quòd non solum præsumitur mādatum ex antiquitate temporis,uerum etiā ratificatio ipsius mandati,& per Bertachi. in d. reperto. in 1.par. in uersi.diu. uer.3.Soci.consi.46.col.2.uolu.3.Deci.

Cōis opi.

consil.299. col. 2. Gozadi. consil. 11. post alios ibi per eum congestos, & Soci. nepos consi. supra citato. 139. nu. 14. uol. 3. quod intelligit, & moderatur Ias. consi. 140. col. 3. uol. 4. procedere quando ageretur de modico præiudicio, secus si de magno, tunc enim præsumitur ratificatio ex antiquitate temporis, nisi concurrat alia præsumptio. Tertiò ampliatur etiam, ut procedat quando appareret productionem mandati esse factam, uel cessante productione litem cum aliquo tanquam procuratore fuisse contestatam, hoc enim casu pro mandato præsumeretur. secundum Imo. in d. l. sciendum. col. 5. quem refert, sequiturq; Gozadi. consi. 96. col. fin. Quartò ampliatur etiam habere locum in soluente pensionem nomine alieno, ad quam uerisimiliter quis non accederet sine mandato, cũ uerisimile haudquaquam sit, quòd procurator uelit iactare suum, secundum Rotam Roma. decisio. 23. in antiquis, quam sequitur Soci. seni. consi. 46. col. 2. lib. 3. Deci. consi. 36. col. 5. & consi. 42. col. pen. & in l. 1. col. 4. C. qui admitti, Gozadi. d. consil. 11. col. 4. Curti. seni. d. consi. 77. col. 4. & Soci. iuni. consil. 139. uol. 3. nume. 10. & seq. Quintò, & ultimo loco ampliatur, quando in sententia, aut alio instrumento antiquo fieret mentio de ipso mandato, quia tunc uidetur probari propter antiquitatem temporis, & per consequens eo casu antiquitas fidem, & authoritatem dat instrumento enuncianti mandatum. aliàs secus. secundum Deci. consil. 36. col. 5. quem sequitur Gozadi. d. consi. 11. col. 4. & Purpuratus. in auth. si quis in aliquo documento. in fin. C. de eden. & Cagnolus. in l. uelle non creditur. nu. 20. ff. de reg. iuris.

OPINIO CCVIII.

Man datũ. Exceptio quotiescunque esset superflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur, tũc & eo casu ne reddatur inutilis, & superflua, censetur regulam istam ampliare secundum exceptionis qualitatem. secundum Deci. in l. 1. num. 31. ff. de reg. iuris, & ista est communis opinio. teste Cagnolo ibi. num. 30. & 33. & exemplum pro intelligenda ista communi posset allegari hoc, uerbi gratia si constituo procuratorem generaliter ad omnia non ueniunt quæ mãdatum speciale requirunt. c. qui ad agendum cum ibi not.

Cõis opi.

per

per glo.& Doct.de procurat.in 6. si uerò facerem procuratorem generaliter ad omnia, nisi quòd iuramentum non possit præstari, & sic excipio unum casum, in quo speciale mandatum requiritur, illa exceptio, ne sit superflua declarat, ampliatq; mandatum, & regulam, ut omnia alia includantur in mandato, in quibus etiam mandatum speciale requiritur. secundum Domini. Geminia. post Lapum. in d. c. qui ad agendum. §.1. Alex. Claud. Aquen. & Ias. in l. fin. ff. quod quisque iu. idem Ias. in l. nummis. col. 3. ff. de in litem iuran. Cassan. consi. 3. stat statutum. nu. 7. Deci. in c. consultationibus. circa fin. de offi. deleg. & istam scribit esse communem opinionem Cagnolus. in d. l. 1. nu. 30. & 33. & Euerardus in sua centuria. in argumento. 3. ubi locus ab exceptione. Cōis opi.

OPINIO CCIX.

Maritus minor uigintiquinque annis recipiens uxoris suæ dotem eius bona tacitè censentur obligata ipsi uxori. secundem Bal. Ang. Roma. Alex. & alios cōiter. in l. si constante. in prin. ff. solut. matri. Pau. castren. & Alex. in l. item quia. ff. de pac. Bal. in l. fin. C. de legit. tut. & istam affirmat, faturq; expresse esse communem opinionem, cōtra Bart. oppositum asseuerantem. in d. l. si constante Negusantius de Fano. in tract. de pignori. & hypothecis. in 2. par. 4. membri. nu. 73. & Grammati. decisio. 103. nu. 17. & opinionem istam communem ampliatur intantum procedere, q bona mariti, non solum præsumitur tacitè hypothecata pro dote, uerum etiam pro alimentis uxori suæ præstandis, quæ quidem petuntur officio iudicis mercenario, ut per Bar. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solu. matr. cum quo sentiunt omnes Doct. magis communiter. teste Negusantio in memorato tracta. de pignori. & hypothecis. in 2. par. princ. 4. membri. nu. 55. Cōis opi. Cōis opi.

OPINIO CCX.

Maritus cui fuit dos promissa, & postea data, & soluta præsumitur obligatus ad dotis restitutionē à die promissionis, & ab illo die cōstituta censetur tacita hypotheca. secundum Doct. oēs magis cōiter. in l. assiduis. C. qui pot. pigno. haben. Cōis opi.

haben.Soci.ſeni.conſi.263. pro inueſtigatione. in 3.q.uol. 2.& Neguſantius.in tract.de pignori.& hypothe. in 2. par. prin.4.membri.nu.14.in quibus locis ſequuntur,& faciunt mentionem Doct. de iſta cõmuni. Sed contrarium,& ma lè tenuit.in d.l.aſſiduis,quam ſequitur ibi Bald.& Specu.in titu.de ſolut.§.ante omnia.circa fin.uerſ. ſed pone contraxi, tamen quicquid ſuadeant iſti illuſtres Doct. ob hoc fatuum puto à dicta communi diſcedere in iudicando, & cõſulendo.quam ab omnibus morſibus,& contrarijs tuentur eam ſequendo Moder.in d.l.aſſiduis,& Doct. uarijs in locis iuris noſtri.

OPINIO CCXI.

Mater diues propter inopiam patris tenetur dotare filiam pauperem.ſecundum Bar. quem omnes communiter ſequuntur. in l.neque mater.C.de iure dotium,& in auth. res quæ.C.communia de lega.& ibi Iaſ.col.4. Bal.in l.mater.C.de iure do.Ang.in l.filia.in prin.ff.ad Trebel,& Roma.in l.1.ff.ſolu.matri. & opinionem iſtam ſequitur pariter,& communem fatetur Coraſius.in repet.l.qui liberos. in 2.lectu.nu.112. imò mater hoc caſu poteſt in dotem dare filiæ pauperi bona à lege prohibita alienari in ultima uoluntate ſecundum omnium Docto.communem ſententiam,quam commendat, celebrat, & citat Soci. conſil.75. col.2.uol.1.& Boeri.deciſio.129.nu.4. & ſeq. & opinio iſta interpretatur,per Alex.cõſ.56.uol.1. non procedere,quãdo teſtator expreſſe prohibuiſſet alienari in cauſam dotis dicta bona.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCXII.

Matrimonium contrahentes ſcienter in gradu prohibito bona ipſorum ipſo iure debēt publicari tex. eſt in auth. inceſtas.C.de inceſtis nuptijs,& in §.1.in authẽ. de inceſtis nup.& in c.cum ſecundũ.de hæreti.lib.6.& ita notat Boer. deciſio.264.num.13.& Couarruuias.in 4.lib. decreta.in 2. par.c.6.§.8.num.5.& confiſcatio ipſa fit ipſo iure etiam in 250.caſibus,quos nouiſſimè poſuit,& recenſuit Ludouicus Creſſoles. in tracta. in quibus caſibus iure Ciuili omnium bonorum,uel partis publicatio fit indicta à fol.3. uſque ad

fol.

fol.fin.ubi per.90.paginas ponit supracitatos casus,& præmissa ampliantur,ut matrimonium hoc non possit contrahi cum consanguinea, uel prohibita etiam sub ista conditione,uidelicet si Pontifex dispensauerit. secundum Inno. Cardi.& Abb.in c.super eo,de condi.appo.Calderi.consi. 1.in titu.de sponsali.& istorum sententiam sequitur etiam Areti. consil.143.col.4. & in l.apud Iulianum. §. constat. col.3.de legi.quam ait ibi esse communem. In contrarium uerò partem inclinauit Anto.de But.in d.c.super eo,cuius opinio de consuetudine seruatur; ut refert, attestaturque Boer.in d.decisio.264.num.27. & de ista ultima opinione, uide Anchara.in c.ex publico, de conuer.coniu. Ampliatur secundò regula præmissa, ut habeat locum non solum si nuptias contrahant, sed etiam si accessum habuerint ad consanguineas, uel moniales, uel alias prohibitas personas,ut in clemen.1.de consangui. & affinita. & ultra amissionem bonorum sunt ipso iure excommunicati, ut tenet Iacobus de Simancas. in lib. suo institutionum catholicarum,cap.40.nu.5. & regula ista ita explicita interpretatur primum non habere locum in sponsalibus,quia requiritur necessario, quòd matrimonium sit carnali copula consumatum,ut in c.& si necesse,de donatio.inter uirum,& uxo. quem tex. ita intelligunt ibi Anto.Abb.Præposi.& omnes communiter,Baldus Nouellus.in tracta.de dote.in 11.par. nu.3.& 7.& Couarruuias.in memorato.§.8.nu.20. limitatur secundò quando maritus,siue mulier ignoranter commiserunt incestum,uel contraxerunt matrimonium illicitum.secundum glo.in clemen.1.de consangui.& affini. ubi expresse tenet, & probat, quòd ille, qui in casu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit non incidit in pœnam illius clemen.uidelicet in pœnam incestus, adulterij, illicitive coitus, & deniq; matrimonium hoc excusat etiã à processu criminali,quam glo.sequitur Fely. in c. examinata.nu.7.de iudi.& Couarruuias.in d.§.8.num.19. & hoc procedit,& uidetur uerum dummodo statim, quòd sciuerunt matrimonium non sustinere, & ualere abstineant à coitu tex.est.in l.adulterium cum incestu.§. idem Imperatores.& ibi Bar.col.3.& Ang.ff. de adulter. & Ioan.Bapti. Plotius.in repeti.l.si quando.nume.289.C.und e ui,& Pau. Gri-

Cõis opi.

Cõis consuetudo

Cõis opi.

Grilandus.in tracta.de pœnis omnifariám coitus illiciti.q. 5.nu.3.& hic disquirendum est congruenter utrum matrimonium hoc putatiuum data ignorantia in altero ex contrahentibus ita prolem legitimet, sicut uerum, & per cõsequens filij nati ex huiusmodi matrimonio sint legitimi.gl. in l.qui contra.C. de incestis nup. determinauit, quòd nõ, quam sequitur Bal.nu.2.in 2.lectu.Cyn. nu.8.Saly.num.5. Bar.in l.fin.num.4.ff.de condi.sine causa,& ibi Ias. col.fin. Alex.in add.ad Bar.in l.si adulterium.in add.super nu.2.ff. de adulter. Marsil.in l. pen. nu.36.ff.de quæstio.& hoc per rationem relatam, per Cassadorum.in decisio.unica.nu.1. in tit.de sponsalibus,& matrimonijs. Cõtrariam uerò sententiam, quòd imò si unus eorum duntaxat impedimẽtum ignorauit filij isti sint legitimi quoad utrunque parentum tenet glo.in c.referente.in uer.ignorantiam qui filij sint legiti.in c.cũ inhibitio.§.1,in uer.si ambo. de clãdesti.de spõsa.& in c.in ciuitate. 34.q.1. & hoc dictum sequitur Iacob. de Arena. in d.l.qui contra.nu.3.& Bal.ibi.nu.4. in 1.lect. sibimet parum constans, hoc etiam tenet ibi Alberi. nu.2. Bar.etiam sibi ipsi contrarius.in authen.de incestis nup. in prin.coll.2.Abb.in c.2.qui filij sint legiti.Anch. in c.1.col. 2.de consti.& consi.185.Præposi.in d.c.cum inhibitio.nu. 7.Plotus. in d.l.si quando.nu.289.& Cassadorus.in d.deci sio.unica.nu.1.& seq.ubi ait istam esse communem opinionem,& ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotæ determinasse; Sed in ista ambiguitate,& tam dubia materia distinctionem traditam nouissimè per Pet. à Duennas. in suis regulis in reg. contrahẽtes matrimonium.nu.2.circa fin.sequendam mihi fore decreui, quæ quippè semper mihi placuit, & uidetur ueritati, & æquitati consona, eamq; breuitati studendo aliter non recenseo, Sed uidendam totis uiribus suadeo, occurrit etiã præmissis, quòd mulier ista ignoranter contrahendo matrimonium, idest ignorando in casu isto ius, uel factũ absq; dubio potest repetere dotem, ut in l.si cum dotem.§.fin.ff. sol.matr.& hoc tenet,& sequitur Bar.in l.si adulterium cũ incestu.nu.11.ff.de adulter.& in l.fin.nu.4.ff. de condi. sine causa,& Ias.in add.ad Portium.in §.fin.nu.16.instit.de nuptijs,& matrimonium hoc putatiuum bona fide contractũ

Cõis opi.

habet

habet omnia priuilegia ueri matrimonij. d. l. si cum doté. §.fin.& ibi not. Docto.Barto. in l.si concubinam.ff. rerum amo.& in l.de iure.§.fi.ff.ad muni. & hoc intelligitur procedere ex parte uxoris, nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, ut habetur per Alex.in d.l.si cum dotem.§.fin.col.1. post alios per eum relatos,& ratio est, quia non est idem fauor in marito putatiuo, qui est in uxore, quia ratio quare fauetur uxori putatiuæ in dote est, ut deinceps possit facilius nubere.l.2.§. fin.ff.de priuileg. credi. & ita tenet Alex. in d.l.si cum dotem.§.fin.quæ ratio cessat in marito.

OPINIO CCXIII.

Metus,& dolus nullo pacto præsumuntur, nisi probetur tex.est in l.interpositas.C.de transact.ubi Bal.Areti.& alij Docto. & hinc est,ꝙ metus reuerentialis non est sufficiens ad rescindendum contractum ex eo, quia dicatur innitus inter uirum & uxorem,patrem,& filiam, prælatum,& clericum,uel dominum,seruum,seu alios,quibus debetur reuerentia,nisi præcedant uerbera, nel minæ, & ita probentur. secundum Bar.in l.1.§.quæ honorandæ, ubi etiam Bologni.Alex.& alij.in apostí.ad Bar.ff.quar.rer.act. Ripa.in 3.lib.respon.sub rub.de dona. & gra. per fi. reuocan.in respon.15.nu.8.Inno.Bal.Cardi.Zaba.Abb.Sicu.Ancha.Fely.& alij omnes scriben.in c.causam matrimonij. de offic. deleg.& ista est communis opinio. teste Francisco de Accoltis Aret.in d.l.interpositas, Boer. decisio.100. nu.11.& seq.& Doct.præcitatis;& similiter sola præsentia patris nõ causat iustum metum ad rescindendum contractum, uel matrimonium carnale,uel spirituale filiæ secundum communem opinionem omnium Doct.in locis allegatis,quam sequitur,& refert Cagnolus. in l.in omnibus causis pro facto.nu.8.ff.de reg.iur. Sed ubicunque esset probatus metus istę ex quo Titius amisit bona sua stari debet iuramento Titij de quantitate, & extimatione bonorum contra illum,qui intulit metum.secundum Abb.Panor.& alios scriben.in cap.fin.quod metus causa,& Boeri. decisio. 55. columu. 1.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCXIIII.

Minor non poteſt pro debito carcerari. ſecundum Bal. in l.1.nu.24.C.qui bonis cede.poſſ. quem ſequitur Iacobi. de ſancto Geor.in l.nec impuberes,nu.3.ff. de in ius uocã. Caſſane.in conſuetu. Bur.in titu. des rentes.rub.5.§.2.nu. 14.pro qua eſt glo.in l.3.§.ſed utrum.ff.de minor. & ita tenet Ange. in repeti.l.nemo carcerem.C.de extract.tribut. lib.10.& Roma.conſi.120.nu.4.contra uero gl.prædictam expreſſe tenet Bar.in tract. de carceribus.nu.6. ubi dicit, quod iſta gl.communiter reprobatur,idem Bart.in l.ſi filio. la ij. ff.ſolu.matri.Doct.in l.filius.ff.de procurato.Bal.poſt Cy. in l.alio.C.quòd cum eo,Marſi.in ſua practi,cri.in §.attingam. nu.69. & ita communiter teneri firmat Caccialupus. in tract. de debitore ſuſpecto,& fugitiuo.q.5.nu.8. ubi dicit memoratam gloſ. habere locum,& poſſe ſaluari quandocunque minor eſſet filiusfamilias, nam tunc non poteſt pro debito carcerari,quem ſequitur Pariſius ſuper hac diſtinct.conſi.94.nu.41.uol.1.

Cõis opi.

OPINIO CCXV.

Minor petens ſe reſtitui contra, & aduerſus aliquem actum iudicialem, uel extraiudicialem tenetur neceſſario probare ſe minorem, læſumq; ad cauſam, quam quippè ſi defendiſſet foueret bonam cauſam. ſecundum Bar.in l.nã, & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur. quem ſequitur Pau. Caſtren.conſi.181.uol.2.Capel.Tholoſa.in q.54. & 99.Corne.conſi.181.uol.2.& omnes ſcriben.communiter. in d.§. ſi minor.de qua communi faciunt mentionem omnes ferè Doct.inibi,& Boeri.deciſio.79.nu.6.& ratio huiuſcemodi cõmunis uidetur iſta,quia quilibet tenetur probare, quod eſt fundamentum ſuę intentionis,ut per Parpal.in l.ſi quis maior.in 1.nota.C.de tranſact.& Corſetum.in ſing.in uerſi.qualitas.& Fely.in c.examinata.de iudi. Iaſ. & Deci.in l. qui ſe patris.col.1.C.unde liberi,& clarius. in l.ſi emancipati.col.2.C.de collatio.& Fely.in c.in præſentia. de probatio.in glo.in uer.ſecundæ.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCXVI.

Monetam falſam Imperatoris efficiens, aut cudens igni comburendus eſt.l. 2. C. de falſa moneta, ſecundum iſtius text. communem interpretationem,quam ibi tradiderunt glo.Cyn.& omnes,Bonifacius in tractat. maleficiorum. in rub.de pœna falſantis monetam, & Iacob.Nouellus.in ſua practi.in rub.contra monetarios.nu.2. & omnia eius bona publicantur;Sed ſi quis crimen hoc commiſerit circa monetam Principis inferioris, qui non ſit Imperator puniendus erit pœna capitali.l. 1.C.de falſa moneta,& not.omnes Doct.communiter.in d.l.2.& glo.ſcribentesq́;. in c.quanto. de iureiur. nec quicquam refert in punitione iſtius criminis,quòd ſit moneta aurea,ærea,uel argentea . ſecũdum Saly.in memorata.l.2.& Afflict.in conſtitu.Neapolita.lib. 3.titu.40. col.2. hæc tamen pœna capitalis,de qua.in d.l.2. nota,ſeu digna deportationis eſt,gl.in l.fin.C.de ueter.numiſma.poteſta.lib. 11.notat Saly.in d.l.2.Alex. conſi.104. col.2.lib.1. poſt.Bal. in d.l.2.& Marſil.in l.qui falſam monetam.num.52.ff.ad leg.Cor.de fal. & iſta uidetur uerior, communiorq́; opinio Doct. conſtitutione uerò Neapolitana. incip. adulterinam monetam. adulterans monetam Principis punitur pœna capitis,& publicatione bonorum, cæterum ſi ſtaret ſtatutum puniens falſificantem monetam, non procederet in falſificante monetam reprobatam in loco ſtatuentium,quoniam ſtatutum loquens de moneta procedit in moneta uſuali, currentiq́; in loco ſtatuti, ut uoluit Alex.in l.eleganter.§ qui reprobos.ff. de pig.actio. & in d.conſi.104. alia uerò quamplura ſpecialia in crimine hoc plenè deducit Bonifacius. in d. rub. de pœna falſantis monetam.nu.1.cum alijs ſequen.& Nouellus loco, de quo ſupra.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCXVII.

Monetam radens,uel minuens ſi liber eſt beſtijs ſubijcitur, ſi ſeruus ultimo ſupplicio punitur. l. quicunque. ff. de falſis,ubi omnes Doct.hoc pro conſtanti tenent,& firmãt, & in l.2.C.de falſa mone.& in c.5.de iureiu.& Bonifacius. in tract. maleficiorum . in rub. de pœna falſantis monetam

Cõis opi.

ſub

sub nu.1. & Afflict. in constitu. qui nummos.num. 1.lib.3, quod procedit in tondente, radenteve monetam auream, aut auro tingente nummos alterius metalli non in alio. secundum Marsil.consi.71. Sed constitutione Regni Neapolitani exordiente qui nummos aureos, condemnatur quicunque raserit, uel minuerit pecuniam auream, uel argenteam ad mortem cum publicatione bonorum omniũ. & tondens iste per priuatos homines capi potest impunè absque superioris licentia, & ad eum duci, ut probat Marsil. in l qui falsam monetam.nu.99.& seq.ff.de falsis,& Bonifa.in d.rub.de pœna falsantis monetam sub nu.2.

OPINIO CCXVIII.

Monetam falsam scienter expẽdens si nummi plumbei, uel stannei sint pœna ordinaria falsi punitur, quæ traditur in l.1.§.fin.ff. de falsis, si uerò nummi sint alterius materiæ pœna erit extraordinaria,ita tradidit Barto. eleganter,per text. ibi.in l.lege Cornelia.ff. de falsis,& Abb.in c.5. col.2. de iureiu. Cæterum Sal. in l.2.C.de falsa moneta tenet indistinctè ordinariam pœnam falsi esse in casu isto infligendam, quem sequitur Marsil.in l.qui falsam. nu.64.ff.de falsis, dicens opinionem istam seruari in practica, & eandem sententiam sequi uidetur consil.47.nu.2. sed si quis dolose pluribus uicibus expenderet falsam monetam, & sic assuetus foret hoc facinus patrare puniendus ueniret pœna capitis,seu ignis,secundum Bonifacium. in trac.maleficiorum. in rub.de pœna falsantis monetam. nu.4.ubi refert multos Doct. Paduæ in istam partem inclinasse,constitutione autem Regni Neapolita. inchoante adulterinam monetam, & cætera monetam adulterinam cudentes, accipientes, & utentes scienter puniuntur capitis pœna, & bonorum publicatione;& his occurrit congruenter hic;quòd is præsumitur Reus falsæ monetæ si non indicauerit illum à quo eam monetam adulterinam habuerit sicuti uoluerunt Pet. & Cy. in l.maiorem.C. de falsis,notat Aret. in l.eleganter. §.qui reprobos.ff.de pignor.actio. unde constat etiã ignorantiam falsi eius p̃sumi, qui expendiderit adulterinos nũmos si eũ non indicauerit à quo eos habuerit. & circa monetarum

Cõis pra.

netarum materiam, uide amplè per Afflict. in præfa. constitutionum regni. in q. 41. Albertum Brunum. in tract. de monetis, & Curtium seniorem. in tracta. monetarum, & Aegidium Bossium. in pract. cri. in tit. de falsa moneta. fol. 157.

OPINIO CCXIX.

Moræ purgatio debet esse celer ad arbitrium iudicis, ut per Deci. consi. 452. nu. 25. & Afflict. decisio. 73. & sicut dicatur quis purgari moram celeri satisfactione statur iudicis arbitrio secundum magis communem opinionem quã citat Ripa. in l. si insulam. nu. 35. ff. de uerbo. oblig. & Deci. consi. 139. post. nu. 7. & hinc est, ꝙ fideiussor, qui sub pœna promisit aliquem in iudicio repræsentare certa die, si post moram repræsentauerit nõ tenetur ad pœnam, quia potuit moram purgare, & hoc etiam iuramento interueniente. ut per Ias. in l. si ex legati causa. nu. 14. ff. de uerbo. oblig. & ita iudicaui in facti contingentia dum eram iudex criminalis in ciuitate Terami Anno Domini. 1561. Sed hoc limitatur non procedere in fideiussore de repræsentando aliquẽ sub pœna certa, & cum iuramento. secundum Afflict. decisio. 174. col. fin. & Craue. in d. consi. 95. & de hoc non est nimis mirandum, quia iuramentum excludit facultatem purgandi moram, & sic iuramentum obstat prædictæ purgationi iuxta communem opinionem Bar. & omnium Doct. in l. si quis maior. C. de transact. & in l. si insulam. ff. de uer. oblig. quam sequuntur, & attestantur inibi Moder. Roma. sing. 444. & Ripa. in repeti. l. fin. nu. 110. C. de reuocan. donatio. Sed utrum ista moræ purgatio admittatur de æquitate canonica, uide Ripam latè declarantẽ. in d. l. fi. nu. 100. cũ seq. & his occurrit similiter, ꝙ si quis ageret cõtra fideiussorẽ de iudicio sisti ex eo capite, ꝙ mora fuerat cõmissa in sistẽdo dato in casu hoc peteretur interesse debet cõstare de quãtitate ipsius, & debet probari uerũ debitũ principalis, in quo ille tenebat̃ scd'm cõem sñiam Doc. quã sequitur, citatq; Alex. in l. 2. §. fi. nu. 6. ff. qui satisda. cogan. Cõis opi.

OPINIO CCXX.

Mulier iuuatur Velleiano, & ipsi renũciare potest l. pen. C. de pact. sed aduerte quòd prius, & antequam ipsa renunciet debet certiorari de beneficio Senatuscon. Velleiani ꝑ

Notarium, & eo casu stabitur tali instrumento. secundum glo. in l. fi. C. quando mulier offi. tute. fung. potest, quam gl. sequitur Hostien. in sua summa. §. & quis. uer. idem est, Archidia. & Dominicus. in cap. placuit. 38. distin. Fely. in c. si diligenti. col. 4. de foro compet. Docto. omnes. in l. sciendum. de uer. obli. & ista est communis opinio, de qua fecit mentionem Alciatus. in tracta. de præsumpt. in reg. 3. præsump. 13. nu. 4. & latè Tiraque. in repeti. l. si unquam. num. 98. in ultima impressione. C. de reuocan. donatio. hoc tamen non procedit si Notarius nesciret, quid esset Velleianum, nam sicut testibus interrogatoria fieri possunt, ut per Bar. in l. 1. ff. si certum peta. quem ibi omnes sequuntur, ita Notario certi iuris est, fieri posse huiusmodi interrogatorium quid sit Velleianum, & si fortè dixerit se nescire. talis renunciatio nihil operabitur. secundum Alberi. in l. si mulier. §. si mulier. ff. ad Velleia. & in l. 2. C. de hæreti. in prin. Deci. in 3. lect. nu. 53. & Nigrũ. nu. 31. in d. l. 1. ff. si cert. pe. Marsil. sing. 661. & in rub. de fideiusso. nu. 39. & Cepol. licet hoc non firmet. in caute. 196. Fulgosi. & Alex. in d. §. si mulier, & quamuis hoc pluribus rationibus aliqui Doct. impugnent, tamen hodie in Regno Neapolita. est sublata isthæc ambiguitas per pragmaticam exordiẽtem. Don Petrus de Tolledo, in qua expresse disponitur mulieres nõ posse renunciare Velleiano etiam certioratæ per Notarium de dicto Velleiano, imò fortius disponitur ibi mulieres ipsas nõ posse renunciare etiam cum interuentu iuramenti, & renunciando, renunciatio facta dicitur ipso iure nulla.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCXXI.

Mulier omni iuri, quòd habet in bonis paternis renuncians cum iuramento poterit prius absoluta à dicto iuramento contrauenire ex capite enormissimę læsionis, ut uoluit Corne. ita consulendo consi. 146. uol. 1. consi. 139. col. 4. & 214. uol. 3. Deci. consi. 170. col. 3. & Rubeus consi. 101. & absolutio ista debet de iure, & æquitate concedi, quæ quippè indulgenda est, ne iuramentum sit iniquitatis uinculum. c. si Christus, & c. quanto, de iureiu. glo. in authen. quod eis. C. de nu. Doc. in c. cum contingat. de iureiu. Pau. castren. consil. 175. contra superius. lib. 1. cum alijs citatis,

per Alex.consi.213.uisis.uolu.7.& per Curtium consil.44. super contingentia.circa fin.nam ex euidenti,& enormi lesione præsumitur dolus etiam si cessio esset facta patri. l. si superstite.C.de dol.cum relatis per Soci. consi.263.col.1. & seq. capio primum, & istorum opinionem dicit communem Deci.consi.203.nu.5.& conclusio hęc ampliatur etiã habere locum in transactione iurata,quæ certè rescinditur ratione enormissimæ læsionis.secundum Deci. consi.170. col.3.unde mulieribus enormiter læsis necesse est succurri non obstante iuramento, quia iuramentum non tollit remedium.l.2,C.de rescin.uendi.& notant omnes Docto. ibi,Ripa.in 3.lib.responsorum.titu.de donatio.reu.ca.15. col.4.ubi recitat istam esse communem opinionem,& Crauet.consi.192.nu.2.& Grammati.decisio.102.nu.54.103. & 104. Sed ubicunque aduerte in transactione ista nõ interuenisset iuramentum, tunc nõ potest rescindi prætextu læsionis ultra dimidiam iusti prætij,ut uoluit Cyn.Bal. Saly.& alij Docto.in d.l.2.C.de rescin.uendi.in l.si quis cum aliter ff.de uerb.oblig.in c.cum causam.de empt.& uendi. & Afflict.decisio.220.num.2.ubi refert cum ista opinione ferè omnes Doct.communiter transire,& Grammati.decisio.66.nu.63. Ampliatur etiam præmissa conclusio in minore enormiter læso, cui profecto succurrendum est per relaxationem iuramenti, & hoc non habet dubitationem aliquam, Sed quando minor ipse sciens euidentem læsionem sponte, & ex certa scientia, & bene consultus cessit & cætera, tunc per relaxationem iuramenti minori succurri non est permissum, prout communiter teneri, per omnes Doct.dicit Curtius consi.44.col pen. & hoc quòd docuimus de minore enormiter læso, cui prius petita absolutione à iuramento succurrendum est declara utiliter nõ procedere in maiore renunciante cum dicto iuramento.cap. quamuis,& auth. sacramenta puberum.C. si aduer. uenditio.ubi omnes scriben. not.& in d.l.2. & ita se habet communis opinio,ut refert Grammati.decisio.102. ampliatur quoque dicta conclusio habere locum similiter in rusticis enormiter læsis, quibus necesse est succurri non obstante iuramento,ut per Crauet.consi.192. nu.2. & per Doct. supra citatos; & ista regula, seu conclusio ita ampliata limi-

Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi.

tatur quotiescunque in instrumento reperiretur scriptum: mulier sciens hæreditatis extimationem sponte, & ex certa scientia cessit,& cætera, tunc mulier contra pacta quasi decepta uenire non poterit, nam scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus.l.cum donationis.C.de transact.ita tenet Alex.in l.stipulatio hoc modo concepta. col. 3.ff.de uerbo. oblig.per not.per Bar.in d.l.2.præcipueq; si iurasset non contrauenire ratione enormissimæ læsionis. secundum D.Ant.in d.c.cum contingat, & Alex.in d.l.stipulatio hoc modo cōcepta,quę quidem limitatio,seu sententia sequenda non foret,quando subessent uerisimiles cō
Cōis iecturæ,ꝙ mulier sponte donare noluerit secundum com-
opi. munem assertionem omnium Doct. ut patet ex dictis,relatisq; per Deci.consi.379.requisitis.in fin.

OPINIO CCXXII.

Mulier non potest agere ad dotis repetitionem constante matrimonio.l.fin.in prin.ff.de doli exc. & l.2.ff.sol.mat. & regula ista interpretatur primò non procedere si maritus sæuiens in uxorem eam absque causa à se repellat, tunc certè tenetur uxori suæ uir constante matrimonio reddere dotem. secundum Bal.in l.fin.C.de senten.quæ sine cer.
Cōis quanti. Sed contrarium tenent Alex. cæteriq; omnes cō-
opi. muniter.in d.l.2.& Alex.consi.78.uol.2. declaratur secundo loco non habere locum in casu emergentis inopię mariti,uel alterius obligati ad dotis restitutionem, quia tunc
Cōis actio dotis oriretur constante matrimonio secundum cō-
opi. munem opinionem, quam latè disputando sequitur, attestaturq; Alex.in l.si constante.§.1.col.fin.ff.sol.mat.& Negusantius de Fano.in tract.de pignor.& hypothe.in 3.mēbro.8.partis.num.1. & ista communis probatur.in d.l.2.& ita concludit.gloss.communiter approbata.in l.sed si alia. ff.de bonis damnat. & in l.si rem.§.omnes.ff.de pigno.act. & in l.si cum dotem.§.mulier.ff.solu.mat. & limitationem istam ꝙ mulier potest constante matrimonio dotem à marito petere, quando maritus uergeret ad huiusmodi inopiam, & euidentissimè appareret eius facultates deducto ære alieno ad dotis exactionem non sufficere. d.l.si constā te dic procedere de iure.ff.rum.sed de iure.C. satis habuit si con-

si constaret maritum ad inopiam peruenisse, & facultates essent idoneæ ad satisfaciẽdum uxori, & creditoribus suis. l.ubi adhuc.C.de iure doti.amplius.l.nouissima Iustiniana constituit, ut statim cum maritus cępit uti malè substantia sua ad dotem mulier liberè agere potest.§.illud. authé. de æqualit.doti.& ita firmat Bar.in d.l.si constante. in prin. & Panormi.in c.per uestram.col.3.de dona.inter uir. & uxo. & ulterius sciendum est qualiter alia cautela, seu remedio consultum,prouisumq; fuit mulieri contra maritum bona dissipantem,uidelicet,ut postulet dotem sequestrari.l.si cũ dotem.§.si uero dotem.ff.solu.matri. quocirca Doct. in d. l. si constante communiter interpretantur. d. §. si uerò loqui in marito consumante dotem,& l.si constante loqui in uiro consumante bona sua;declaratur ulterius regula pręmissa ubi separatur thorus matrimonij culpa uiri accusati,& de adulterio conuicti ab uxore.c. 1.ut lit.non cõtesta. exploratum est itaq; propter adulterium matrimonij consumati uinculum non dissolui, sed thorum duntaxat separari.c. tuæ. de procurat. & c. ex literis. de donatio. & hoc uerificatur iuxta illud, quos Deus coniunxit homo non separet. c.quos Deus.33.q.2.unde non licet uiro adultera uxore repudiata aliam ducere,ut omnes Canonis.& Theologi sentiunt uarijs in locis, & Ioan.de Neuiz. in sua Silua nuptiali.lib.1. 2. nu.106. usque ad nu.145.fol. paruo.61.& Couarruuias latè,& expressè. in epito. de contractus coniugalis effectu.in 2.par.ca.7.§.6.nu.13.fol. paruo.138. ubi respondet contrarium asseuerantibus, & licèt quæstio hæc agitata sit ad utranque partem per grauissimos, & sanctissimos uiros superioribus temporibus, tandem Concilium Tridentinum uolens in pręsentiarum huic malo mederi tale dubium penitus clara, ac aperta determinatione sub excommunicationis censura abstulit.in sessio.24. canone. septimo,si quis dixerit,ut ibi clarius colligitur: ergo quantum ad facultatem criminaliter accusandi dispar est causa mariti, & uxoris, siquidem maritus accusat uxorem, Sed non econtra uxor uirum. l prima.C. ad legem Iuliam. de adulter. cap. apud misericordiam.§.fin. trigesimasecunda q. prima, quantum uerò ad accusationem ciuiliter eorum causa par uidetur,& ęqualis;unde sicut maritus accusat ci-

Cõis opi.

Cõis opi.

uiliter uxorem ſuam de adulterio, aut thoro ſeparato dotem lucratur. §. plerunque de donat.inter uir.& uxo. & §. de adulterio.auth. ut lic. matri, & auiæ,ita mulier accuſat uirum ſuum, ut ſeparato thoro dotem recipiat, & donationem propter nuptias,quam fecit maritus ipſa lucretur. ſecundum Roma.conſi.167.

OPINIO CCXXIII.

Mulier recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & tranſiens poſtmodum ad ſecunda uota ſimpliciter, & promittens dotem quam non expreſſit præciſe, quemadmodum expreſſerat in primo matrimonio intelligitur; tunc dare tantam dotem ſecundo marito, quantam dedit primo uiro ſuo, & ſic dos data primo uiro cēſetur data ſecundo,ut uoluit Bar.in l.pen.§.ſi uxor.ff. ſol.mat. in l.cum de in rem uerſo.col.2.ff.de in rem.uer.& in diſput. ſua mulier.col.3.& 6.glo.in uerſi. fortuita. in l.ſi mulier diuertit. col.1.ff.ſolu.matri.Cyn.& Saly.col.fin.in auth. ſed quamuis.C.de rei uxo.actio.Pau.caſtren.conſi.283.col.2.ſecūdum antiquam impreſſionem, & in d.l.ſi mulier.col.1. Cuma.conſi.109.col.2.Abb.conſil.46.uol.1.Alex.conſi.144. col.2.uol.5.& conſi.122.col.1.uolu.7.Bertran.conſi.160. col.fin.uolu.2.Ruin.conſi.53.col.pen.uolu.3.conſil.61.in prin.uolu.3.& conſi.137.col.3.uolu.4.Soci.iuni.conſi.29. col.fin.uol.1.& Pariſi.conſi.34.col.1.uol.3.ubi recitat iſtā eſſe communem opinionem,& Salyc.in d.auth.ſed quamuis.col.fi.& Dominus meus Rainaldus Rodulphus primarius Lector in Ciuitate Peruſij dum eum audiebam ſuperioribus annis publicè in Gymnaſio Peruſino legentem, à quo iſta,& omnia alia,quæ ſcripſimus,& ſcribenda ſunt in hoc opuſculo ueritatem confitendo didicimus.

Cōis opi.

OPINIO CCXXIIII.

Mulier ad ſecundas nuptias tranſiens perdit dominium rerum,quas ex liberalitate primi uiri conſequuta eſt,& ſolam poteſtatem fruendi retinebit, illoſque filijs ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur.l.fœminæ.C. de ſecun.nup.ubi Doct.& in auth.ex teſtamento.C. eod.titu. & Soci.ſeni.conſi.56.uiſo teſtamento.lib.3. & ratio eſt quoniam

niam pœnæ ſecundo nubentium inductæ fauore liberorũ ſublatæ non ſunt per dictum illud Apoſtoli mortuo marito mulier nubat in domino.c.pen.& fin.de ſecun. nupt.ubi hoc tenet Abb.& Corne.conſil.21.uidetur. col.3. uolu. 1. Bar.& Deci. in l.1.C.de ſecun. nupt. & iſtorum opinio eſt communis.ſecundum Deci.conſi.87.pro reſolutione.col. 2.& conſi.230.proponitur,& in d.l.1.confirmantur quoq; præmiſſa alia ratione, nam mulier ad ſecunda uota tranſiens tria negligere uidetur Deum,defuncti memoriam,& filiorum charitatem,ut dicit tex.in §.ſin autem tutelam.in auth. de nupt. & in §.quæ uerò nunc ſequitur.eod.titu.ubi dicitur, quòd per ſecundas nuptias contriſtatur anima mariti defuncti, & propter huiuſmodi iniuriam mortuo marito filijs illatam multa leges ſtatuerunt cõtra uiduas ad ſecundas nuptias tranſeuntes,de quibus abundè habetur,per Doct.in d.auth.ex teſtamento.& pœna iſta impoſita uiduæ ſecundo nubenti militat etiam in uiro ex identitate rationis.ſecundum gloſſ.in l.fœminæ.§.illud.C.de ſecun. nupt. quam approbat ibi Bar.& nonnulli alij relati,per Boe.deciſio.187. nu.1. quorum ſententiam dicit eſſe communem Deci.in præcitatis conſi.& Boeri.in loco,de quo ſupra; & præmiſſa amplianturprimum, nõ ſolum procedere in matre,& patre,ſed etiam in alijs aſcendentibus tam maribus, quàm fœminis,utputa ſunt aui,& auiæ, proaui,& proauiæ, & cæteri deinceps aſcendentes. ſecundum doct. in l.generaliter per illum tex.C.de ſecun.nup.Bal.in l.humanitatis. col.7.C.de impube. & alijs ſubſti. Aret. in §.præferuntur. col.4.inſtitu.ad Tertullia. Alex. in d.auth. ex teſtamento. in add.ad Bal.in uer.conſuetudo. Ampliatur etiam ſecundo loco prædicta, ut mulier non modo perdat dominium rerum ſibi per maritum relictarum ob tranſitum ad ſecunda uota, ſed etiam tutelam; unde mulier relicta à marito defuncto in teſtamento tutrix filiorum per tranſitum ad ſecundas nuptias perdit tutelam,& geſta ab ea tanquam tutrice uidentur ipſo iure nulla. ſecundum Salyc. & alios.in auth.matri,& auiæ.C.quando mulier offi. tute. fungi poſſ. Cyn.Fab.in l.omnem,per illum tex.C.ad Tertullia. & Alberi.ibi,ubi refert iſtam eſſe communem opinionem,Boer. deciſio.124.nu.12.& Augu.Berous.in c.dilecti filij. nu.37. de

Cõis opi. (beside "mulier nubat in domino")
Cõis opi. (beside "communis.ſecundum Deci.")
Cõis opi. (beside "cisio.187.")
Cõis opi. (beside "beri.ibi")

de arbitris,& ratio uidetur ista quare mater tutrix transeũdo ad secũda uota priuetur tutela,quia mater, & auia possunt esse tutrices si uelint, quamuis non cogantur. d. auth. matri,& auiæ, imò ante alios filiorum tutelam possunt suscipere, & ad eam admitti, si secundis, Velleiano, & omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto renunciauerint,alioquin istis non concurrẽtibus tutela suscepta esset ipso iure nulla,ut probatur.in d.auth.matri,& auię,ubi Bar.Ang.& Saly.notant,Natta consi.143.nu.2.& alij quãplures congesti per Boeri. in d. decisio.124.nu.9.ubi scribit istam esse ueriorem opinionem; tamen Petrus de Bellaperti. Cyn. & Alberi. in d auth matri,& auiæ tenuerunt expresse contrarium,& eorum opinio seruatur de consuetudine,uidelicet, quòd mater tutrix, uel auia testamẽtaria non tenetur renunciare secundis nuptijs,& omni iuri in fauorem mulierum introducto, & de ista consuetudine mentionem fecit Guido Papæ decisio.539.Faber.in d.auth.matri,& auiæ,& Boeri.in d.decisio.124.nu.13. hisq; occurrit congruenter hoc in loco,quòd mater habet annum ad petendum tutorem dari filijs, nisi uelit ipsa tutelam suscipere. secundum Bal.in l.precibus.col.6.C.de impube. & alijs subst. Abb.in c.ex parte de appellat.Areti.in §.fin.in prin. institu. ad Tertullia. ubi ponit istam esse communem opinionem,& Deci.in c.ex parte.nu.33.superius citato; quod habet locum in muliere maiore. 25. annis, secus in minore,quæ non potest de iure esse tutrix.l.fin.C. de legit.tute. & tenet Bal. in d.l.omnem,& in auth.ijsdem pœnis, quem sequitur ibi Iacob. de sancto Geor. & Moder. C. de secun. nupt.& Deci.in d.c.ex parte. nu.34. nisi extaret consuetudo in contrarium, quòd mater minor possit habere tutelam. secundum Bal.consi.101.uolu.2. sed mater negligens petere tutorem filijs suis impuberibus intra dictum annũ ueniret utique priuanda eorum successione. casus est. in l. 2.§.si mater.ff.ad Tertul.& in d.§.fin.institu.eod.titu.unde ad excludendum eam à successione necessariò deducendũ, probandumq; esset in mora fuisse petendi tutores dari filijs infra annum à die mortis mariti. secundum Barto.in l. 2.col.6.C.qui petant tutores,Bald. Ang. Flo.& Salyc.in l. sciant.C.de legi.hæred.& Alex. consil.185.col.fin.uolu. 6.

Ve-rior opi.

alijs

aliàs quælibet iusta causa excusaret matrem à priuatio. successionis filij, ut uoluit Soci. consi. 153. col. fin. uol. 1. & Rubeus consulendo consil. 81. nu. 1. dato igitur casu, q́ mater foret exclusa à successione filiorum, tunc non exclusa censeretur auia, nec alius proximior. secundum gl. Ang. & Saly. in l. nepotibus. C. qui petant tutores. Soci. in d. cõsi. 153. col. fin. & istorum opinionem fatetur esse communem Rubeus. in d. consi. 81. num. 2. ubi ita consuluit, & præmissa ita ampliata, & declarata interpretantur non procedere quãdo uir licentiam daret uxori ad secundas nuptias conuolãdi, tunc quippè non perdit istum transitum dominium rei sibi legatæ, ac à marito relictę, & ratio est, quia pœna secũdo nubentibus est imposita ex eo, quia uidetur inferri iniuria primo uiro per secundas nuptias. §. quia uerò. in authé. de nupt. & nulla iniuria fit uolenti. l. 1. §. usque adeo. ff. de iniur. secundum Bal. in l. 1. C. de secun. nup. & per Ro. consi. 219. ex themate consultationis, & Deci. consi. 620. casus de quo quæritur. col. 2. limitatur etiam secundò, quando filij secundis nuptijs consensum accommodauerint, tũc enim mulier non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate primi uiri. secundum glo. in auth. de non eligen. secun. nub. in uer. copulatur, quoniam iniuria, quæ fit filijs primi uiri, si mater conuolaret ad secundas nuptias tollitur eorum cõsensu. §. soluto. in auth. de secun. nupt. l. cum donationis. C. de transact. & hoc comprobatur ex latius dictis, per Ias. in l. ambiguitates. C. de indic. uidui. tollen. & in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. col. fin. & consil. 53. in quæstione. uolu. 1. & per Deci. consi. 206. quæritur. Limitatur tertiò, ut mater transiens ad secunda uota debeat duntaxat proprietate substantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem substantiæ auitæ priuari. secũdum Bar. & alios cõiter. in d. auth. ex testamẽto, & istam communem sequitur, & citat Boeri. decisio. 192. nu. 5. licet Bal. & Ang. & malè. in d. auth. ex testamento asseruerint contrarium. interpretanturq́; postremò præmissa in matre, quæ transiuit ad secunda uota superstite filio, uel filijs de hoc nõ conquerẽtibus, his igitur stantibus si filius decedat non priuatur mater eius hæreditate, quia filius non conquerendo de matre uidetur remisisse sibi iniuriam factam per eam per dictum transi-

Cõis opi.

Cõis opi.

transitum.argumento.l.fin.C.de reuocan.donat. & ita per illum tex.tradit,& firmat Bal.in auth. ex testamento supra citata.col.2.Deci.consil.206.col.2.& in rubr.C. de secun. nupt.col.fin.Ripa. in l.fin.C. de reuocan. donatio. in q.61. col.2.& Soci.iun.consi.61.nu.2.& 11.uol.2.

N

OPINIO CCXXV.

Nepos natus ex primo genito patre prædefuncto excludit filium secundo genitum patruum suum à successione Regni,& prima genitura.secundum Bald.in auth.cessante. C.de legit.hæredi.& consi.389.consuetudo.uolu.2. & hoc idem firmant nonnulli Doct.quos refert, & sequitur Soci. rationibus per eum relatis consi.252.uisis instrumentis,& Cõis opinionem istam scribit expresse esse communem Barba. opi. consi.10.lib.1.Couarruuias.in tract. de uarijs resolutionibus iuris ciuilis.cap.5.lib.3.num.8.fol.785. & Grammati. decisio. prima, ubi refert in facti contingentia ita in sacro Concilio Neapolitano fuisse decisum. in contrariam uerò sententiam,uidelicet, ꝙ nepos ex primo genito non præferatur filio secundo genito in successione Regni inclinauit Ioan.And.in add.Specu.in titu.de feudis,Bar.in auth.post fratres.C.de legit. hæredi. cum alijs concorda. relatis per Rubeum consil.149.nu.6. 10.& seq. ubi consuluit pro hac parte, & opinio istorum uidetur æquior si primogenitus mortuus sit uiuo patre, & sic non dum ei iure quæsito se- Cõis cundum ueriorem, & magis communem opinionem, quã opi. sequitur,& audacter attestatur Alex. consil.4.ponderatis. col.3.uolu.4.& Deci. consi.443.in casu ad me transmisso. in fin.& sententiam hanc approbat.in d.auth. post fratres, & confirmat Ant.de Ros.in trac.de successio.ab intestato. in uer.de legitimatis, & Couarruuias. in loco superius citato;Sed quid concludẽdum in hoc opinionum conflictu, & in tanta Doct.ambiguitate ? dic quòd Bal.in l.cum antiquioribus.C.de iure deliberan.& in l.fin.C.de suis, & legi. arguit ad utranque partem, & tãdem dicit soluat Apollo, & Ioan.de Silua.in tract.de prima genitura.q.35.lib.1. locupletissimè scribit omnia, quæ in utranque partem pos-

sunt

ſunt allegari, & demum recitat ſententiam Othonis Imperatoris,qui aiebat quæſtionem iſtam eſſe gladiatorio iudicio dirimendam,& ipſe Ioann. in hoc opinionum cõflictu diffinire non auſus fuit, remanet ergo res dubia,& ob hoc mihi ſequendam fore decreui optimam, & tutiſſimam diſtinctionem ſuper hoc articulo traditam nouiſſime, per Auguſt.Beroum.in c.dilecti filij num.52.cum ſeq.de arbitris, ubi affabrè, & doctè iſtam arduam, & confuſam quæſtionem diſtinguendo reſoluit.

OPINIO CCXXVI.

Notorium quamuis releuet quem ab onere probandi, & inducat plenam probationem. ſecundum Hoſt. in ſumma. de probatio.§.fin.& eſt tex.in l.emptorem.in princ.ff. de actio.emp.ubi dicitur,quòd notorium æquiparatur ſententiæ,de quo,uide Bald.in l.1.C. de curato. furio. & dixit idem Bal.in l.1.C.de reuocan.his,quæ in frau.aliena. ſunt, quòd notorium eſt probatio probata, uel ſaltim de facili probabili; tamen iſtud notorium debet allegari,& proponi. ſecundum glo. in clemen. appellanti. de appellatio. in uer.iudicis,notat Cato ſaccus.in l.ſi uerò.§. qui ꝑ rei qualitate.ff qui ſatiſda.cogan.idem tenet Bar.in l.eum qui ita. §.qui ita.col.3.ff.de uerb.obliga. & in l.cum quid.ff.ſi cer. peta.col.fin.Ant.in c.peruenit.de cenſi.col.17.& Fel. iſtos referens.in cap. cum ordinem.9. 10.& 11.col.de reſcrip.& Barba.conſi.57.uiſis,& accuratè.col.5.& idem Bart.in l.1. col.pen.ff.de excep. & hoc quòd notorium debeat allegari intelligitur, quando debens allegare eſſet præſens in iudicio,ſecus ſi abſens licèt citatus citatione habente uitium notorium. ſecundum Panor. & Præpoſi. in c ex parte tua ext.de appellat. quia citatio notoriè nulla non aſtringit citatum ad comparendum.ſecundum glo. in c.placita.15.q. 4. idem dicit glo.in c.ueniens. ext. de accuſat.in glo.fin.& Innocen.in c.ex parte.il primò.de uer.ſig. quòd citatus ad Synodum, ſi eſt notoriè exemptus nõ tenetur comparere. Item ſecus,quando de eo conſtat ex actis,tunc enim iudex poteſt pro parte allegare. ſecundum Innoc. & Canoniſtas omnes communiter. in c.ex inſinuatione. ext.de appellat. Specu.in titu.de offi. iudi.§.impendit.circa prin.quam cõmunem Cõis opi.

munem sequuntur, & citant Doct. in locis præcitatis,& in d.c.ex insinuatione; imò iudex potest sumere informationem etiam parte non citata an aliquid sit notorium. secundum Bal.ex mente Archidia.in c.cum inter uos ext.de cõsue.& tenet Cato.in d.§. qui pro rei qualitate, sed Bald.ibi dicit, ꝙ ubi aliquid est notorium non iuratur de calumnia per l.at qui natura.§.cum me absente iuncta gl. in uer.committit.circa fin.de neg.gest.& aduerte quia notorium probatur per duos testes.secundum glo.in §.fin.2.q.1.& glo. & Archidia.in §.item sæpe.4.q.3.Bar.in l. hæredes palam.ff. de testa Spec.in tit.de noto crimine.in §.qualiter,Bal.in l. data opera.C.qui accusa.non poss.& Fely.in c.tertio loco. col.5.de præsump.& Follerius.in practi.crimi.in uer.item ꝙ est notorius delinquens.nu.16. 17.& 18. ubi hoc optimè declarat quomodo, & qualiter procedat.

OPINIO CCXXVII.

Notarius passim pro alio stipulatur. §. si quis alij.instit. de inutil.stipu.& ibi Doct.Bar.Alex. & Ias.nu.14.in l.stipulatio ista. §.si stipuler.ff.de uerb.obli. Bal.in l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cer.peta.Bar.Bal.Pau.de Cast. & alios in l.1.§.huius studij.ff.de insti.& iure.& de hoc latè disputat Tiraque.in tract.de consti. possesso.3.par.limitatio.30. num.16. cum multis seq.& hoc non solum habet locum in præsente, acceptante, & recipiente, sed etiam in absente. secundum glo.in l.2.ff.rem pupi. saluam fore,quam sequitur ibi Bar.Alex.in add.ipsius, cum infinitis alijs congestis per Tiraque.in d. tract.in 3.par.30. limita. nu.23.ubi scribit istam esse communem opinionem; & hinc notant Bar. & Doct. in d.§.si stipuler,quòd propter stipulationem Notarij quæritur utilis actio absenti sine cessione, sed tamen secuta prius ratificatione absentis, & opinionem istam fatentur esse communem Alex.in d.§.si stipuler. nu.2. & Ias. nu.15.quod etiam firmat Soci.consi.125.in fi.uol.1.Parisi. consi.88.nu.90.lib.3.& consi.69.nu.136.eod.lib.& Couarruuias. in suo libro uariarum resolutionum ex iure Pontificio,Regio,& Cæsareo.in primo lib.c.14.nu.11.& seq. post alios ibi relatos per eum,ubi pulchrè declarat istam cõclusionem,sequitur,& ponit esse communem;& aduerte quòd quando

Cõis opi.

Cõis opi.

quando compertum est ius quęsitum esse parti ex facto Notarij,uel iudicis,uel testis, tunc non est in facultate eorum dicendi aliquid,propter quod ius quæsitum tollatur. secũdum doctrinam Bar.cõiter approbatam.in l.si quis in graui.§.si quis moriens.ff. ad Silla. & de Notario ipso aliquid posuimus infra.in uer.testis.in conclusione inci. Notarius cui est facta commissio examinationis testium. Et in conclusione exordiente.Notarius faciendo mentionem in testamento testatorem fuisse sanę mentis. Cõis opi.

OPINIO CCXXVIII.

Nuncio publico sibi duntaxat creditur in spectantibus ad suum officium, puta si referat se personaliter citasse Titium,tamen quando deponit in his, quæ sunt extra officiũ suum non probat.secundum Ioan. Andre.in titu.de cita.§. 1.in prin.quem sequitur Abb. in c.cum parati. de appella. Deci.in c.post cessionem,Doct.omnes.in §.quadrupli.institu.de actio.& in l.1.§.cura carnis.ff. de offi. præfe.urbis, Ruinus consi.66.col.1.uol.5.Tiraque. qui latissimè cõplura congerit.in tract. de retract. in titu. de retraic.linagier. §.8.glo.11.& istam recitat esse communem opinionem Alcia. in tracta. de præsump. in 3.regula præsump.14.nume. 10.& Maranta. in tracta. de iudicijs.in 7.par.princ.nume. 534.& Ias. in l.properandum.§. & si quidem. nume. 8. C. de iudici. quæ quippè procedit ex quadam consuetudine. secundum Guido Papæ, decisio. 628. nume. 1. hocq; ampliatur in tantum procedere, ut nuncio ipsi credatur etiam, & fides adhibeatur referenti se non inuenisse bona mobilia debitoris in executione iudicati. secundum Bar. & Docto. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. Guido Papæ. in d. decisio. 628. Alcia. in memorata præsumpt. 14. numero. 4. cum alijs quamplurimis concordantibus traditis, per Ias. in l.in illa.§.pen.& fin.ff. de uer. oblig. Sed ista cõmunis ita declarata limitatur primo ubicunque citatus per nuncium esset persona circunspecta, & fide digna, & iuraret se nunquam citatum fuisse à nuncio tunc ex ista coniectura sibi potiusquam nũcio crederetur. secũdum Abb. & Moder. in d c.cum parati, Ias. in d.§. si quidem.in 6.nota.Guid. Papæ.in d.decisio.628.nume.1. post Cõis opi.

medium,

medium,& Maranta in loco supra citato, & per Afflict. in constitutione edictorum. in fi. limitatur secundò præmissa communis non esse uera in denunciando crimina, quia tunc non creditur nuncio etiam publico, & iurato, ut uoluit Specu.in tit.de citat. §. sequitur uidere, & hoc procedit,& intelligitur uerum esse quo ad condemnandum,non autem quo ad inquirendum,quia quo ad relationem nuncij potest inquisitio formari.secundum Bar.in d.l.1.§.cura carnis.

OPINIO CCXXIX.

Nunciatio noui operis facta authore prætore, ut non ædificet Titius etiam si esset iniustè facta nocet,& ligat ædificantes, ut teneantur desistere ab opere iustè cepto etiam in suo, & si obtemperat nunciationi debet postea ædificatum demoliri, & destrui sumptibus ædificantis. secundum Ias.in l.1.nu.1.ubi etiam Bar.Pau.castren.& alij Doct. communiter.ff.de noui ope.nuncia.& est tex.in l. prætor.ait.in prin.eod.titu.& in c.1.& 2.ext.de noui ope.nuncia.ubi tex. gl.Abb.Sycul. Herman.Detus.in d.l.1.nu.24. quæ quidem communis ampliatur etiam procedere si nũciatio,ac prohibitio prætoris esset alternatiuè facta,ut non ædifices,uel uenias responsurus.secundum Bar. in l.de pupillo.§.meminisse. ff. de noui oper. nuncia.cum quo sentiunt omnes ibi communiter, ut attestatur expresse Ripa ibidem. nu. 19.& Io.de Amicis consi.35.num.1.& seq.ubi ita consuluit.Sed communis præmissa ita ampliata fallit quotiescunq; esset nunciatum nouum opus simplici uerbo,quia tunc nunciãs nouum opus amittit facultatem demoliendi opus propria authoritate sibi à iure concessa,ut concludit Bar.& alij.in l.1.§.nunciatio.ff.de noui ope nuncia.quòd quippè ibidem Bar.intelligit cum grano salis non habere locum, quando incontinenti nuncians recuperauit possessionem propria authoritate, quam amiserat per nunciationem uerbalem, secus foret,si diuerteret ad extraneos actus,& cum limitatione hac transeunt omnes Doct.communiter ibi.teste Ripa.in memorato.§.meminisse.nu.36.& seq. fallit etiam secundo loco, quando ille cui fuit nunciatum nouum opus, ne faciat etiam in suo,seu solo à se possesso offerat se paratum

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

tum satisdare de opere demoliendo in casu succumbentię, tunc certè per ipsam satisdationem præstitam tollitur nunciatio,& ille cui est nunciatum poterit perseuerare in opere. tex.est.in l.prætor.§. deinde,& §.seq. & in l.de pupillo. §.is cui,ubi tex.Bar.& Doct.ff.de noui ope.nuncia. tamen ille,qui nũciauit poterit replicare;Sed hodie inoleuit practica, quòd supersedeatur per tres menses, & tunc uolens ædificare tenetur ab opere cepto supersedere per tres mẽses non obstante ipsa fideiussione oblata, uel data, sed non acceptata per nunciantem etiam quòd nuncians interim nullum ius sic prohibendi doceat donec de iuribus partiũ cognoscatur,seu infra quos nuncians possit iura sua probare, quibus elapsis data ipsa fideiussione potest in opere perseuerare,ubi nũcians nihil probauerit,ut per Bar.& Doct. in d.l.prætor.§.si quis paratus,Glo.Salyc.& scriben.communiter.in l.1.C.de noui oper.nunci.per illum tex.& in c. pen.& fin.de noui oper.nunciat. ubi text.Abb.& omnes,& istam facit mentionem esse communem opinionem Ias.in d.l.1.num.19.ff.de noui oper.nuncia.Ferrarien. in sua practi. Papien.in for. lib. in actio. noui oper. §. ante aliquam remissionem.num.3.Ruinus.in repeti.d.l.1.nu.124.& Herman. Detius Florenti.ibidem.nume.23.& seq. contrarium uerò per præmissas authoritates, & alia urgentissima fundamenta consuluit doctissimè Grammati.consi. ciuili.73. super dubio pridiè transmisso,per totum,quòd mandatum super nunciatione noui operis reo comparente resoluatur,& resolui debeat in uim simplicis citationis, & ita ego iudicaui sæpissimè dum eram iudex criminalis in ciuitate Therami Aprutini per iam dicta,& alia complura,quę breuitati studendo omitto,licet Io.de Amicis. in d.consil.35. nu.12.& seq.contrarium asseueret.

Cõis pra.

Cõis opi.

O

OPINIO CCXXX.

Oblatio uerbalis non releuat offerentem, ideo ista oblatio debet esse realis.l.decem.ff.de solut.not. Bar.in l.acceptam.C.de usur.& Alexan. consi.130.nota,quòd ubi res debet offerri.col.3.uol.4. Sed hoc non habet locum quando

do creditor, cui ſolo uerbo offertur ſe nolle recipere ſolutionem recuſaret, tunc quippè non requiritur realis oblatio. ſecundum Alex. in l. ſi mora. in 5. fallen. ff. ſolu. matri. & omnes communiter. in l. qui Romæ, quam communem ſequuntur, ac citant Moder. inibi; limitatur quoq; non procedere concluſio præmiſſa quo ad effectum retardandi uéditionem pignoris per creditorem factam, quoniam quo ad hoc explorati iuris eſt ſufficere uerbalem oblationem. l. pen. ff. de reſcin. uendi. ſecundum communem intellectũ, gl. Bar. & aliorum. in l. pen. ff. de diſtrat. pigno. & in l. ſi reſiduum. C. eo. tit. quem ſequitur ultra allegatos Doct. Alex. in d. l. ſi mora. in 2. fallen.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCXXXI.

Oblatio debiti etiam ſine conſignatione, ac depoſitione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis, ſicut regulariter obſeruatur in alia pœna, de qua. in text. in l. acceptam. C. de uſur. Sed ad conſequendam plenariam liberationem à Canone emphyteotico ſecus eſt, ſiquidem ad huiuſmodi effectum requiritur, ꝙ emphyteota illum offerat, conſignet, atque deponat ſecundum communem intellectum. l. 2. C. de iure emphyteo. circa fin. traditum ibi, per Doct. præſertimq; per Iaſ. nu. 106.

Cõis opi.

OPINIO CCXXXII.

Officialis ſi durante tempore ſui officij fuit caſſus ab officio, & poſtea reaſſumptus, cum eiſdé pactis reaſſumptus intelligitur. ſecundum Bal. in l. ſi conſtante. C. de dona. an. nup. & in l. etiam. col. fi. C. de iure dot. quem ſequuntur ſcriben. omnes communiter. in l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſ. ubi Moder. audacter mentionem faciũt de iſta communi, & concludunt etiam ꝙ ſi ciuitas conduxit doctorem cum certo ſalario pro uno anno, quo finito receſſit domũ ſuã, & deinum interpoſitis pluribus annis reconducatur ſine repetitione ſalarij intelligitur reconductus ſub illo ſalario, ꝙ prius perceperat, ubi ſubdunt etiam idem eſſe in famulo, & ſimilibus.

Cõis opi.

OPI-

P

OPINIO CCXXXIII.

Pactum per aliquos conditũ de futura successione quærenda non ualet sine consensu eius de cuius hæreditate agitur. l. pactum quod dotali. C. de collatio. & l.ex eo.C. de de inutili. stipu. & l. stipulatio hoc modo concepta . ff. de uer.obli.& istud tenent ibi Bar.Bal.Saly.cæteriq; communiter, & in l.in priuatos.C.de pactis, Canonistæ omnes.in c.cum contingat ext.de iureiuran.& in c.quamuis.de pact. in 6.Cyn.& alij.in l.fin.& in d.l.pactum quod dotali,Alex. consi.28.uol.3.ubi deducit istam esse communem opinionem Ias. consil.8. nu.34.posito inter consilia feudalia Alberti Bruni,& in consi.9. nu.10.Curtius iunior consil.15. nu.2.& Ruinus consi.16.nu.16.uolu.2.& ratio dictæ communis approbatæ ab omnibus Doct.utriusque censuræ uidetur ista .quia turpe est,ac moribus contrarium pactũ fieri super uiuentis hæreditate absque eius consensu , nã hæc pactio turpis censetur. d. l. fin. & d. l. pactum quod dotali, nec tamen ea sola ratio turpem efficit hanc conuentioné , ꝙ detur uotum captandæ mortis, quamuis hæc . in d.l.fin. expressa sit , siquidem ob hanc solam rationem non efficitur pactum turpe quod patet , quia ex consensu eius de cuius hæreditate agitur hęc pactio licita est,& tamen occasio captandæ mortis non tollitur per consensum istum, atque ita intelligendus est.text.in d.l.fin. Alia ratio ad hoc corroborandum allegari potest,quia hæreditas solo testamento per hominem datur.l.hæreditas.C.de pact. conuen.l.pactum,ubi Docto.C. de pact. ubi inter cætera dicunt decipi eos,qui filias diuitum in uxores accipiunt cum pacto, ꝙ ultra dotem post mortem parentum ipse mulieres habeant etiam hæreditatem , nec enim ualet hoc pactum , nec firmatur iuramento,& si fieret pactum de quota hæreditatis. secundum glo.in l.si quando.§.illud. in uersi.grauari.C.de inoffi.testamen.cum allegatis,per Ias.in d.l.pactum,& per Doct.in d l.fi.& in præallegata.l.pactum quod dotali.Amplia istam cõem procedere etiam si appareat dictum pactũ fuisse cum iuramento firmatum. scḋm gl.in l.si quando. C. de inoffi.test.Legistas oẽs indifferenter in locis preallegatis,

Cõis opi.

Cõis opi.

tis,& Canonis.in d.c.cum cōtingat, & in d.c.quamuis Bar. consi.165.quidam nomine Thobaldutius,Corne. consi.61. nu.11.lib.1.Alex.in d.consi.28.& in d.l.pactum.nume.2 in quibus locis asserit hanc esse communem opinionem, & Curtius iun.consi.15.nu.3.& consi.25.num.7. & consi.98. nu.3.& ratio est quare dictum iuramentum non debet isto casu l.gare,quia censetur contra bonos mores,ut in c.non est obligatorium.de regu. iur.lib.6.& ita in terminis.tenet Bar.& alij.in d.l.pactum quod dotali. Limitatur primo loco dicta communis,quòd dictum pactum de futura successione quærenda ualeat,& teneat,quando ille de cuius successione agitur consentiat,& in huiusmodi consensu perseueret usque ad mortem.d.l.fin.ubi Doct.hoc tenent,& Ias. ibi.nu.7.in septima limitatione Soci.iunior consil.50. nu. 4.lib.2.& Curti.iuni. consi.98.num.3.& seq. Qui quidem consensus etiam ex post superueniens uidetur sufficere.secundum Bal.in d.l.fin.circa fin.quem sequitur Deci.consi. 31.col.3.& Crauet.consi.19.nu.3.Limitatur secundo,ut dictum pactum,& conuentio de succedendo ualeat, & sit efficax, quando fieret ista pactio de succedendo in certis bonis singulariter expressis,uel sub nomine quotę bonorum, non autem sub nomine quotæ hæreditatis.l. si quis argentum.§.sed,& si quis.C.de dona.glo.in l.fin.in uers. accommodauerit,quam ibi communiter sequuntur Bar. & Doct. C.de pactis,& idem Bar.consi.72. ex facto proponitur,Oldra.consil.139. cum alijs allegatis,per Deci.consil.235.& in d.l.pactum.C.de pact.Crauet.consi. 19.num.7. & Curt. iunior consi.1.nu.4.& 16.& consi.81.nume.2.ubi supponit istam esse communem opinionem,& consi.15. nume. 1.ubi etiam. nu.4. latissimè declarat qualiter differāt pactum de futura successione, & promissio bonorum post mortem,& limitatio hæc procedit, & habet locum dummodo nō fiat pactum de omnibus bonis præsentibus, & futuris, quia tūc ista uerba uniuersalia tanquam scillam sunt fugienda, ut per Soci.consi.136.uisum fuit.col.fin.lib.3.& per Deci. in d.l.fin.col.6.Curti.iuni.in d.consi.15.nu.1.& Crauet.consi.19. nu.7. Limitatur tertiò,quando alij paciscerentur de hereditate certi hominis in specie,secus incerti in genere. l.2.§.de illo.ff.pro socio,& tenet glo.Bar.& Ias.nume.7.in

Cōis opi. (margin, line 3–4)

Cōis opi. (margin, beside "modauerit" line)

quinta

quinta limita. in d.l. fin. & Capicius decisio.Neapolitana. 159.nu.10. Limitatur quartò,quando talis pactio,siue con uentio ueniret ex necessitate contractus præambuli, & tūc ratione istius contractus præambuli ualet, & tenet, ut in l. si cum dotem.§.si uir,qui legitur cum.§. siue autem.ff. sol. matr.& ibi ita tenet Alex.glo.& Ias.nu.7.in sexta limita.in d.l.fin.& Boerius consi.50.nu.8. Limitatur quintò,quando pactum de futura successione esset reciprocum , seu uicissitudinarium,uti si aliqui paciscuntur non de hæreditate tertij quærenda,sed inter se hoc modo, quòd altero eorum præmoriente sine liberis bona eorum ad superstitem, uel eius liberos deferantur,tunc ualet talis pactio, seu conuentio,& non censetur improbata. secundum Ioan.Andr. in add.ad Spec.in titu.de instrum.edi.in §. porrò. col. fin. Ang.in l.hæreditarium.ff.de bonis autho.iu.possi.in l.sancimus.C.de dona.& consi.179.Oldra. consi.139.ad habendum aliquam notitiam,Ias.in d.l.fin.nu.7. in quarta limit. & consi.9.posito inter consilia feudalia Bru.Astensis.num. 10.circa medium,& Marsi.in sing.331. post alios quamplures ibi per eum relatos, & per istas allegationes, & authoritates constat istam esse communem opinionem, licèt aliqui quos refert Marsi.ibi,& malè tenuerint contrarium,& dicta regula communis, ꝙ pactio de futura successione uiuentis quærenda non ualeat,quia est plena tristissimi euentus. Ampliatur in septem casibus,& in septem alijs limitatur per Ias.in l.fin.C.de pactis.nu. 5.& 7. Cōis opi.

OPINIO CCXXXIIII.

Pactorum genera tria reperiuntur,secundum gl. in l.pacta conuenta.C. de pactis, inter quæ cōnumeratur pactum nudum, & istud pactum dicitur nudum à causa, & quando secum non habet dationem , factum, uel stipulationem, & per hæc tria cognoscitur pactum nudum , hanc expositionem sentit glo.in l.iurisgentium.§. sed cum nulla.ff.de pactis,in l.diuisionis.eo. titu.in l.solent, & in l.si dominus.ff. de præscrip.uerbis,& nota,ꝙ pactum in dubio intelligitur de nudo.l.legem ubi notant Salyc. Riminal. & Deci.C. de pactis,& in rub.eod.titu. nunc ex prædictis pono regulam fundatam in iure Canonico , ꝙ ex isto pacto nudo oritur

actio,poteram proponere aliam regulam negatiuam de iu re Cæsareo,& forsan magis generalem, Sed ubi est concur rentia Canonum, & Legum à Canonibus inchoãdum est, quia Canonistarum subiectum dignius est,ita dicit Abb.in c.inter alia.de immuni.ecclesia. imò ius Canonicum dicitur Diuinum.c.nimis.de iusti.& iure,& c. qualiter. il ij. de accusatio.Fely.hoc latè notat in procemio decret. in prin. reuertor igitur ad regulam propositam, ꝙ pactum nudum producit actionem de iure Canonico.c.1.& 3.ext. de pact. glo.& Archidia.in c.quocunque suffragio.12.q.2. & ita cõ muniter tenent Canonistæ. in d.c.1.ut per Ias. in l.iurisgẽtium.§.sed cum nulla.ff. de pact. nu.4. & in l.si quis maior. C.de transac.& in rub.ff.de pact.ubi etiam Moder.& ratio dictæ conclusionis uidetur isthæc, quia in foro Canonico proceditur de æquitate. c. dilecti, de iudi. facit alia ratio, quia inter simplicem loquelam, & aliam ius Canonicum non constituit differentiam.c.iuramenti.22.q.5. Ampliatur primo loco ista communis ita probata, quòd pactum nudum producat actionem, non solum in foro canonico, Sed etiam in foro seculari in omnibus terris subiectis Ecclesiæ. secundum Imo.in c.quæ in Ecclesiarum,col.23. de constitu.& Bal.in authen.ad hæc.C. de usu. ubi ait,ꝙ istud procedit, non solum in clericis, uerum etiam in laicis subiectis Ecclesiæ quoad temporalem iurisdictionem. Secundò extende istam conclusionem, ꝙ pactum nudũ producat,pariatq; actionem, non solum in omnibus terris ecclesiæ, sed in terris etiam Imperij secundum communem opinionem omnium Docto.quam allegat Fortunius Garzia. in c.1. de pactis, nu.10. Tertiò loco amplia ut procedat non modo ex pacto nudo,sed etiam quòd est fortius in simplici pollicitatione,ita tenet Ant.de Butrio.in c.ex par te,& Abb.in c.3.ext. de pact. mouentur præfati Docto. ad hoc dicendum,quia sicut ex uoto quis obligatur, & cõpellitur per ecclesiam, ita per simplicem pollicitationem ad similitudinem uoti,Sed contrariam partem tenuit expresse Ias.in d.§.sed cum nulla. nu.5. Quartò amplia istam cõ clusionem iuris canonici in curia mercatorum,& ubi proceditur de bono,& æquo,ut ꝑ Bar.notabiliter,in l.qui notus,per illum tex.& in l.fideiussor.§.quædam.ff.mand. Bal.

Cõis opi.

Cõis opi.

& Salv.in l.si pro ea.C.manda.& l.2.de const.& in c.1.col. pen.ext. de pact. ubi ait, quod ex pacto nudo agũt mercatores, & nũmularij inter se,& dicit notari,in §.pen.in auth. de fideiuss. & hæc ampliatio posset extendi ad omnes casus ubi proceditur secundum æquitatem,ut per Alex.cons.41.uel 42.uiso puncto,col.2.lib.3.& sic habes, quod ubicunque proceditur de bono,& æquo pactum nudum parit actionem. Limita istam conclusionem iuris Canonici, nisi pactũ nudum fuisset initum dolo, uel metu, quoniam tunc nõ produceret actionem etiam de iure Canonico, nec eo casu haberet locum dictum.c.1.ext.de pact.& hoc latè probat Ias. in d.§.sed cum nulla.nu.10.tradit, & aliam limitationẽ dictæ communi opinioni,& d.c.1.de pact.Præpositus Seneasis,in suis disputationibus inser.4.casu.3.quæstionis.

OPINIO CCXXXV.

Pactum nudum de iure Ciuili non producit obligationem efficacem, & sic non parit actionem, Sed bene exceptionem.l.iurisgẽtium.§. sed cum nulla.ff.de pactis, & ista est communis opinio,ut per Ias. & Moder. in d.§. sed cum nulla,idem Ias. in l. si quis maior.C. de transac. Moder. in rub.ff. de uerb. obliga. Maranta. in tracta.de iudicijs,in 6. parte. 2. partis super nono actu. nume. 24. & Berengarius Ferrandus, in repetit. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt.nume.30. cum alijs sequen. in 1. lectu. & ratio dictæ communis colligitur, ex d. §. sed cum nulla, nam ubi non est causa,ibi non est causatum.l.manumissionis. ff. de iusti. & iure,sed ratio est quodam causatum,l.licet.§. ea obligatio.ff.de procurato.ergò non potest sine causa oriri,sed pactum nudum dicitur,cui non subest causa ut habetur, in d. §.sed cum nulla,hanc rationem tradit Bald. in rub. ext. de pactis, col.3. in fin. Amplia istam communem procedere etiam si debitor suo iuramento confiteretur, & affirmaret nudum pactum, nam per hoc non teneretur soluere,ita dicit Bal. in l.fin.col.2.C. de fideicommi.referens,ita tenere Innocen.in c.1.quòd metus causa. Limitatur ista communis, ita ampliata nõ habere locũ in promissione geminata, nam promissio geminata quãuis reperiatur facta, celebra- Cõis opi.

taq; pacto nudo nihilominus producit actionem.l.1.§.debitum.ff.de consti.pecu.& §.constituta. institu.de actio. & per nonnullas optimas rationes comprobat dictam limitationem Ias.in l.1.nu.11.ff.de uerbo. oblig. & communiter omnes Canonis.in c.per tuas.de arbit. & in c.cum contingat de iureiuran. & istam esse communem scribit Alcia. in rub.ff.de uerb.oblig.nu.14. & dictam communem limitat etiam Ias. in sexdecim alijs casibus.in d.§.sed cum nulla,& in uno duntaxat utillimo limitat quoque Petrus Duénas in regula.16.actio ex pacto nudo,quos uide.

OPINIO CCXXXVI.

Pater habens duodecim filios excusatur tam à muneribus personalibus, seu à collectis quibuscúque; quàm etiam à patrimonialibus. l. si quis decurio. C. de decurioni. lib. 10.ubi hoc tenet glo.Bar.Andr.de Baru.& Ioan.de Plat. & Bar.in l.semper.§.demonstratur de iure immuni. & ista est magis communis opinio omnium Docto.in præcitatis locis,ut meminit Ana.consi.fin.col.1. & seq. & Bologninus. in add.ibi,& Couarruuias.in epito.in 2.par.cap.8. num.1. fol.paruo.146. & hoc admittunt omnes Doct. communiter in decurione, ut scilicet, dictus numerus duodecim filiorum illum excuset à quibuscúque muneribus. d.l.si quis decurio,& ibi per Bal.& glo.in l.1.C.qui.nu.libe.lib.10.& gl.& Bar.in rub.C.de decurio. eo. lib. Ampliatur hoc intantum procedere,ꝙ pater qui habuit dictos duodecim filios,& consequutus fuit immunitatem si postmodum moriatur aliquis ex istis filijs durat priuilegium. secundum Ioan.Andr.in c.decet indultum.in mercu.de regu. iuris.in 6.quem sequitur Alberi.in l.2.§.1.ff.de excusa.tuto.dicens ibi ita de facto obtinuisse,& in l.decet.ff.de reg. iuris, Fulgo.consi.52.Pau.de Cast.in l.si cum dotem.§.si maritus.ff. solu.mat.Deci.consi.24.col.2.in l.in omnibus causis. col. fin.ff.de reg.iur.in auth.præterea.in si.C.unde uir,& uxor, & in c.cum cessante. col.1. de appel. & ita consuluit Imo. consi.77.in 3.dubio,& ita tenet Ias. in l.sciendum. §. fin.ff. qui satisda.cogan. & licet contrarium sentiat Alex. in d.§. si maritus,tamen istam precedentem opinionem dicit esse communem Alcia.in tract.de præsump.in 1.reg.presump. 36 nu.

Cõis opi.

Cõis opi.

36.nu.2. à qua dicit non esse recedendum propter fantasiã Alex.in iudicando,& consulendo Barth.Soci.in d.l.sciendum.§.fin.

OPINIO CCXXXVII.

Pater habet usumfructum in omnibus bonis aduentitijs filij eo uiuente. l. cum oportet.C. de bonis quæ liber.& §. hoc quoque.insti. per quas perso.nob.ius acqui.quod quippè uenit intelligendum cum grano salis, uidelicet,in quæsitis per filium tempore emancipationis, secus uerò in postea quærendis, in quibus nullum usumfructum habet. l. 1. & ibi Pau. de Cast. C. de bonis quæ liber. & idem Pau. de Cast. in d. l. cum oportet, & istam opinionem scribit esse communem Aldobran. in præcitato. §. hoc quoque, imò plus dic,ꝙ nec expresse pater potest sibi reseruare usumfructum in bonis postea quærendis per emancipatum. secundum Ioan.And.in add.Specu.in titu. de nat. ex lib.uen. in fin. motus ea potissimum ratione, quia in acquisitis post emancipationem per filium pater nullum ius habet. l. si filius.ff.de uerb. obli. & in l.fin.ff.de stipu.seruorum,meritò huiuscemodi retentio nil operatur, & hoc idem ante Ioã. Andr.in loco superius citato posuit Oldra.consi.24.ut notat Ias.idem tenens,& in l.fin.nu.28.C.de pact. & Gerar.in sing.76. circa fin. Cõis opi.

OPINIO CCXXXVIII.

Pater naturalis tenetur duntaxat alere filiam, nõ autem dotare, secundum magis communem opinionem Docto. Cõis in c.cum haberet de eo,qui duxit in uxo. quam polluit per opi. adult.quam sequitur,& citat Alex. in l.1.ff.solu. matrimonio,Alcia.in rub.ff.de uer.oblig.Ripa.in rub ff.solu.matr. Paleotus.in tract. de notis,& spurijs.q.54. & Boerius deci sio.127. num.13.cum multis seq.& Petrus de Benintendis decisio.22.nu.1.& seq.ubi refert abũdè casum not. ob hoc decisum in Rota Bononiẽsi. & communis ista procedit de iure Canonico, & non de iure Ciuili, & istud ius seruatur hoc casu ubique.scdm Deci. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de cõsti. & hoc quòd pater de iure Canonico teneatur præstare alimenta spurijs ponit pro regula cum nonnullis limi-

tationibus,& ampliationibus Pet. Duennas.in tracta. suarum regula, in uer. filius spurius,& declarat taliter Pet. de Benintédis,in d.decisio.22.q circa hoc nihil intactum dereliquit.

OPINIO CCXXXIX.

Pater interueniens,seu promittens quouis modo pro filio non potest petere prius excuti filium principalem, sed ipse pater tenetur soluere uti principalis, & per consequés non potest gaudere beneficio,& fauore. auth. præsente.C. de fideiuss. & §.non solum, & §.si quis igitur. in auth.de fideiusso. ꝙ pater ante principalem conueniri non possit,ut est tex. singularis, in l.3.§.sed utrum,& ibi Bal.ff.de minoribus,& ita per illum text. tenet Barba. in c.peruenit,de fideiussor. nu.7. & in l.stipulationum. la ij.§.satis acceptio, col.5.ff.de uerbo. obliga. Stepha.Aufre.in add.ad decisiones capellæ Tholosanæ, in decisio.196.Boeri.decisio.221. num.6.& 14.& opinionem istam firmat etiam,& asseuerat esse conmuné post alios iam relatos Doct. Pirrus Englebermeus,in l.2.C.de decurionibus. lib.10.

Cõis opi.

OPINIO CCXL.

Peculium quasi castrense dicitur propriè illud, quod Aduocati,Clerici,& Magistri liberalium artium de publico acquirunt.l.fin.C.de inoffi.testa.unde si aduocati prædicti non ex publico, sed à priuatis personis ueluti clientulis aliquid recipiant pro eorum laboribus, & stipédio, adhuc dicitur esse quasi castrense peculium,secundum glo.in §.1. institu.per quas perso.nob. acqui. quam sequuntur Faber, Areti.Christopho.& alij communiter inibi, Cyn.Bar.Bal. Ange.Saly.& omnes,in l.fori.C. de aduocatis diuersorum iudiciorum,hoc idem tenet Bal.& Ias.in d.l.fin.& Bar.in l. fin.per illum tex.C.de silent.lib.12. licet speculator,& malè suadere conetur contrarium.in §.1.in titu. de actore,tamen quicquid ipse dicat noli recedere à communi opinione in iudicando,& consulendo,& probatur isthæc communis ex decisione,tex.in l.fori ubi tex.appellat quasi castrense nedum,quod ex professione,seu salarijs acquiritur, imò quicquid eius occasione quæritur, & sic priuatim; corroboratur

Cõis opi.

boratur secundo loco per mentionatos Doct. quia assessores non recipiunt salarium de publico. c. statutum. §. pen. de rescrip. lib.6. & nihilominus habent quasi castrense peculium. l.uelut.C. de assessori. & quatenus superius docuimus, ꝙ perceptum ex fructibus beneficiorum per clericos dicitur quasi castrense peculium, dic quòd clerici beneficia, & eorum fructus ex publico non percipiunt, sed procul dubio in eis dicuntur habere quasi castrense peculium. l.sacrosanctæ.C.de episco.& cleri.ubi Pau.& cæteri, Inno. Host. Cardi. Ant. Imo. Ancha. Abb. Barba. & Couarruuias. num.1.in c.quia nos,de testamen.& hoc procedit quoq; in clericis in minoribus ordinibus constitutis,quorum acquisita post ordinem susceptum censentur castrēsia, uel quasi, secundum Doct. omnes,& ibi Couarru. num.3.in d.c.quia nos,Deci.in c.in præsentia,de proba. nu.64. & Io.Lupi.in repeti.c.per uestras,super rub.§.42.num.13.de dona.inter uir.& uxo.unde pater percipiēdo fructus dictorum beneficiorum tenetur ad restitutionem eorum si extant, si uerò non extent cogitur ad pretium eorūdem fructuum, ut per Abb. & Cardina. Zabare.in d.c.quia nos,cum alijs plenius deductis,per Afflict.decisio.241.col.1.

OPINIO CCXLI.

Præscriptionem triginta, uel quadraginta annorum error iuris impedit,secundum glo.iuncto,text.in c.apostolicæ,de donatio.quam sequitur Abb. consil.34.col.1.uol.1. & consi.19.col.11.uolu.2.Pau.de Cast.consil.70.col.fin.& consi.429.uol.1.Ancha.consi.vlti.col.pen.in quo consilio subscripsit se Cardina. ut ibi clarè constat, & huiuscemodi opinionem fatetur esse communem Felyn.in c.de quarta,col.8. de præscript. quem sequitur,refertq; Curtius iunior cons.vltimo,col.3.& eandem sententiam,tenet Alex. consil.73. col. fin. uolu. 2. & consil. 46. in secundo dubio. lib.3.Soci. consi.29. col.7. libro. 1. & Bellamera consil. 7. col.pen.& consi. 10. col.9.& Balbus,in repetitio.l.Celsus, in prin. nu.17.ff.de usucapio.ubi,in d. nume.17.cum alijs seq. limitat communem præmissam in quinq; casibus, & d. repet.posita reperitur.in fi.tract.de præscri.eiusdem Balbi. Com. opi.

In

in contrariam uerò partem, quòd error iuris nõ impediat præscriptionem longissimi temporis inclinauit titubanter Pau.de Cast.consi.406.col.3.uol.1.consi.3.circa finem. cõsi.44.col.11.& consi.81.col.4.uol.2.idem tenet Bal. consi. 221.circa fin.lib.1.& consi.52.in fin.lib.5.Rom.consi.123. col.3.idemq; uidetur uelle Abb. consi.37. in tertio dubio. lib.1. idem sentit Calca. consi.68. col.2. Rota Romana.in decisio.310.nota,quòd ex minus.in antiquis Calderi.consi.2.uol.2.in titu.de constitutio.Federi.de Senis cons.247. Guido Papæ.in q.159.ubi ait,quòd Prælati alienatio absq; capituli consensu præbet iustam præscribendi ansam, idē concludit, & sequitur Ripa. in l.1. col.3.ff. quorum bonorum,& Crauet.consi.166.nu.13.in quibus locis ambo asserunt, quòd spurius hæreditatem paternam præscribit triginta annorum curriculo,licèt in iure erret,credens se capacem esse cum non sit,post Bal.in l.nullo.C.de rei uendi. & quòd iuris error nón impediat longissimi temporis præscriptionem. tenet Imo. in l. nunquam.ff.de u'ucap.Soci. consil.33. col.3.uolu.4.nonnulliq; alij relati per Felyn. in
Cõis opi. præcitato. c. de quarta. col.11. & hanc opinionem fatetur audacter esse communem Alexandrinus consi.75. col.2.& consi.154.circa fin. quamuis dictos Doct. omnes non referat; retenta itaque ista ultima opinione negatiua tanquam frequentiori calculo approbata, & magis iuri, & æquitati consona dic procedere in multis casibus,præsertimq; quãdo præscribens tractaret de damno uitando, & ecclesia, uel minor de lucro captando, tunc error iuris nullo pacto uideretur obesse præscribenti.l.iuris. la ij.in fin. & l.error. C.de iuris,& facti ign.facit. tex. in l.qui testamento. in fin. ff.de excusat.tuto.ubi sententiæ inualidæ error, quæ putabatur ualere excusat à damno, & absque dubio iste casus procedere uidetur in minore,muliere,milite, & rustico in quibus magis tolleratur error iuris,quando agitur de damno uitando.per ea quæ habentur, per Moder.in l.si quis id quod.ff. de iurisdi.omnium iudi.& in l.iuris ignorantia.C. qui admitti, procedit similiter dicta communis, quando præscriptio habet in se naturalem æquitatem hoc casu iuris error non noceret, puta si quis præscriberet relicta sibi in testamento minus solemni,& ita in hoc casu tenet Bal.

con'i.

consil.179.circa fin. uolu. quarto.

OPINIO CCXLII.

Praescriptio.

In præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium allegatio tituli non foret necessaria.secundum gl.in c.super quibusdam.§. præterea. in uer. non extat.de uer.sig. quam sequitur Abb. cons.7.col.4.lib. 2.Federi.de Senis consi.234.col.2.Ioan.Fab.in §.æque.institu.de actio.Calderi.consi.1. in titu.de libelli oblatione, Gozadi.consi.8.col.8.Soci.consi.127.col.pen.uol.1.quod est repetitum,in consi.181.uol.2.Iasin l.si certis annis.col. fi.C.de pactis, & Canonistæ omnes communiter.in c.1. de præscr.lib.6. de qua quidem communi attestantur Moder. ibidem; Sed tamen contrarium uidetur tenere, ac concludere expresse Alex.consi.74.col.3 propè fin.uol.4. Fely.in c.accedentes.col.5. de præscript. & Curtius iunior consil. 158. col.4. uidelicet, ꝙ tituli allegatio in huiusmodi præscriptione sit necessaria, siquidem secundum eos non uidetur prodesse præsumptio tituli, nisi allegatur. l. cum quid ff.si cer.peta. cæterum parum obstat authoritas Alex. Fel. aliorumq; superius relata,utpotè quia præfati Doct.loquũtur in his quæ non sunt præscriptibilia etiam per tempus cuius initij memoria in contrarium non extet, uerbi gratia data præscribentis incapacitate circa beneficiorum collationem,uel circa decimas iuxta. tex.in c.quanto.de consuetu. Seu quando lex præscriptioni expresse resistit, ut in casu.c.accedentes.de præscrip. uel in materia procurationis,quibus casibus temporis cursus nil operari potest,ut capacem reddat eum,qui sit incapax, quapropter necesse est, ut titulus exemptionis, seu priuilegij allegetur, & ad probationem huiusmodi tituli probare opus foret temporis cursum, cuius initij memoria in contrarium non extaret, secus uerò si essemus in materia præscriptibili, & absque titulo, tunc profectò non esset necessaria allegatio tituli, & multo minus huiusmodi casu necesse esset probare quid factum esse, tanquam ex causa alicuius tituli non necessarij, ut notat Fely.in c.causam quæ de præscrip.col.4.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO CCXLIII.

Princeps de plenitudine potestatis non potest auferre ius perfectè acquisitum alij ministerio iuris Ciuilis sine causa, ueluti per sententiam, præscriptionem, aut aditionē hæreditatis, quoniam licèt modus acquirendi sit de iure Ciuili, nihilominus ipsum dominium est de iure gentium. secundum Doct. communiter, in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. in l. fin. C. si contra ius, uel uti. publi. & in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. quam communem sequitur Ias. in l. si is qui pro emptore, col. 54. & col. 65. ff. de usucapio. & in d. §. & quid si tantum. nu. 125. & in d. l. fin. C. si contra ius, uel utili. publi. in 7. limita. Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum. nu. 33. Alex. Soci Galiau. & Moder. Hispani. in d. §. & quid si tantum. Iaco. Nigri. in rub. ff. si certum pet. nu. 15. & Ruinus consil. 95. nu. 1. & 9. uol. 1. & Bellonus consi. 2. nu. 2. & seq. & ista est magis communis opinio, quam sequitur, & citat Parisi. consi. 101. nu. 70. uolu. 1. Soci. iuni. consi. 120. nu. 32. uolu. 3. Crauet. consi. 172. nu. 3. consi. 103. col. 1. consi. 135. nu. 20. & seq. consi. 172. col. 2. & consi. 7. num. 10. Contrariam uerò partem quòd Princeps possit auferre ius perfectè alteri acquisitum sine causa tenuit Ange. in l. Lucius. ff. de euictio. Abb. in c. ex parte, il ij. de officio delega. Bertran. consi. 301. nu. 5. uol. 3. & Ias. sibi contrarius in consulendo tenet hoc idem in consi. 1. col. 7. libr. 1. ubi sequitur Bald. in l. fin. C. senten. rescin. non poss. ubi ait, ꝙ Princeps potest rescribere contra sententiā, quæ transiuit in rem iudicatam, dicens illud dictum Bal. esse singulare, & auferre dominium acquisitum mediante tali sententia, similiter idem Ias. consil. 127. col. 3. lib. 4. arguit pro opinione Pau. de Cast. in l. cum hæredes, in prin. ff. de acq. poss. & in l. 3. ff. de testamen. ꝙ Princeps possit legitimare spurium post aditam hæreditatem per agnatos dummodo possessio bonorum nondum apprehensa sit, eandem opinionem sentit idem Ias. consi. 93. lib. 1. ubi uoluit ꝙ Pontifex eximendo monasterium à decimis in consequentiam præiudicat Laicis, quibus decimæ debentur, quia non attenditur præiudicium, quod uenit in consequentiam; his igitur non obstantibus prima opinio, quòd ius quæsitum

Cōis opi.

per

per aditionem hæreditatis,aut per ſententiam uidetur magis communis,& ſequenda,ut audacter aſſerunt Moder. in d.l.fin.C.ſi contra ius, uel uti.publi. Capicius deciſio.166. nu.4.& 10.Crauet.in d.conſil.172.nu.3.& alij quamplurimi ſupra relati, quæ quidem communis interpretatur non procedere quotieſcunque Princeps tolleret ius quæſitum de iure gétium ex cauſa, & ut illud ex cauſa auferri poſſit, requiritur ꝙ ſit huiuſmodi cauſa, quæ principaliter reſpiciat utilitatem publicam. ſecundum Bart.in l.quæcunque, in fin.C.de fide inſtrumen.& iure haſtæ fiſca.lib.10. Oldra. conſil.224. iſtæ ſunt allegationes, col.7. Pau. caſt. conſil. 177.conſi.229.col.2.conſi.287.col.1.lib 1.Deci.conſi.361. col.pen.& conſi.588.col.3.poſt Fely. in d.c. quæ in eccleſiarum,Iaſ.in l.Barbarius,col.6.ff.de officio præto.& conſil.233. col.7. lib.2. & iſtam ſcribit eſſe magis communem opinionem Alex.conſi.361.nu.50. uol.2. Limita ſecundo loco dictam communem opinionem non procedere,quando Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferret dominium alterius de iure gentiũ quæſitum,tunc enim certum eſt principem poſſe id auferre. l. item ſi uerberatũ, ubi Bar.& Ang.ff.de rei uend.& alij ſcriben.in l.Antiocenſium.ff.de priuile.credi. & quòd remuneratio ſi ſufficiens cauſa Principi ad tollendum dominium alienum conſuluit Deci.conſi.498.uiſo caſu propoſito,col.7.& cõſi.588. uiſo puncto, col. 5. poſt alios relatos, per Grammaticum deciſio.66.num.2. & ſequen. Cõis opi.

OPINIO CCXLIIII.

Bannitus, ſeu deportatus reſtitutus recuperat bona confiſcata.l.1.2.& 3.C.de ſenten. paſſis,ſed bona alienata,& in tertium interim tranſlata aliquo modo per reſtitutionem ſibi factam non recuperat,unde reſtituto bannito eius reſtitutio non trahitur ad bona in tertium alienata. ſecundum Bar.& Bal.in l.fin.eod.titu.Bar.& alios Docto.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthum.Cardina.in cap. quia diligentia, de elect. Abb. in c. 1. de parochi.& in cap. ex tua,in fin.de cleri.non reſiden.Imo.in cap.in noſtra,de iniur. Barb.conſi.43.col.4.uolu.2. Calca.conſil.36.nume. 29. conſil. 52, nume. 12. Iaſ.conſil.21.in fine. uolu. tertio, Princeps.

hoc

hoc idem tenet idem Abb.in c.inter quatuor. de maior.& obed.ubi Fely. atteſtatur hanc eſſe communem opinioné, & conſtat ex allegatis,per Alex. & Moder.in d.§. & quid ſi tantum,præcipueq; per Iaſ. nu.70.Garziam. nu.235.& Galiaul.nu.68.ibi.& per Ruin.conſi.31. num.21.uol.5. Ampliantur prædicta non ſolum procedere in dubio, ſed etiā quando Princeps, uel ſuperior uellet expreſſe ſub reſtitutione compræhendi bona interim alienata.ſecundum Bal. Cyn.& Alex.in d.§.& quid ſi tantum,& Iacob.Menoch. in tract.recuper.poſſeſ.remedio.10.nu.116. cum alijs relatis per eum. Sed Cardina. in d. c. quia diligentia uidetur expreſſe tenere contrarium, uidelicet, ꝙ reſtitutio facta per Principem,uel ſuperiorem cum clauſula prægnanti, quòd bannitus pleniſſimè reſtituatur,ita ꝙ nihil de banno opponi poſſit trahatur, & extendatur ad bona in tertium alienata,cum quo quidem Cardi.ſentiunt omnes Doct.magis cōmuniter,ut ſcribunt Moder.in d.§.& quid ſi tantum,& Iaſ. ibi.nu.77.Galiaula.nu.64.Rui.num.120.Fortun.num. 153. Emanuel à Coſta.par.2.nu.144.Pariſ.conſi. 69. nume. 196. uol.3.& Fely. in d.c.inter quatuor;& licèt iſte reſtitutus recuperet bona non alienata,ob hoc non recuperaret in iſto caſu,nec in aliquo alio caſu fructus,qui donec extiterat bānitus, à fiſco, ſeu ab alio priuato fuiſſent percepti. text. eſt ſingularis.in auth.idem de Neſtorianis.C.de hære. ſecūdū omnes Docto.communiter qui ita tenent, ut refert Iaſ. in d.§.& quid ſi tantum.nu.64.ubi etiam Moder.omnes.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCXLV.

Prodigus citandus eſt in datione curatoris. ſecundum Ang.Pau.de Caſt.Alex.Imo.& Moder. in l.is cui bonis ff. de uer.oblig.& iſta opinio eſt communis,ut audacter aſſerit Clau.Aquen.ibidem.col.4.& Cagnolus. in l.furioſi. circa fin.ff. de reg. iur. & in praxi obſeruari aſſeuerat inibi. in add.ad Deci.Caro.Molin. in contrariam uerò ſententiam inclinauit Deci.conſil.274.col.fin. & in d.l.furioſi,& Hierony.Chucalon.ibi,in add.& Ruinus conſi.89. num.13. & ſeq.uol.5.& Vaſq.in tracta.de ſucceſ.proceſſu.lib.1.§.1.nu. 71. Quicquid iſti tamen dicant, ſuadeantq; non ob hoc diſcedendum arbitror ab opinione affirmatiua,quæ uidetur com-

Cōis opi.

communis obseruaturq; in practica, ut supra docuimus, & omnibus ferè fundamentis Deci. & aliorum, quàm optimè respōdet Aquen. in d.l. is cui bonis, & Cagnolus ubi supra. & ei inhæret quoque Tiraque. in tracta. res int. al. ac. limit. 41. fol. par. 24.

OPINIO CCXLVI.

Prodigus notoriè prodigus rediens ad sanos mores ipso iure desinit esse sub cura absque iudicis facto, aliàs opus est sententia. secundum Iaco. de Aret. & Bar. in l. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. quorum opinionem sequuntur asseuerantes esse magis communem Ias. ibidem. col. 9. & Hierony. Butigella. nu. 33. & Iaffre. decisio. 62. & Doct. post Bal. in l. 1. C. de curato furiosi. per text. ibi, & hoc idem dicendum est in furioso, qui ipso iure desinit esse furiosus postquam ad sanos peruenerit mores. d. l. 1. C. de curato. furio. & ibi Bal. post Pet. de Bellaper. & in l. humanitatis, & ibi Docto. C. de impube. & Guido Papæ decisio. 240. hoc intelligens procedere quando biennio, aut triennio post stetit prudēs, & discretus, quicquid uoluerit Bart. in d. l. is cui bonis, quem plures Docto. ibidem sequuntur, & Deci. consi. 274. col. 2. nihilominus dicta Barto. opinio uerior uidetur per d. l. 1. C. de curat. furio. ut referunt scriben. in d. l. is cui bonis. Cõis opi.

OPINIO CCXLVII.

Prodigo etiam notorio non est ipso iure per legē bonis interdictum, Sed requiritur sentētia iudicis declaratoria. secundum glo. Bart. Bal. & Pau. de Cast. in l. is cui bonis. ff. de uer. obl. Imo. in l. is cui. de testamen. & Bar. in l. tutores, per illum tex. in fin. de admini. tuto. & istam opinionē scribit esse communem Boeri. decisio. 33. nu. 37. Alex. Pau. de Cast. Aret. in d. l. is cui bonis, quos refert Ias. ibi. col. 4. & de dicta cõi audacter mentionem fecit etiam Hier. Butigella ibid. nu. 2. & is. ubi latè eam declarat. Cõis opi.

OPINIO CCXLVIII.

Prodigus, & furiosus in omnibus, & per omnia non conueniunt, quia furioso statim per legem est interdicta administratio,

niſtratio, ſed prodigo etiam notoriè, & manifeſtè non interdicitur adminiſtratio per legem, ſed per iudicem. ſecundum glo. in l. 1. de curato. furio. & glo. Bar. Ange. & Pau. de
Cõis Caſt. in l. is cui bonis. ff. de uer. oblig. Dyn. Bar. Bal. Ang. &
opi. Imo. in l. is cui. de teſta. & iſta eſt communis opinio, ut per Moder. in dictis locis, & Boeri. deciſio. 33. nu. 35. & ſeq. & diximus ſupra.

OPINIO CCXLIX.

Procuratoris officium uiliſſimum eſt, & ſimiliter nõ publicum, ſed priuatum eſt. §. fin. & ibi latè Areti. inſtit. de exceptio. & probatur expreſſe. in l. ſi quis procuratorem, & ibi Barto. C. de decur. lib. 10. meritò procurator ipſe illud, quod acquirit mediante officio ſuo procurationis non dicitur, nec dici poteſt peculium quaſi caſtrenſe, ſed aduentitium, ita uoluit Bal. & Areti. in l. fori. C. de aduocatis diuer
Cõis ſorum iudiciorum, & Bald. in l. cum oportet. col. pen. C. de
opi. bonis quæ liber. quorum opinio non habet contradicentem, & communem afferunt eſſe Docto. paſſim, præſertimq; Riminal. in §. 1. inſti. per quas perſo. ius nobis acqui. nu. 61. & ſeq. licèt ipſe ibi, & malè per pulcherrima fundamenta conetur ſuadere contrarium.

OPINIO CCL.

Procurator diligenter fines mandati cuſtodire tenetur. l. diligenter. ff. manda. Quod latè declarat Iaſ. in l. 1. nu. 37. ff. de offi. eius, in l. ſi mora. nu. 25. ff. ſolut. matrimonio. in l. 1. §. ſi procurator. nu. 3. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid. ff. de acquir. hæred. ſed quotieſcunque procurator, tutor, uel curator promitteret nomine proprio tantum, & ultra nomen officij indubitanter obligarentur, quoniam præſumuntur egreſſi officij naturam, proinde ex huiuſmodi obligatione perpetuò tenentur. l. procurator qui de euictione. ff. de procurat. ubi Bar. fatetur eſſe unum ex caſibus, in quibus ſtamus certo, & cũ
Cõis eo ſentiunt cæteri communiter ibi, ut omnes Doct. teſtan
opi. tur in dicto loco, Soci. conſi. 2. uol. 2.

OPI-

OPINIO CCLI.

Procurator in capitalibus causis nõ auditur, nec admittitur. l. pen. §. ad crimen, de publi. indi. & l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurato. & dato, quòd non compareat per se delinquens, sed per procuratorem in causis prædictis specialiter constitutum, & plenariè instructum reputandus est contumax, secundum Ioan. And. in c. fin. de iure calum. Ang. in l. si actor. ff. de procurato. & in l. fin. eod. tit. ubi ait, q in palatijs ita seruatur, & hoc idem testatur August. in add. ad Aret. in tract. de malefi. in uer. qui iudex uidens, q inquisiti, col. 8. & ita iudicaui reputando infinitos delinquentes contumaces casibus euenietibus dum eram iudex criminalis in ciuitate Terami anno Domini 1560. tamen limita prædicta, quòd admittendus est procurator ad allegandum iniustitiam, seu nullitatem banni, quæ uentilatur seorsum à negocio, seu delicto principali, ita not. Ang. ibi, & idem uidetur concludere Ioan. de Imo. in c. ueniens, ext. de accusa. & Ioan. de Anania ibi. col. 7. ubi aiunt omnes Doct. communiter hoc tenere ibidem, q procurator, seu informator de defensionibus absentis potest in cã criminali audiri, & ad hoc subdit Imo. loco de quo supra se aliàs fecisse porrigi capitula iudici per procuratorẽ, ac nominari testes, qui supra eis possent iudicem informare cum protestatione, q uellet super eis ueritatem inuestigare, cum ad id nemine petente, & ex se ipso teneatur, aliter imputandus foret in sindicatu, propter hoc asserit idẽ Im. magnum uerbum, uidelicet, se euasisse unum delinquẽtem à sententia banni, & refert Anania, in d. c. ueniens, col. 7. & sequitur consulendo Marsi. consi. 6. nu. 24. & istorum opinionem sequitur quoq; approbat, & inquit cõem Grãmat. consi. ciuili. 37. nu. 10. cum alijs seq. & ista consuluit Alexã. del neuo, consi. 90. per tot. item limita. 2. quod procurator admittitur quoq; in causa capitali, qñ sententia contra absentẽ ferri posset. tex. est, in d. §. publice, & not. But. & Abb. in d. c. ueniẽs. & ista est cõis opinio Doct. utriusq; cẽs. teste Alex. del Neuo, in d. cõs. 90. nu. 3. & q̃uis, ut superius docuimus procurator in capitalibus interuenire nequeat, tñ põt interuenire in cã criminali, in qua uenit imponenda pœ-

Cõis opi.

Cõis opi.

na relegationis, uel minor, ut sentit glo. in d.§. publice, & in d.§.ad crimen, & in c.ueniens, & istam opinionem recitant esse communem, & obseruari in practica Moder. in §. ad crimen, & Berous, in d.c.ueniens, nu.35. & 39. in cōtrariam uerò sententiam præcipitanter inclinauit, gl. in auth. quod ius.C.de procurato.Bar.in d.§.ad crimen, & Saly. in l.reos.C.de publi.iudi. Quicquid ob hoc isti celebres Docto. suadeant non discedo à prædicta communi, quam sequitur, & tuetur ab omnibus contrarijs Berous, in d.c.ueniens, & his utiliter accedit ad præmissorum declarationē. quòd ubicūque in causa criminali admittitur procurator si dubitatur de mandato debet caueri de rato per procuratorem rei, secundum Bal. in l.non solum.§.fin.ff.de procu. & hoc idem dicendum est in procuratore accusatoris per eandem, & fortiorem rationem, per not.per Bar.in d.§.ad crimen. & alios casus ferè infinitos, in quibus procurator in causis criminalibus admittatur ponit plenè, ac distinctè Bertachi.in 2.par.sui repertorij, in uer.procurator, in criminalibus causis, sub nu.40.cum alijs seq.

Cōis opi.

OPINIO CCLII.

Pontifex in beneficialibus obtinet plenissimam potestatem, clemen. prima, ut lite penden.c.2.de præben.lib.6.& istud non solum procedit in conferendo, sed in auferendo etiam, postquam contulit, unde ipse Pontifex ad libitum potest priuare clericum beneficio, etiam sine causa, secundum Gemini.in c.si gratiose, col.3. post glo.ibi.de rescrip. lib.6.idem uoluit Gemini.consi.8.col.3.in consi.88.col.1. consi.99.col.2.& consil.141.col.7.Federi.de Senis consil. 200.col.1.Pau.de Cast.consi.253.col.2.& consil.287.col. 1.& seq.& consi.414.lib.1. per tex.in c.per principalem.9. q. fin. Roma.consil.359.in quinto dubio, ubi dixit, q; Papa potest in totum tollere ius quæsitum uni Ecclesię, etiam ex contractu aduersus aliam Ecclesiam. Soci.consi.13.col.6. & seq. lib.1.Alex.consi.2.col.fin.uolu.1.Corne.consil.90. col.fin.uol.4.Calca.cōsi.7.Deci.in c.quæ. in Ecclesiarum, col.11.de constitu.in c.fin.col.3.de confirma.uti.uel inuti. consi.141.circa fin.consi.157.col.2.Ias.in l.Barbarius, col. 8.ff. de officio præto. in l.quoties, col.3.C.de rei uendi.& consi.

consi.19.col.4.uolu.3.quamuis,in d.l.quoties dicat se non ponere pro constanti,& in l.fi.col.fi.ff. de pact.ubi examinat quæstionem istam ab utraque parte,nec aliter determinat; Cæterum Ripa,in 2.lib.responsorum,de rescrip. in c.19.col.3. affirmat Papam posse absoluta potestate priuare quem beneficio absque causa,& Ioan.de Silua, in tracta.de beneficijs,in 3. parte. q.8. in contrariam uerò sententiam inclinauit Roma. sibi contrarius, uidelicet,Pontificem nō posse clericum, seu prælatum priuare beneficio absq; causa consi.345.& consi.467.per tex. in c.conquerente,de restit.spoliat.& in c.quamuis.7.q.1.Barba.in c.ꝙ translationem,nu. 121,de officio delega. & consi.12.col.5.uol.3.Ias. titubanter,& sibi parum constans,in d.l.fi.ff.de pactis, col. 2.consi.145.col.2.& seq.consi.213.col.5.lib.2.& consi.46. col.4.lib.3. Fely. in d.c.quæ in Ecclesiarum,col.3.Ripa,in primo lib.responsorum,de legibus, cap.14. col. pen. Ioan. de Silua,in memorato tract.de beneficijs,in 3. parte.q.60. Rebuffus,in tract.de beneficijs,in 21.q.princ. nu.55.Franciscus Marci. latissimè,decisio.seu quæstio.1022. per totā, & Abb. in c. quæsitum de rerum permutatione. ubi expresse uoluit clericum posse priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis scandali, & ista est communis opinio, ut asserit Deci.in c.cum teneamur,nu.13.de præben.& dignita. Sed in hac ambiguitate quid dicendum? Ego casu eueniente trāsirem cum tuta iudicio meo distinctione tradita nouissimè,per Augustinum Beroum, in d.c.quæ in Ecclesiarum,de constitu. nu.167. cum alijs seq.quam breuitati studendo aliter non recenseo, Sed uidendum esse omnibus consulo, ac suadeo. & circa hoc uide aliam conclusionem similem positam supra,in uer. Princeps. Cōis opi.

OPINIO CCLIII.

Pupillus sine tutoris authoritate infra. 14. annum non potest contrahere societatem ut habetur,in l.1.C. pro socio, & not.Capra consil.17.nume.3.quia quicquid uidet,& quicquid audit ignorat.l.fin.circa fin.ff.rem pupilli sal.fore.l.fin.ff.de iuris,& fact. ignoran. & l.1.ad finem.C.de fal. monet.& hoc habet locum non solum in societate expressa,uerum & tacita,ut deducit Crauet.consi.286.nu.1. idq;

interpretatur non procedere ubicúque pupillus post finitam ætatem pupillarem ratificaret talem societatem, tunc enim ualidatur societas ista interueniente ratihabitione, secundum Bal.in add.ad Bart.in tract. de duobus fratribus simul habitan.quem sequitur Alex. consil.49.col.2. & seq. uol.1.& Cranet.in d.consi.286.nume.2. Amplia primum

Non condit testamentum. istam conclusionem ita declaratam, ꝙ pupillus ipse minimè potest facere testamentum.l.qua ætate.ff. de testa. imò nec pupillus miles potest testari,ut est tex. mirabilis,& formalis,in l.fin.C.de testa.mili. per quem text. determinauit eleganter,& doctè Ang.in l.si quæramus.ff.de testa.quòd si

Nec et miles. statutum disponat,quòd pupillus possit facere testamentũ. huiusmodi statutum nõ ualeat, per d.l.fin. & eum sequitur ibi Ioan de Imo.licet aliter dixerit Bar. ibi,& malè,& malitia quoad hoc non supplet ætatem, adeo quòd pupillus

Quid si fuerit doli capax. etiam doli capax non potest condere testamentum. l.fi.C. de restitu.mino.& ibi per Docto.& per Barba.in c.Rainutius,col.28.de testamen.istudq; procedit etiam si pupillus

Amplia et ad pias causas. uelit ad pias causas testari,ut per Bar.in l.1.q.2.C.de sacro san.eccle.Ias.in l.rescripta.C. de preci.imper. offeren.col.

Cõis opi. fin.& Dec.post alios ibi congestos per eum, in l.pupillum, nu.5.ff.de reg.iur. & istam ait esse communem opinionem Abb.in rub.nu.9.de testa. & Iul.Clar. cum cæteris signatis per eum,in tracta. de testam.q.5.sed hoc fallit,quando pupillus doli capax ex Principis licentia, seu indulgentia faceret testamentum, quippe quia Princeps pupillo doli capaci potest dare, pariter ac concedere testamenti factionem,ut per Bar.in l.si quamuis.ff. de testa.Alex.in memorata.l.fin.cum allegatis per Ias. in d.l.rescripta,in fi.& Deci.in d.l.pupillum,circa fin. fallit etiam quotiescunque pupillus doli capax in euentum mortis donando disponeret de bonis suis sub conditione si ipse decesserit in pupillari ætate, & similiter confirmaret talem dispositionem iuramento, tunc quidem exploratum est talem dispositionem ualere,ut per Bar.Alex.cæterosq; Doct. in l.qui iurasse.ff. de iureiu.& Ias.post Bart.in auth.sacraméta puberum.C.si

Cõis opi. aduer. uendi. & ista est communis opinio, ut scribit Deci. in d.l. pupillum, quæ profectò communis cõprobatur ista ratione, quoniam astringitur etiam talis impubes religio-

ne

ne iuramenti.l.fin.ff.de li.cauſ.c.paruuli.22.q.5.Abb.con-
ſi.108.lib.2.Barba.in c.quia ingredientibus,col.5.de teſta.
& Pau.caſt. conſil.213.lib.1. Ampliatur ſecundo loco, q
pupillus neque poteſt eſſe Notarius,ſecundum Bald.in d.l.
impuberem,in princ. & Deci.in l.item impuberes.nu.9.ff.
de reg.iur. Ampliatur tertiò, q impubes neque iudex eſſe
poteſt.l.cum prætor.§.non autem.ff.de iudi.& not. Maran
ta.in tract.iudicio.in 6.par.nu.98.fol.158.& Deci.in l.fœ
minæ.§.impuberes,nu.2.ff.de reg.iur. Ampliatur quartò,
q pupillus ipſe regulariter accuſare non poteſt propter ca
rentiam rationis,& intellectus,ut l.1.& 2.ff. de accuſat.no.
Bar.in l.2.§.pupillus,in prin.& in l.qui accuſare nu.4.ff.de
accuſat.ideò accuſatio facta ab iſto pupillo, & alijs perſo-
nis inhabilibus eſt nulla ſi excipiatur,ut per Bart. in l.1.§.
accuſationem.ff.ad Turpi.Alex.in l.in prouinciali.§.fin.ff.
de noui oper.nuncia.Aret. in c.1.de iudi.ubi Abb.& Imo.
& Salyc.in l.clarum.C.de autho.præſi. Sed hoc fallit non
habere locum in adulto , & minore uiginti annis , tunc li-
cet ſit minor.25.poteſt accuſare,ut uoluit Bart.in l.2.ff.de
accuſat. cuius opinionem aſſerit eſſe communem Abb. & Cōis
Auguſt.Berous,in c.1.de accuſatio.num.50.& ſeq.ubi eam opi.
comprobat optimis rationibus , fallit etiam quòd pupilli
accuſatio nõ eſt prohibita in crimine læſæ maieſtatis,adul
terij,& defraudatæ annonæ,ſecundum Ang.in tract.de ma
leſi.in uer.& ad querelam Titij,nu.39. Ampliatur quintò,
q pupillus minimè habet legitimam perſonam ſtandi in iu
dicio,ut latè per Abb.in c.fin.col.2.de confeſ. Ampliatur
ſextò,& ultimo loco quòd pupillus,& infans,qui caret om
ni intellectu, ut quia ſit duorum , uel trium annorum non
poteſt cum authoritate tutoris acquirere poſſeſſionem ,
nam furioſo æquiparatur.l.1.ff.de bono. poſſeſſ. infan.fur.
mut.& ratio eſt quia cum omnino careat intellectu nõ po-
teſt per tutorem ſuppleri . l. ſed & ſi manente . ff. de prec.
idemq; uidetur concludendum in furioſo , qui non poteſt
cum authoritate curatoris ; Sed debet ipſe ſolus tutor, ſi-
ue ſolus curator gerere,& acquirere poſſeſſionem;ſi autem
ſit pupillus,qui non careat omnino intellectu, uel infans ,
ut quia ſit quinque,uel ſex annorum,& per conſequens fa-
ri,& loqui poſſit,tunc iſte bene poteſt acquirere poſſeſſio-

nem cum tutoris authoritate, quia habet aliqualem intellectum, qui pôt per tutorem suppleri, ita loquitur, l. quamuis. §. infans. ff. de acqui. possess. & ad hoc bene facit, text. in §. pupillus, institu. de inutili. stipu. & ista opinio communiter tenetur, per Bart. Ang. Imo. Roma. Pau. castren. & Moder. in l. 1. ff. de acqui. possess. & ita etiam tenet Pau. de Ca. in l. pupillus, per glo. ibi. ff. de acqui. hæred. & Ias. attestatur de communi, in l. 1. §. 1. nu. 17. ff. de acq. poss.

Côis opi.

OPINIO CCLIIII.

Pubertati proximus dicitur ille, qui annum decimum, & dimidium peregerit si sit masculis, fœmina uerò proxima est pubertati si nonum annum cum dimidio compleuerit, secundum gl. not. & singularem, in §. pupillus, in uer. infantiæ, institu. de inuti. stipula. & in l. pupillum. ff. de regu. iur. quas asseuerat esse communiter approbatas Ias. in l. properandum. §. & si quidem, nu. 1. C. de iudi. Soci. in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acq. poss. Aret. in memorato. §. pupillus Deci. & Cagno. num. 2. in d. l. pupillum. In contrariam uerò sententiam inclinarunt complures Docto. qui quoad delicta illum esse proximum pubertati opinantur, cui ad ætatem perfectam sex tantum menses deficiunt, ita not. Bal. per illum text. in l. excipiuntur. ff. ad Sillania. quem sequitur ibi Ioan. Igneus, Corne. consil. 147. nume. 25. uol. 1. Ias. in auth. sacramenta puberum, nu. 15. C. si aduer. uendi. & Cotta, in memorali, in uer. pupillus, il j. nonnulli uerò scriben. opinionem istam sequuntur, non solum in delictis, sed alijs quibuscunque actibus, pro quibus est glo. in l. non tantum, ff. de excusa. tut. in c. continebatur, & in c. attestationes, de desponsa. impu. & abundè, not. Io. Igneus, in l. 1. § impuberes, & in l. excipiuntur. ff. ad Sillani. Sed his omissis puto hoc relinquendum esse iudicis arbitrio, quis dicatur proximus pubertati, si quidem hoc iudex debet arbitrari ex pueri discretione, & ex alijs circunstantijs contingentibus, ita tenet Ioan. Faber, in d. §. pupillus, Salyc. in l. impunitas. C. de pœnis, Ioan. de Ana. in c. 1. nume. 4. de delict. puerorum, Ant. de But. in memorato. c. attestationes, in fi. Ab. & Preposi. in d. c. continebatur, Deci. & Cagno. nu. 3. in d. l. pupillum,

Côis opi.

Relinquit iudicis arbitrio

lum, quod intellige procedere, ut declarat Couarruuias, in sua epito.de sponsa.in 2.par.c.5.nu.5.

OPINIO CCLV.

Promittens se facturum,& curaturum, &c.factum alienum si fecerit quicquid potuit non tenetur ad principale factum,nec ad interesse,secundum glo.in c.ex rescripto,de iureiu.Ant.de Butr.& Abb.in c.gemma,de sponsa.Aret.in l.si ita stipulatus.§.possum.ff.de uerb. obligat.& consi.142. col.4.Abb. consil.90.col.1.uol.1.Afflict.decisio.295.Ferrat.in cautela.43.Fely.in c. rescripto, nu.17.ex.de iureiur. Gomesi.in §.in personam,num.27.institu.de actio.Grammati.decisio.102.nu.82.& 110.Deci.consi.313. ubi meminit istam esse communem opinioné, ac ita in practica obseruari,ubi respondet Soci. contrarium consulenti, idem tradit Deci.consil.323.col.2.& concludit disputando per pulcherrima fundamenta Maranta in suis quæstionibus, quæ reperiuntur.in fin.sui tracta.de indicijs,in q.7.per totam,& Ruinus consi.67.uol.4. ubi consuluit in fortioribus terminis,quòd promittens se facturum, & curaturum cum effectu similiter excusari debet si adhibuit omnem conatum,quamuis nullus sequatur effectus,huicq; opinioni inhæret quoque consulendo Ioan.Baptis. Ferrettus consil. 128.& hoc sequitur etiam Maranta,in d.q.7.num.20.item promittens factum alienum sub pœna si omnem diligentiam adhibuerit excusatur ab hac pœna, eáq; penitus euadit,secundum Feder.de Senis consil.122.Ant.de But.Abb. col.pen.& omnes,in d.c. gemma,Alexã. in l. qui autem in apost.ad Bar.ff.de const.pecu.& ista est communis opinio. teste Aret.in d.§.possum,& Ias. in l.stipulatio ista,num.10. ff.de uerb.obliga.licet ipsi,& malè contrarium asseuerent, & communem præmissam sequitur quoque, & citat Cassadorus decisio.unica, sub nu.2.in titu. de mutuis petitionibus,& Maranta,in d.q.7.nu.11.cum alijs signatis per eum, & ita consuluit Fran. Areti. consil.80.col. 6.& in d.consil. 142. item promissor facti alieni cum iuramento non tenetur si fecerit quantum potuit de periurio,secundum glo.in d. c. ex rescripto, & ista est ueritas, ut disputando deduxit Maran.in d.q.7.nu.1. & 10. uerum promittens iste se factu-

Cõis opi.

Cõis opi.

rum,& curaturum,& c. si hoc non fecit quamprimum potuit in mora constituitur absque ulla interpellatione, secundum Bal.in c.1.§.ad hec,in titu.hic finitur lex Corrad. Areti.in l.si ita stipulatus.§.possum.ff.de uer.obli.& Alex. in l.quod te,col.6.si cert.peta.& Ruinum consil.42.nu.16. uol.1.& consi.136.nu.11.uolu.5.& ista est communis opinio,teste Curti.iuni.consi.74.num.6.ad tollendum itaque omne dubium circa præmissa traditur istud optimum remedium,per Doct. quòd quis promittat in instrumento factum,& interesse,& quòd nō uult posse excusari fecisse omnem suum conatum, quòd principalis obseruabit, sed uult teneri de suo proprio soluere,& obseruare contenta in ipso instrumento, tunc quippè promissor iste tenetur ad interesse dato,q͏ fecerit posse suum,secundum Deci.in d.cōsi.323.consi.330.col.2.& consil.345.col.fin.ubi post Abb. Areti.Soci.& Cuma.in aliquibus consi.ut ibi per eum hoc expresse firmat, & Maranta etiam elegantissimè, in d. q. 7. nu.25. & seq.ubi respondet Afflicto,contrarium innuenti, seu asseueranti,in d.decisio.295. & opinio ista Deci. & sequacium uidetur communis, & secundum eam consului, & obtinui in actu practico in causa magni momenti, non obstante decisio.Afflict.295.præcitata,quę intelligi debet secundum doctrinas,& leges,quas allegat,& in effectu mouetur per consi.Aret.142. & nōnullas alias doctrinas,quæ duntaxat loquuntur,quando quis promisit se facturum, & curaturum absque adiectione illorum uerborum, ut non excusetur promissor fecisse omnem suum conatum; ideò ostensis his,& alijs quamplurimis,quæ omissimus, & c. iudici causæ prædictæ non dubitauit spreta opinione Afflicti,secundum Deci. sententiam iudicare.

Cōis opi. (margin, beside "in l.quod te")

Cōis opi. (margin, beside "seu asseueranti")

OPINIO CCLVI.

Promittens stare diffinitioni offensi circa extimationē iniuriæ eidem illatæ tunc erit locus arbitrio boni uiri,nec præcisè mandabitur exequutioni quod offenso uisum fuerit,secundum Alex.post Accursium,in l.1.col.7.ff.sol.matri.Gerar.in singu.6.Abb.& Fely.in c.contingit,de senten. excommu.idem Abb.in c.quintauallis,col.3. de iureiur.& ista est communis opinio,quam sequūtur Lanfran. in trac. de

Cōis opi. (margin, beside "excommu.idem Abb.")

de arbit. col. 11. & Baptista de sancto Blasio. q. 24. de arbitris, & in specie quoad æstimationem damnorum, expensarum, & interesse, hoc idem tenet Afflictus, decisio. 91. num. 10.

R

OPINIO CCLVII.

Raptor honestæ mulieris punitur, pœna capitali, & in flagranti crimine deprehensus potest à coniũctis personis impunè occidi. l. 1. C. de raptu uirgi. & constitutio. regni capitalem pœnam, & notat Iacobus Nouellus post alios complures signatos per eum, in tract. ad defensam, in rub. 1. nu. 3. & hoc procedit, quando raptor carnaliter cognouisset mulierem raptam, uel rapuisset libidinis causa, secundum Deci. consi. 234. nu. 8. Marsi. in d. l. 1. nume. 245. & ista est magis communis opinio, teste Boerio, decisio. 306. nu. 4. & Moder. in allegata. l. 1. Sed prædicta non habent locum in meretrice rapta, tunc quippè non sortitur effectum dicta pœna capitis, secundum Doct. in l. raptores. C. de episco. & cleri. & in d. l. 1. quia leges abhorrent uitam inhonestam mulierum; & quæ sint meretrices, uide Alex. latè declarantem consilio. 99. uisa inquisitione contra Arrani, libro sexto, ubi ait eam esse meretricem, quæ licet non prostituat se publicè in lupanari, tamen alibi, & in quacunque domo pudori suo non parcit, & quemcunque causa quæstus admittit. & illa quoque dicitur meretrix quæ duos, & non plures ad coitum admisit causa quæstus, secundum Abb. & Præposit. in cap. inter opera, de sponsa. Ioan. Lupi. in rub. de donatio. inter uirum, & uxo. §. quadragesimo, & in l. sexagesimasecunda, tau. & Abb. in cap. cum decorem. de uita, & honesta. cleri. per text. in l. palàm. ff. de ritu nupt. & in hoc allucinari reor. Afflict. post Lucam de penna, in constitutio. Neapo. titu. 43. rubr. 3. dicentém eam meretricem esse, quæ causa quæstus unum tãtum ad coitum admisit, & pariter ex hoc à uicinia expellendam fore, per tex. in l mariti. §. qui quæstũ. ff. de adul. est bene uerum, quod ipsa meretrix est expellenda, & in lupanari releganda, ut firmat Lucas de penna, in l. si quis, col. 2. C. de spectacul. lib. 11. Platea, per tex. ibi. in l. cum supra. C. de re militari.

Cõis opi.

seu scandali, quod de leui insurgere potest, sequestratio tunc fieri posset, cum ad iudicis officium spectet scandalis obuiare, etiam utraque parte cõtradicente rem ipsam, uel possessionem apud tertium sequestrare, & secundum exitũ probationis procedere, ut per Bart. Bal. Flo. Alex. & cæteros, in l. æquissimum. ff. de usufr. & Curti. seni. consil. 61. & hoc procedit, intelligiturq́; , quando est dubium inter partes quis possideat, secundum Pau. castren. consi. 111. per totum, uolu. 2. & Ferrarien. in d. for. sequestri. §. 1. nu. 1. & seq. ideo aduerte, ut sequestratio hæc in casibus permissis fieri ualeat per iudicem, saltem summariè constare prius ipsi iudici debet de timore armorum, & de scandalo prouenien te, & in hoc discutiendo partis citatio requiritur, nec creditur iudici asserenti ita esse, nisi ex actis appareat; quapropter si sequestratio ex abrupto procederet absque partis citatione, & causa cognita de facto reuocari deberet, secũdum Ange. consil. 103. in fin. Curti. in repeti. l. unicæ. C. de prohibit. sequestratio. in 2. nota. 7. fallen. cum seq. col. 3. & Deci. consi. 366. pro declaratione. nu. 13.

OPINIO CCLXVI.

Sequestrum regulariter tollitur per satisdationem. l. fin. C. de ordi. cogni. & secundum Cynum, & communiter Doctο. in l. 1. C. de prohi. sequest. pecu. dummodò in satisdatione promittatur de restituendo sine procrastinatione, secundum Barto. in l. litibus. C. de agri. & censi. nisi in casu, clemen. 1. de sequestra. poss. & in quibusdam alijs casibus, de quibus per Panor. in c. 2. ext. eod. col. 4. item contumacia, uel absentia impetrantis sequestrum non curantis litẽ prosequi. l. si oleum. ff. de dolo, similiterq́; nota, quòd multi sunt casus in quibus sequestratio fieri permittitur, de quibus per glo. in c. dilectus, ext. de seque. posse. & fruct. & per Bal. in l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisdare cogan. & in l. 1. C. de prohibita seque. pecu. per Ab. in d. c. dilectus; & per Ferrarien. in sua practi. Papien. in forma sequestri. nũ. 1. cum alijs seq. & licèt ad concessionem sequestri exigatur summaria cognitio, non tñ citatio partis, uel alius ordo iudiciarius ꝓp suspitionem fugæ, & exportationis rei, ut per Bal. in præcitato. §. fin. & Panor. in d. c. 1. circa fin. Cõis opi.

OPINIO CCLXVII.

Sodomiæ delictum uidetur contra ipsam naturam naturantem, quæ est Deus, & contra naturam naturantem naturatam quæ est cœlum, & cõtra naturam naturatam, & eius generationem, quæ est homo, & propter huiuscemodi delictum, ac peccatum, & fames, pestilentiæ, & terremotus fiūt; & sodomitæ tenentur pœna ultimi supplicij, idest mortis, ut habetur. in auth. ut non luxurientur contra natu. & in l. cum uir nubit in fœminam. C. de adulter. & §. item lex Iulia, institut. de adulte. legitur enim Leuitici. 20. c. qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nephas: morte moriatur: sit sanguis eorum super eos: est etiam pessimum huiusmodi crimen, teste August. de adulte. coniugi. & habetur 32. q. 2. c. adulterij. & inquit Paul. 1. ad Corin. cap. 6. neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Tales enim Lactanti. Firmia. lib. 6. c. 23. diuinarum institutionum appellat impios, & parricidas. ideo infelices, infelicissimiq; nuncupari possunt huius criminis practicam discentes, seu exercentes, ut refert Afflic. in constitutio. legum asperitate, nu. 13. & seq. lib. 3. rub. 42. ubi plura alia scribit super detestatione istius criminis, & Aegidius Bossius, etiam in practi. crimi. in titu. de stupro detestabili in masculos, nu. 1. cum alijs seq. & Deus Optimus Maximus, licet sit misericors, & ipsa pietas, ac misericordia, pro tali tamen delicto atrocissimo fecerit funditus subuerti sodomam, & gomorram, & alia de quibus in testamento ueteri sacræ scripturæ, ex quo propriè loquendo tã sodomia, quàm peccatum contra naturam dicitur siue fiat cum masculo, siue cum fœmina, ut inquit Deci. in l. si qua mulier. nu. 9. C. de secun. nup. & idem Deci. ibidem, in fin. ubi reprobat Soci. qui uoluit solum propriè dici sodomiã, quando fit cum masculo, & si fiat cum fœmina dici pollutionem extraordinariam, quæ quidem opinio Deci. quicquid dicat Soci. uidetur uerior, & communior, quòd propriè loquendo sodomia dicatur, & eam latè probat Hier. Paulus in practica cancellariæ, fol. 40. & pari modo punitur siue cũ masculo, siue cum fœmina fiat, ut uoluit Cardi. in clem. 1. q. 13. de consang. & affi. Cotta, lib. memoraliũ. in uer.

Cõis opi.

uer. pedicones, Affli. in consti. Regni legum asperitate, nu. 13. & probatur, in c. usus. 32. q. 7. ubi masculis, & in fœminis, & in c. adulterij malum ead. causa, & q. licèt, & malè Alcia. lib. 10. Parerg. c. 11. asseruerit contrarium. & his accedit utiliter, q sodomitarum bona confiscantur, & ipsi fiunt infames, & testari non possunt, ut latè consuluit Anastasius Platus consi. fin. uolu. 1. inter consi. Barbatiæ, & nouissimè Nicolaus Bello. consil. 69. circa testamentum, col. 5. Deci. in d. l. si qua mulier, num. 7. Bal. in auth. incestas. C. de incestis nupt. & Cotta, in lib. memorialium, in uer. pedicones.

OPINIO CCLXVIII.

Spoliatus sua possessione, uel in ea turbatus ante omnia est restituendus, & manutenendus. l. si quis à se fundum. C. ad l. Iuliam de ui publi. & c. reintegranda. 3. q. 1. Alexan. & Doct. not. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. & ista est uulgaris, & cōis regula, quam quidem regulā amplia in tantum procedere, ut spoliatus debeat restitui usq; ad minimum quadrantem etiam si iniustissime possideret, c. solicite, de resti. spol. & ita tenet Bal. consi. 135. uolu. 2. & consi. 139. nu. 1. uol. 3. & Cæpol. consi. 19. nu. 4. Ampliatur secundò ista regula, q spoliatus intentans remedium. d. c. reintegranda esset restituendus, dato quòd nō probet uim, ac uiolentiam fuisse illatam, & sic sufficit, q sola clandestinitas interuenerit in spolio facto, nam contra clandestinū possessorem potest agi remedio recuperandæ, nec posset excipere clandestinus possessor exceptionem sui dominij, ut per Imo. & Alex. in d. §. nihil commune, ubi referūt idē sentire Inn. Ioan. And. & Ant. de But. q quomodocunque quis fuerit spoliatus potest agere non obstante sibi exceptione dominij, & hanc opinionem latè disputat Soci. in d. §. nihil commune, ubi eam. nu. 32. dicit uerissimam Fabius Corombonus, & communem asserit Ripa nu. 73. & in c. sæpe, de resti. spoliat. contrarium uerò, & malè senserunt Dynus in regula qui ad agendum, de reg. iuris, in 6. Bal. in l. si quis emptionis. §. sed hoc super illis. C. de præscrip. 30. anno. Ang. in l. uitia. C. de acquir. possessio. & Roma. in d. §. nihil commune, quicquid tamen isti Docto. suadeant ob hoc non est discedendum à prædicta communi, quam ap- Cōis regu. Cōis opi.

probant,tuetur, pariter ac atteſtantur ferè omnes Moderi in d.c.ſæpe,& in d.§.nihil commune; Ampliatur tertiò dicta regula, q non ſolum ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus ad rem, ſeu poſſeſſionem ſpoliatam, uerum etiam ad fructus,quos ſpoliator percepit,ſeu percipere potuit ex re ipſa,uel poſſeſſione,text.eſt,in c. grauis,& ibi Docto. not. de reſtitu.ſpoliat.Rota deciſio.25.in tub.de reſtitu.ſpolia. in nouis,& Ripa,in d.§.nihil commune,num.48.& non ſolum ad poſſeſſionem, & fructus ipſos, ſed etiam ad expenſas,damna,& intereſſe paſſa per ſpoliatum debet ſpoliatus in primis,& ante omnia reſtitui.c.accedens,el ij.& ibi Ab. Panor.in pen.not.& in d.c. grauis. ubi Doct. & Ripa,in d. §.nihil commune,nu.50.iſtam regulam ita declaratam fallit non procedere in exceptione reſeruationis Papalis ſpecialis,uel generalis,nam agenti ſpolio,ſeu remedio.d.cap. reintegranda obſtat dicta exceptio reſeruationis Papalis in beneficialibus,& oppoſita cócernit defectum proprietatis,& poſſeſſionis,ut firmat Rota deciſio.56. & 371. in antiquis, Biſſignetus deciſio.4.de reſtitu.ſpoliat.Docto.in d. §.nihil commune,& Iacobus Nouellus,in ſua pract.crimi. in rub.uulgaris eſt regula,& c.num.41.fol.563.& ita ſe habet communis opinio,& practica obſeruat, ut meminit,& teſtatur Gomeſ.in regula cancellariæ,in regu.de triennali poſſeſſore.q.35.Eneas de Falconibus,in tracta.de reſeruatio.in 4.q. prin.2. effectu,& 41.Auguſt.Berous.q.80.Ripa, in d.§.nihil commune,Caſſadorus deciſio.1. in titu.de reſtitu.ſpoliat.& Soci.in l. rem quæ nobis.ff.de acquir. poſſ. nu. 19. quam communem ſententiam intellige ueram eſſe ſi ſpoliatio eſſet facta ante litem motam,ut conſtat in precitata deciſio.56.ſimiliterq; eam intellige procedere,quando reſeruatio eſſet facta ad beneficium uacaturum, ſecus ſi ad uacantem,ut per Caſſado.deciſio.2. de reſtitu. ſpoliat. alias uero declarationes,& limitationes ad dictam regulã. c.reintegranda circiter.50. ponit Iacobus Nouellus Venetus in præcitata pract.crimi. 8. uero limitationes refert Fabius Corombo.in d.§.nihil commune, num.32. cum alijs ſeq. & 33. limitationes ponit Baldus Nouellus Peruſinus ibi.nu.46.uſque ad finem. & 50.recenſuit Corſettus,in tracta. fallentiarum ad reg. quod ſpoliatus ante omnia. q.72. nu.1.

Cõis opi.

nu.1.cum alijs seq.in 2.uol. diuersorum posito.& materiã. d.can. reintegranda usque ad satietatem,& utilime quidẽ explicauit Iacob.Menoch.in tract.recuper.posse. in remedio.15.nu.5.cum alijs numeris sequen.

OPINIO CCLXIX.

Remedium.c.reintegranda.3.q.1. disponens, ꝙ spoliato seu deiecto à sua possessione fiat reintegratio ipsius possessionis ante omnia competit nedum possessori, sed etiam cõductori,& mandatario, secundum Specu.in titu. de possess. & petit.§.1. uer. sed nunquid depositarius, ubi etiam Ioan. And.& Soci.consi.17.nu.15.uol.3. similiterq; competit cõmodatario, depositario,& similibus, secundum omnes Docto.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir. poss. & Soci.in l.rem quæ nobis, nu.6.eod.titu. & ibi Ripa, nu.21. ait hanc esse communem opinionem. & Iacob.Menoch.in tract.recuper.poss.remedio.15.nu.49.& seq.ubi citat alios Doct.contrariæ sententiæ. Spoliat. Cõis opi.

OPINIO CCLXX.

Remedium. c.reintegranda. 3. q. 1. exploratum est esse plenissimum remedium, & magis generale, ac utile inter alia remedia possessoria, concurritque cum omnibus alijs remedijs, secundum Doct. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.possess.& Lanfran.de Oriano, in repeti.rub. col.3.in tertia conclusione.de causa possessio. & propriet. & datur istud remedium, non solum clericis pro rebus Ecclesiæ, seu proprijs, uerum etiam cõceditur pro rebus laicorum generaliter siue mobilibus, siue immobilibus, secũdum doctrinam Ant.in c.cum ad sedem ext.de restit. spoliat.communiter approbatam, ut attestatur eam sequendo Ioan.de Imo.Alex.col.5.& Soci.nu.4.in l.rem quæ nobis. ff.de acqui.poss.& idem Alex.consi.94.col.fin.uol.5.& Maranta.in tract.iudicio.in 4.par. princ.in 7.distin.nu.50.ubi dicit, ꝙ ista est communis opinio, & obseruatur in practica; Ampliatur hoc scilicet, quod.d.c.reintegranda remedium datur, ac conceditur etiam pro feudis, & iuribus incorporalibus,& bonis etiam stabilibus, secundum Bart. in l.3.§.unde ui.ff.de ui,& ui arma.Ant.de But in c.cũ eccle- Spoliat. Cõis opi.

sia

sia sutrina,nu.38.ubi etiam Abb. de causa poss. & propriet. Ias. consil.172.uolu.4.Soci.in d.l rem quæ nobis,in 5.q.& Ripa,in d.c.cum Ecclesia.nu.101 .& ista est communis opinio,teste eodem Ripa,in c.sæpe,nume.22. de causa poss. & propriet.Soci & Ias.num.19.in d.l.rem quæ nobis,& istud remedium.c.reintegranda competit pariter pro pensionibus denegatis, & pro iuribus personalibus, ut latè scriphmus supra in opinione. debitor obligatus.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXI.

Spoliatus quandocunque potest petere,seu agere ad restitutionem sibi faciendam, cum remedium. c.reintegranda.3.q.1.sit perpetuum,& imperscriptibile,& competit etiam post mille annos,& in perpetuum,ut suadét omnes Canonis.communiter,in c.sollicite,de restitu.spoliat. Soci.in l. rem quæ nobis.8.q.ff.de acq.poss. Io.de Amicis consil.61. nu.18.& Cassadorus decisio.6.in titu.de restitu. spoliat. in prin. ubi asseuerat hanc esse communem opinionem. Sed Claudius de Seysse. in d.l.rem quæ nobis,col.fin.Maranta, in tract.de iudicijs,in 4.parte.7.distin.num.40.Bertrandus consi.247. Gratus consi.70.uol.2. nu.18.Deci.consil.302. col.fin.nu.24.& Ant.Gallesius,in tract.de exercitatione iuris peritorum,lib.3.nu.50.audacter affirmant contrariam opinionem,uidelicet,q remedium.d.c.reintegranda præscribatur. 30. annorum curriculo esse magis communem, & ita fuit decisum in Rota Bononien, teste Petro de Benintendis decisio.10. ubi cum hoc eueniente pro eius matura resolutione tanquam ad portum clare ueritatis recurrere posses; in isto uerò cõflictu opinionum sequor primam partem omisso omni multiloquio,quam quidem tanquam ueriorem tenuit maior pars Dominorum de Rota, ut recensuit Cassadorus, in præcitata decisio.6. nu.1. eamq; sequebatur. D. Rainaldus Rodulphus Perusinus Præceptor meus in Gymnasio Perusino uiuis, & uerissimis rationibus interpretans.l.naturaliter.§. nihil commune.ff. de acquir. possess. & ita tenuit etiam Rota in Placen.castrorum. corã Ioan.Paulo de mense Martij. Aprilis,& Maij.1545.secundum Gomes.decis.41.& simon.decisio.83.

Cõis opi

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCLXXII.

Remedium. c.reintegranda. 3.q.1. non conceditur, nec datur contra bonæ fidei possessorem cum titulo, uerbi gratia, quando possessio nullo modo est uitiosa, nec possessor habet causam ab authore uitioso, ut uoluit Barto. in l.rem quæ nobis. ff. de acq. poss. & Soci. post alios quamplures ibi per eum congestos, nu. 12. & istam opinionem communẽ esse asserit Gozadi. consi. 28. Parisi. consi. 1. uol. 1. & consil. 28. uol. 2. & Soci. iuni. consi. 47. & seq. uol. 2. & Rubeus consi. 4. num. 6. 10. & seq. ubi pro hac parte consuluit, & consil. 167. nu. 9. contraria uerò sententia uidetur magis communis, & practicabilis, ut per Alexã. Ias. & Ripam, in d. l. rem quæ nobis, Deci. consi. 57. col. fin. & consi. 252. col. 3. Ioan. de Amcis consil. 97. col. 2. Boer. decisio. 239. Marantam. in tract. de iudicijs, in 4. parte. 7. distin. nu. 50. Afflict. decisio. 361. col. pen. & Cassadorum, in decisio. 7. de restitu. spolia. & ita consuluit Ruinus consi. 46. num. 6. uol. 1. uidelicet, quod spoliatus debeat restitui etiam contra titulo, & bona fide possidentem, quam opinionem sequitur quoque Ioan. Baptista Plotus post alios quamplures relatos per eum, in repeti. l. si quando. C. unde ui. nu. 65. post medium, & ita iudicauit sacrum Concilium Neapolitanum, ut refert Afflict. in allegata decisio. 361. num. 33. & Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis, in decisio. 33. sub nu. 1. & ita obseruatur in curia Romana, secundum Ioannem Bap. Bonium. in tract. de statut. ur. præler. tit. cont. om. creditores. gl. 19. nu. 237. & seq. & istam partem tanquam uerissimam amplector, ex quo decisiones sacri Cõcilij Neapolitani, quæ sub nomine Regis proferuntur hodie in Regno succedunt in casibus dubijs loco Imperialis interpretationis, de qua in l. fin. C. de legibus, ut per Afflict. decisio. 169. col. fin. in fin. & istam ultimam opinionem sequitur quoque Maranta. in tract. de iudi. in 4. parte prin. in 7. distin. nu. 50. post mediũ, ubi refert, quòd ista est ueritas, & magis cõmunis opinio, & Ruinus consi. 44. nu. 1. uol. 4. & Pet. de Benintendis, in d. decisio. 33. num. 1. Adde [illegible] decis. [illegible] 9. [illegible] nu. 48.

Spoliat.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXIII.

Spoliat. Canon reintegranda. 3. q. 1. inducit nouum remedium possessorium, & sic prouidet de nouo remedio competente etiam vbi alia remedia deficiebāt, in tantum quòd pinguius prouidet, ac subuenit quam. l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. 11. quæ prouidet, quando res fuit vitio affecta, & d. c. reintegrāda loquitur generaliter etiam ubi res non fuit uitio affecta, nec possessio fuit aliquo tempore uitiose quæsita, & per consequens ille Canon prouidet spoliatis, & eiectis de possessione iniustè quomodocunque, & qualitercunque, ideò non ab re concludunt Doct. q. ille Canon inducat nouum remedium aliàs non competens, & præcipuè Archid. in d. c. reintegranda, Glo. Hostien. Ioan. And. Calderi. Ioan. de Ligna. & omnes in c. ad sedem ext. de restitutio. spoliat. ubi Panor. dicit hoc in practica obseruari quotidie, & ita se consuluisse, & ista est communis opinio, teste Soci. in d. l. rem quæ nobis, nu. 3. & Moder. in c. sæpe, de restitu. spolia. & hoc idem uoluit Lapus, in allegat. 52. ubi ait, ita semper se obseruasse, & practicasse, & Corneus Perusinus consi. 329. nu. 29. volu. 1. ubi asseuerat, ac recitat hāc esse communem opinionem, & deduximus latè supra, & idem Corne. consil. 56. nu. 18. uol. 2. & copiose Iac. Menoch. in tract. recup. pos. remedio. 15. nu. 5.

Cōis opi.

OPINIO CCLXXIIII.

Spoliat. Possessorio recuperandę agens debet narrare, & producere in libello se possedisse, ac propter iniustas causas eecidisse à possessione, & per illum contra quem agitur res possideri, & denique cōcludere se debere reintegrari ad suam possessionem, seu aduersarium suum condemnari ad restitutionem possessionis, ut per Inno. in c. querelam, de electio. in c. ad sedem, & in c. sæpe, de restitu. spoliat. cum quo ibi omnes communiter sentiunt; & non immeritò Docto. hoc tenuerunt, nam intentans remedium. c. reintegranda 3. q. 1. sufficit, & probare antiquiorem possessionem, quæ postea ad suum aduersarium peruenit sine eius facto peruenerit, & tunc probata antiquiori possessione dicitur spoliato re ipsa probata, & præsumitur nouus posses-

sor

ſor clandeſtinus,& inuaſor, adeo quòd poteſt condemnari ad relaxandum dictam poſſeſſionem, ſecundum Bald. in l. pen.col.fin.C.ſi à non competen.iudice.Innocen.& Doct. in d.c.ſæpe,Lapum,in allegat.52. incip. lætatus ſum Abb. in d.c.ad ſedem,& in c.ſi diligenti,colu.4. de præſcrip.Afflict.deciſio.327.& 363.nu.3.& Alciat.in tract.de præſum ptio.reg.2.præſump.21.& iſta eſt communis opinio, teſte Curtio iuni.conſi.165.nu.5.& Alciat.in d.præſump.21.& Afflicto in conſtitutio.regni incip.circa uiolentiarum.nu. 29.in fi.lib.1.nec ab re ut ſuperius deduximus libellans ſuper poſſeſſorio i libello debet ponere ſe cecidiſſe à ſua poſ ſeſſione ob iniuſtam cauſam, quoniã remedium.d.c.reinte granda non conceditur amittentibus poſſeſſionem culpa, negligentia,vel iuſta cauſa,vt tenent Doct.communiter,in d.c.ad ſedem,& alij relati,per Soci.in l.rem quę nobis, nu me.8.ff.de acqui.poſſeſ. ubi aſsignant tria exempla,in quibus iſta communis uerificari poſsit, & dictam communem atteſtantur Ripa, in d.c.ſæpe,nu.27. Alex.conſi.6. uolu.3. Abb.& alij.in c.accedens, ut lite non conteſta. Sed Eccleſijs, minoribus,& abſentibus, qui eorum negligentia ceciderunt à poſſeſſione competit pro recuperanda poſſeſſione amiſſa eorum negligentia officium iudicis, ſecundum Hoſti.& alios cõmuniter,in d.c.accedens, Soci.in d.c.rem quæ nobis,nu.9.& Alex.conſi.92.col.3. uolu.1.& aduerte quòd non eſt neceſſe,ut deducatur in remedio ipſo reintegrandæ aduerſarium clam poſsidere reſpectu poſſeſsionis, ſecundum pulchram deciſionem Rotæ Bononienſis poſitam in deciſionibus Petri de Benintendis, deciſio.33.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXV.

Spoliatus non tenetur reſpõdere in cauſis criminalibus contra ipſum motis ante reſtitutionem ſibi factam, c. 1. 3. q.1. quoniã exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum, cùm debeat ſpoliatus ante omnia reſtitui.l. ſi quis à ſe fundum. C.ad l.Iuliam de ui pub.& ibi glo.& in c.1.de reſtitu. ſpoliat.& dicit Ange.in l. ſi maritus.ff.de dona. inter vi. & uxo.quòd ſpoliatus omnibus bonis ſuis, uel maiori parte à tertio,tunc à nemine inquietari poteſt neque ciuiliter,neque criminaliter, niſi prius,& ante omnia reſtituatur,vt ſu

pra

pra docuimus,& Barto.in l.naturaliter.§.nihil commune, ait dictam exceptionem esse dilatoriam, ideoque impedire debet litem contestari, quem sequuntur omnes Docto. ibi.ff.de acqui.possessio.Ang.in §.equè.in 39.exceptio.institu.de actio.& Francus.in c.1.in fallen.22. de liti. contesta.lib.6.) Sed huiusmodi exceptio spoliationis non potest
Cõis opponi post litem contestatam,secũdum Bart. in d.§.nihil
opi. commune,quem omnes ibi communiter sequuntur,ut referunt Moder. ibi,licet nonnulli senserint contrarium relati,per præcitatos Moder.& per Fulgosi.in d.§.nihil commune. Amplia præfatam conclusionem, ita declaratam, ut habeat locum, nõ solum si spoliatus trahatur in causam criminalem per uiam accusationis, Sed etiam per uiam inquisitionis,secundum Gemi.in c.frequens,de restitut. spo-
Cõis lia.lib.6. cuius opinionem attestatur esse communem post
opi. alios per eum relatos Ripa,in d.§. nihil commune, nu.55.

OPINIO CCLXXVI.

Statutum disponens, ꝙ qui non petierit creditum suum à debitore intra tale tempus utputa, intra decennium amplius petere non possit ualet, & tenet secundum Bart. in l. sequitur.§.si uiam,nu.4.ff.de usucapio. & in l.cum notissimi,in prin.C.de præscript. 30.uel 40.annorum,in l.ambitiosa,nu 14.ff.de decretis ab ordi.facien.in l.legaui.ff.de liberatio.lega.in l.cum mulier.ff.solu.matri.& in l.nemo potest, nu.22.ff.de leg.1. ubi concludit in fortioribus terminis, ꝙ in tantum uerum est de ualiditate præfati statuti, ꝙ non potest pacto renuntiari, utpotè, quia est introductum in fauorem publicum,& in odium negligentis,& istã Bart. sententiam sequitur Ias.in prin.insti.de actio.nume.100.in contrariam uerò partem inclinauit ipsemet Bar. reuocando sententiam,iudiciumq; in melius, in rep.l.omnes populi, nu.24.ff.de iusti. & iure, quòd dictum statutum non ualeat tanquam nutritiuum peccati, cui opinioni inhæret, Imo.in d.§.si uiam, ubi cõcludit ueriorem esse opinionem
Cõis Bar. in d.l.omnes populi,& idem Imola asserit eam esse cõ
opi. munem consi.16.nu.1.& in consi.46.nu.2. Afflict.in consti stitu.Neapolitanis,lib.3.rub.31.num.4.Bertran.consil.84. nu.5.uol.2.Crotus,in d.l.nemo potest,col.30.& ibi Ripa,

nu.116.Alciat.in l.quinque pedum, col.6.C.finium regun. Thom.Ferrat. post alios quamplures congestos ibi per eũ, in cautela.38.nu.2.Franci.Balbus in tracta.de præscrip.in 2.parte.3.par.princi.q.13.& seq.Gomesi.in prin.institu.de actio.nu.67.Gozadi.consi.56.nu.13. & nouissimè Ant.Gallesius,in tract.de formulis cameralis obligat.super formu. came.obliga.3.quæstionis,nume.11.fol.123.licet dicat ibi prædictum statutum non seruari in vrbe Romæ, & sic ex allegatis mihi sequendam fore constitui opinionem communem,pro qua sententia est tex.in c.si uirgo,in uer. si autem scierit.34.q.2.& in c.fin.cum similibus, de præscrip.& dato, quòd præcitatum statutum ualeret nihilominus deberet interpretari,quando adesset bona fides in præscribēte,quia existens in mala fide non præscribit,& si dictum statutum permitteret expresse præscriptionem cum mala fide utique non ualeret,secundum Ioan.And.Bar.Bald.Ancha.Imo.& Ant.de Butr.in locis citatis à Franco,in c.possessor,de regu.iur.in 6.nu.9.ubi refert Imo.dicentem hanc opinionem esse communem, licet Bart.in d.§.si uiam aliud uoluerit, & malè, secundum Imo. ibi relatum à Franco,& Alex.consi.99.nu.9.& supra latè deduximus. Cōis opi.

OPINIO CCLXXVII.

Statutariæ præscriptioni, & sic inductæ à statuto debitor renunciare non potest in merum odium creditoris negligentis petere debitum per ea quæ ponunt Barto. & alij Doct.maximeq; Ias.& Crotus,in l.nemo potest.ff.de leg.1. & alij,quos citat consi.92.nu.6.uol.3. & istam opinionem Bar.attestatur esse communem Bal.in tract.de præscrip. in 6.par.princ.q.6. Pau.de Cast.in l.1.§.si uia.ff.de usucapi.& Paris.in rub.de præscrip.nume.32.post alios in dictis locis congestos per eos. Cōis opi. In contrariam uerò opinionem inclinauit Dyn Bald. Floria.Imo.Ioan.And.Ant.de But.& alij Doct. citati à Ias.in d.l.nemo potest,nume.83.& à Fely.in rub.de præscrip. & à Pari.in præcitato consi.92.nume.43. uolu.3.ubi citat Fabia. & Moder. attestantes hanc sententiam esse cōem. Sed tamen in tam uarijs iuris nostri interpretum sententijs quid concludendum? ego casu euenien te indubitanter tā in consulendo,quàm in iudicando sem- Cōis opi.

per

per amplecterer primam opinionem Bar. tanquam uerio-rem,communiorem,& frequentiorem; hęc tamen opinio Bar.ita retenta procederet,quando quis renunciaret præscriptioni Statutariæ decursuræ, præscriptioni uerò iam decursæ itaque renunciare quilibet potest , ut per Bart. & alios in d.l.nemo potest,& maximè per Crotum, nu. 113. in 6.fallentia,& ponit Roma.consi.201.num.5. quia ad ius semel renunciatum iura redire non patiuntur. l. quæritur §.si uenditor.ff.de ædi.ædict.ponit Paris. consi.69. numero 20. uolu. 3.

OPINIO CCLXXVIII.

Statutum imponens nouam pœnam in dubio propter impositionē huiusmodi pœnæ uidetur proculdubio recessum,pręcipueque in dubio à pęna iuris communis,& duntaxat Statuti pœna attenditur,ut per Bald. in l. data opera col.5.C.qui accusa.& cætera,& in l.2.circa fin.C.de rebus creditis,& in l.qui sepulchra propè fi.C.de sepul.uiola.ubi Saly.col.4.cum alijs latę congestis per Marsyl.in pract.crimi.in §.quæritur,nu.5.& seq.hoc idem tenet, & firmat, & ita totus mundus,& practica obseruat, ut asseuerāt omnes Doct.passim,& in c.de causis de offi.delega. præsertimque Deci.ibi. nu.86.& Alberi. in tracta. de statu.in 8.q. primæ partis,licèt Abb.in d.c.de causis asseueret cōtrariū, quem nonnihil taxant Moder.inibi, & ista opinio uidetur magis cōis teste Marsyl.in practi.crimi.in §.quæritur, nu.5.& 6.

Cōis opi.

OPINIO CCLXXIX.

Statutum unum si pro maleficio imponeret pœnam mille librarum, aliud uerò Statutum pro eodem maleficio imponeret pœnam quingentarum librarum tantùm, per hoc non censetur correctum aliud Statutum imponens mille librarum pœnam secundum Bar.eleganter in l.3.§.cum Titio.ff.de adimen.lega.quem sequitur Alex.in l.1.C.de bono.poss.contra tabu.Areti.consi.27. col.pen. Corne.consi.172.col.3.lib.4.Deci.in l.1.col.18.uers.ultimo non obstat.ff.de offi.eius,& in l.1.col.3.C.de bono.poss.contra tabu. ubi ait quòd hoc procedit, licèt uerba sint geminata, quia adhuc per ea non inducitur correctio,quod etiam uoluit

luit idem Deci.consi.281.in fin.Allegans Alex.consil.130. col.2. lib. 4. Sed contrarium, & malè uidetur uelle, idem Deci. consi.2.col.pen.& quòd per dictionem taxatiuã non inducatur correctio iuris,uoluit Roma. consil.456. col.1. Deci. consi.87.col.fin.Iaſ.in d.l.1.C.de bono.poſſ. contra tabu.col.fin. uerumtamen cõtra iſtam partem arguit idem Iaſ.in d.l.1.ff.de offi.eius,col.2. & in l.1. col.3.ff. ſi quis ius dicen.non obtemp.& in l.ſi conſtante.ff.ſol.matri. col.15. uer. quartò adde, ubi ait,quòd imò induci debet correctio iuris, ex quo aliàs diſpoſitio taxatiua nihil operaretur, qa ſumitur argumentum à contrario ſenſu, & ad correctionem iuris communis, quando aliàs in ſenſu directo nihil operaretur,tandem audacter fatetur ipſe Iaſ.ꝙ in pract. difficile eſſet obtinere,contra Bar. ex quo non habemus contradicentem,& ſic iſta Barto. opinio eſt communis, ut per Doct. ſupra citatos. Cõis opi.

OPINIO CCLXXX.

Statutum ultimum debet diſtingui, & interpretari, ſecundum ſtatutum antecedens cum unum ſtatutum declaretur per aliud. l. non eſt nouum.ff. de legi.l. ſi ſeruus plurium.§.fin. ff.de leg.1. Bart. in l.1.§. primo.ff. quod ui,aut clam,Pariſ. conſi.54.nu.10.uolu.2.nec præſumitur correctio antecedentis ſtatuti,quando non conſtet de mente ſtatuentium uoluiſſe corrigere antecedens ſtatutum,ſecundũ Ioan. de Imo. in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.matrimo.quem ſequitur Alex.conſi.107.nu.6.uolu.5.& Iaſ.poſt glo.communiter approbatam,& alios Doct.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cogan. ubi Iaſ.nume.4. qui dicunt,quòd quando non conſtat de mente condentis legem nouam, quòd uoluerit corrigere legem antiquam, quòd lex noua, tunc etiam generaliter loquens diſtingui, & intelligi debet per iura antiqua allegant iura, de quibus, ibi per eos. Hinc Pariſi. conſil.44. numero nono,cum tribus ſequen.in terminis ſtatuti Bononienſis ſub rub.de præcep.facien.&c.ne illud cõtrarietur ſtatuto ſub rub. de cauſa reductio. laudi ad arbitrium,&c. dixit alternatiuam, uel in ſtatutis reſolui in copulatiuam,ne unũ ſtatutũ contrarietur alteri.prædictis accedunt aurea dicta,per Bar.in tract.ad reprimen.in uer.nõ Cõis opi.

obſtantibus,ubi dicit,quòd ſi ſtatutum præcedens, & ſubſequens eſſet omnino contraria per ſecundum tollitur primum,ſi uerò alia limitatione, uel diſtinctione adiuuari, & concordari poſſunt, nunquam primum ſtatutum tollitur per ſecundum.

OPINIO CCLXXXI.

Statutum puniens in aliqua ciuitate arma ferentem pœna centum, aliud ſtatutum puniens inſultantem aliquem eadem pœna centum, & aliud ſtatutum in eademmet ciuitate puniens uulnerantem aliquem pœna centum,quomodo intelligantur iſta tria ſtatuta,& interpretētur dic, quòd ſtantibus dictis ſtatutis ſi euenerit caſus, ꝙ Titius uulnerauit Mæuium cum armis non punitur pœna 300. uidelicèt pœna centum pro armis, pœna centum pro inſultu, & pœna centum pro uulnere, Sed punitur duntaxat pœna centum,& ſic una ſola pœna pro uulnere, quia portatio armorum,& inſultus confunditur,ut per glo. notabilem, & ſingularem,in l.qui de crimine.C.de accuſatio.quam ſequuntur omnes ſcriben.communiter ibi,ut de iſta communi atteſtatur Iaffredus,in deciſio.95.idem tenet Bar.in l.quēadmodum.§.illud.ff.ad legem Aqui.& in l.inficiādo.§.illud. ff.de furt.circa fin.Ioan.And.in add.Specu.in titu.de homici.ſuper rub.ubi uulgata eſt quęſtio,Bal.in l.quicunque.C. de ſeruis fugiti.col.1.in l.diuortio,col.2.ff.ſol. matri.& in l.aduerſus,in fin.C.de furt. Anchara.conſil.272. de titulis, &c. col..pen.Gandi.in tract.maleficiorum,ſub rub. de pœnis reorum,col.19.uer. pone inſuper &c. Abb. & alij,in c. primo,de pœnis ext.& Alberi.de Roſa.in tract. ſtatutorū, in 2.parte,quæſtio.29.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXXII.

Statutum imponens pœnam uendentibus rem immobilem forenſibus non excuſat aliquo pacto hæredem damnatum à teſtatore in teſtamento uēdere, quia ob præceptum teſtatoris de uendendo forenſibus non excuſandus eſt ipſe hæres à pœna præfati ſtatuti.l.Senatus.ff.de lega.1.& ita tenent omnes ſcriben.communiter,in l.cætera.§.fin.eod.tit. ubi Docto. de iſta communi audacter teſtantur,& Iaſ. in l. iuſtè

Cõis opi.

iuftè poffidet,nu.18.& feq.ff.de acquir.poff. in contrariam uero partem inclinauit cõfulendo cum alijs relatis per eũ Laur.fylu.confi.26.nu.17.tamen quicquid ipfe fuadeat,fequor communem prædictam.

OPINIO CCLXXXIII.

Statutum difponens,ꝙ inuentus de nocte cum armis puniatur tanta pœna. tale ftatutũ intelligitur duntaxat punire apprehenfos,non autem teftibus conuictos,ut per Bart. col.7 Ang.Imo.Roma. & alios Doct. magis communiter, in l.1.ff.de acqui.poff.Marfil. in l.qui falfam monetam,nu. 33.ff.ad legem Corne.de falfis,in l. is qui cum telo,nu.45. C.ad l.Corne.de ficarijs,in fua practi. crimi.in §.pro com plemento,nu.24.& in fing.395.dubitarunt Doctores,&c. in quibus quidem locis ipfe refert omnes Doct. in contrariam fententiam inclinantes,tamen opinio Bart. & fequacium uidetur communis,ut atteftatur Iaf.& Ripa,nu.53.& feq.in d.l.1.& Soci.& Moder.in l.3.§.Neratius,ff.de acqui. poff.& Ang.de Aret.in tract.malefi.in uer. dictus Andreas armatus,nu.7. Amplia iftud ftatutum præcipiens, ꝙ nullus proficifcatur de nocte fine lumine, uel cum armis fub tali pœna comprehendere etiam fœminam, fecundũ Cyn. & Bal.in l.quicunque.C.de feruis fugiti.col.5. Marfi.in repetitio.l.unicæ.num.266.C.de raptu uirgi. & Soci.nepos, confi.1.num.91.lib.1.& in confi.3,nu.19.eod.lib. idem uidemus in ftatuto difponente, quòd nullus audiatur uolens exceptionem opponere,quòd pactum fit nullum, iftud ftatutum comprehendit etiam fœminam,ut uoluit Bal.in l.in multis.ff.de fta.hominum, quia ftatutum loquitur in mate ria quæ eft par maribus,& fœminis,in qua uiget eadem ratio.l.fin.C.de indic.uidui. tollen. idem uidemus in ftatuto prohibente ueftes, uel alia portare fub aliqua pœna, tunc portans ueftes prohibitas uigore prædicti ftatuti non incidit in pœnam, nifi apprehendatur cum rebus uetitis, fecundum Ang.in auth.de fanc.Epif.§.reuerendiffimis,colla.9.& ifta eft communis opinio,tefte Ant.Gomef.in l.45. nu.50. tau. & fimiliter hoc ftatutum puniens portantes ue ftes uetitas certi ualoris non punit, nec comprehendit mulierem,quæ fecit ueftem ipfam fieri,fed non portauit,& fic

Cõis opi.

non cadit in pœnam statuti, secundum Fely. in tract. de conatu post Dominicum, in c. auaritiæ, col. fin. de electio. in 6. & sequitur Marsi. in l. qui falsam monetam, num. 29. ff. ad l. Cor. de fal. ubi ponit alium casum similem. postremo statutum puniens portantes arma interpretatur etiam nō habere locum in paruis cultellis idoneis ad scindendum pœnas uel panem, & sic de illis non intelligitur aliquo pacto. secundum glo. in uersic. cultellis, in auth. de arm. quam sequuntur, dicuntq; singularem Aret. in tract. maleficiorum. in uer. uno stocco ferreo, post prin. Ioan. de Plat. in l. 1. C. ut usus arm. lib. 11. Angel. in l. 1. ff. ad legem Iul. de ui publ. Alex. in l. fin. eod. tit. Ioan. de Anania in c. lator. in prin. de homici. Rom. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Sylleni. Corne. consi. 77. col. fin. uolu. 2. Cotta, in memorial. in uer. armorum offendibilium appellatione. & Ioan. de Arnono. in soliloq. 71. Regni costitutio.

OPINIO CCLXXXIIII.

Statuta cōtra uenditorem etiam in pœnalibus cēsentur facta, ac condita contra emptorem ratione correlationis, ubi est eadem ratio, secundum Bar. & Doct. in l. 1. C. de cupressis, lib. 11. tex. est, in l. fin. ubi Ias. & scriben. omnes. C. de ind. uidui. tollen. Euerardus in sua centuria, num. 76, in loco à correlatiuis, & ratio prefati statuti uidetur ista, qa statutum puniens uenditorem, censetur punire etiam emptorem estò, quòd in statuto de emptore nullum uerbum factum fuisset; & è conuerso statutum puniens emptorem bladorum uidetur punire etiam uenditorem, estò quòd de uenditore nulla mentio fuisset facta, quando esset eadem ratio, secundum Euerardum in præallegato tract. de centum mod. argu. ubi asserit hanc esse communem opinionē, (Cōis opi.) & Fabia. de monte sancti Sauini, in tracta. contractuum, in a. q. princ. circa fin. & istam communem sequitur, & tenet Abb. & omnes Canonistæ, in proœmio decret. Bart. Ioan. de Platea, cæteriq; Legistæ, in d. l. 1. C. de cupressis, Bar. Ange. Ias. & Doct. in d. l. fin. C. de indi. uidui. tollen. Curt. seni. consil. 11. Statuto, & c. nu. 7. Deci. in l. sicut bonis, nu. 7. C. de in ius uocan. Domi. de sancto Gemin. in c. eos. §. clericis, col. fi. de tēpo. ordi. in 6. Limitatur isthęc opinio communis,

munis, quòd ex dicto statuto deuetus bladorum non ligantur clerici pro fructibus bonorum ecclesiasticorum, secundum Ripam, in tract. de peste, in titu. de presf. reme. contra pestem, in parte incip. deuenio nunc ad modum, & normã ubertatis conseruandæ, nu. 122. & in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. q. 40. Limitatur secundo loco, quòd nec ligatur emptor, uel uenditor, aut conductor forensis ex dispositione præfati statuti, ubi probabiliter ignorabant dispositionem istius statuti, puta quia non diu commorati fuissent in loco statuti, quo casu forensis præsumitur ignorare statuta loci, secũdm Ripã, in d. parte deuenio, nu. 120. & seq. & Gandinũ, in tit. de reb. nõ portandis contra deuetũ, uer. sed statutum est. l. fin. ff. de decre. ab ordi. facien. &c.

OPINIO CCLXXXV.

Statutum imponens pœnam centum ducatorum, uel aliam pœnam minorem, seu maiorem pecuniariam, seu corporalem percutienti aliquem, quomodo est intelligẽdum ubicunque Titius uulneraret, aut percuteret Sempronium uno ictu cum bidente, uel tridente, dic quòd hoc casu rigore prædicti statuti non debet puniri nisi, de uno uulnere secundum communem opinionem, quæ seruatur in practica quotidie, ut meminit Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in uer. & ipsum Titium, nu. 11. & ibi Augu. in add. & Marsil. in l. si in rixa, nu. 15. ff. de sicarijs, & in practi. crimi. in §. pro complemento, nu. 29. in quibus locis nonnihil aperit mentem dicti statuti. Cõis opi.

OPINIO CCLXXXVI.

Statutum prohibens, quòd non possit extrahi frumentũ extra ciuitatem, amplia, ac intellige habere locum etiã in extrahentibus farinam, secundum Bar. in l. quæsitum. §. illud. ff. de lega. 3. & in l. Cæsar, la ij. num. 16. ff. de publica. & uectig. Ias. in l. non dubium, nu. 40. & 45. C. de legi. Bonifa. in tracta. maleficiorum, in rubr. quid sit accusatio, col. 16. uersi. quidam, Maranta, in tract. de iudicijs, in princ. nu. 20. & Ripa, in tracta. de peste, in titu. de remedijs ad conseruan. ubertatem, nume. 75. ubi attestatur hanc esse communem opinionem, & Gandinus, in tracta. maleficiorum, in Cõis opi.

 rub.

rub. de rebus non portandis contra deuetum, nu. 4. Amplia secundò statutum disponens, q; non possit exportari uinum extra territorium sub pœna, quòd minimè possit uigore istius statuti extrahi unum buchale uini, ut uoluit eleganter Bal. in l. ad barbaricum. C. quæ res expor. non poss. Afflict. in const. magistros sindicarios. in 6. not. Barb. cons. 57. uol. 1. & in l. 4. §. Cato. ff. de uerbo. oblig. in contrariam uerò partem, & male inclinauit Ias. in l. 2. num. 26. ff. de iurisdi. omn. iud. & Tiraq. in tract. res int. al. ac. in lim. 32. fol. par. 53. Amplia tertiò loco statutum puniens inuentum exportare frumentum extra territorium, uel ciuitatem interpretari, ac extendi, ut puniat, non solum personaliter apprehensum, sed etiam testibus conuictum, secundũ omnes Legistas, in l. 1. ff. de acquir. possess. & istam ait esse com munem opinionem Ripá, in tract. de peste, in tit. de reme. ad conseruan. ubertatem, num. 104. ubi istam communem sequitur, commendat, celebrat, ac ab omnibus ferè contrarijs tuetur, ubi similiter, idem Ripa ampliat hoc dictum et procedere si statutum puniret apprehensum frumentum exportare, quia eo casu comprehenderet etiã testibus conuictum, ut per Glo. in l. 1. C. ubi Sena. uel clar. & ista glo. ab omnibus scriben. communiter approbatur, ut refert Ripa, ubi supra, nu. 105. Amplia quartò, quòd statutum inhibens sub pœna extrahi frumentum super Equo, Asino, uel curru extra territorium habere locum etiam, secundum Saly. in l. si serui, nu. 24. & seq. C. de noxa. si portet dictum frumentum super humeris proprijs, uel collo bonum, & rationem ibi assignat, quia statutum considerauit factum exportationis, non autem modum exportandi, & expressio facta de Equo, Asino, & curru fuit facta causa exempli. Limita primò loco præfatum statutum puniens extrahentem frumentum extra territorium non comprehendere illum, qui ante conditum, & factum statutum incepit exportare, sed antequam exiret firmauit se, & tunc statutum factum, seu publicatum fuit, & illud sciuit, & prout inceperat frumẽtum extraxit, & ratio est, quare extrahens hoc casu non puniatur aliqua pœna, quia initium spectatur in isto casu, non autem illud quod postea superuenit, ut uoluit Ioan. And. Ancha. Ant. Bal. & cæteri omnes, in c. cognoscentes, de consti tu. &

Cõis opi.

Cõis opi.

tu. & istorum doctrinam dicit esse communem Berous ibi. nu.2. & seq. licet de ea nonnihil dubitet nonnulla in contrarium adducendo. Limita secundò dictum statutũ prohibens, & puniens extrahi frumentum extra territoriũ nõ habere locum in extrahente sui usus causa, secundum Bal. in l.cum proponas.C.de nau.feno.Imo.in l.cætera.§.fin.ff. de leg.1.Marsi.in singu.86.statutum fit à Principe, & Ias.in d.l.cætera. §.sed & si quis ad opus.ff. de leg.1. nu.7. ubi ait hanc esse communem opinionem. Limita tertiò dictum statutum prohibens annonam extra territoriũ deferri non obligare, nec ligare ecclesias, quin possint extrahere annonam,quam colligunt ex prædijs suis, secundum Ripam, in tract.de peste,in titu.superius citato,nu.122.per c.Ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu. & hoc ampliatur procedere, non solum in Ecclesia, uerum etiam in clericis, ut uoluit idem Ripa,in memorato tract.de peste, post Bal.cõsi. 198. uolu.2.& ista omnia sequitur.& refert Grammaticus decisio.100. nu.15. Limita quartò istud statutum inhibens sub pœna extrahi frumentum, ut interpretetur, ac intelligatur de distrahente originaliter de suo territorio, secus si aliun de portaretur per transitum illius territorij, ut uoluit glo. in l.post hac.C.de edif. priua.cum qua sentiunt communiter ibi, & in l. cætera. §. sed & si quis ad opus. ff. de lega.1. præsertimq; Ias.ibi.nu.21. ubi assignat rationem istius conclusionis,& testatur de communi, Limitatur quintò,quòd statutum prohibens non portari, seu adduci uinum in ciuitatem collectum extra illius fines, & territoriũ nõ comprehendere clericos,& Ecclesias,ut per Fely.Deci.& alios,in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,de consti. & ita fuit decisum,ac diffinitum in sacro Regio Concilio Neapolitano casu, ac lite eueniente inter Ciuitatem Salerni, & Abbatem sancti Benedicti,ut refert Grammaticus, in d.decisio. 100. nu.16. cum alijs seq.& hoc idem refert, & sequitur Couarruuias, in repeti.c.quàmuis pactum,de pactis, in §.4. nu.8. Limitatur sextò dictum statutum puniens emptores, uel extractores bladorum extra territoriũ non ligare forenses ignorantes,utputa, quia non diu morati sunt in dominio statuẽtium, quo casu forensis præsumitur ignorare statuta illius loci,ut uoluit Ripa,in tract. de peste, in titu.de pres. reme.

Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi.

con.peſtem in parte quę incipit deuenio nunc ad modum, & normam ubertatis conſeruandæ,nu.120. & ſeq.& Gandinus,in tract.maleficiorum, in titu. de rebus non portandis,contra deuetum,uer.ſed ſtatutum eſt,& cætera.quia ſtatutum dictos forenſes ligare non poteſt.l.fin.ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.l.neque.C. qui dare tuto. poſſ.& c. animarum.§.ſtatutum,de conſtitu. in 6. & animaduerte,ꝙ ſtatutum in dubio eſt,ita interpretandum,ut non comprehendat forenſes,ſecundum Cyn.in l.1.q.vlti.C.quæ ſit longa conſue.& Guido. de Suza.in quadam diſputatione inci. ſed pone ſtatutum, & in alia quæſtio. quæſtio talis eſt Bononienſis, & c. dicentem, quòd ſtatutum ſemper ita debet arctari,ut extraneus non contineatur.allegat. l.1. §. fin. ff. quod quiſq; iuris,& dicit Bal. in rep.l. de quibus.ff.de legi. uer.quartò quæritur an conſuetudo,&c.ꝙ conſuetudo immediatè compulſiua,& prohibitiua,aut pœnalis non extẽditur ad forenſem,ſed mediatè aliquo facto uel delicto intra territorium commiſſo bene ligat,quia conſentire tunc uidetur,qui delinquit,& idem tenet Specu. in tit.de conſti. §.1 Ioan. And. in rubr.de conſuetu.& Alex. latè conſi.44. uolu.5.Septimò interpretatur dictum ſtatutũ pœnale prohibens extrahere frumentum de comitatu, ꝙ non liget minorem,ſecundum Roma.in ſing.ſuo vltimo.

OPINIO CCLXXXVII.

Statutum diſponens, ſeu puniens ingredientes, uel turbantes alienas poſſeſſiones non excuſat Mæuium introeuntem poſſeſſionem alienam ex decreto iudicis inualido, huiuſmodi enim decretum certi iuris eſt non excuſare Mæuium à pœna prædicti ſtatuti ſimpliciter loquentis, ut per Bar.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acq.poſſ. cum quo ſentiunt oẽs cõiter ibi,ut aſſeuerant Moder.inibi audacter,præſertimq; Iaſ.nu.24.& ſeq.& Doct. apoſtillantes Bar.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXXVIII.

Statuta potius intelliguntur ſuperflua, & nihil operari, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur, ſecundum gl. communiter ab omnibus ſcriben.approbatam,in l.fin.quã ibi Bar.ſummè extollit.C.de iure delibe.ubi Bar. poſt glo. ibi

Cõis opi.

ibi uult, quòd si stat statutum, quòd executio instrumenti fiat contra hæredem, sicut fieri poterat contra defunctum huiusmodi statutum profectò non habebit locum in hęrede cum beneficio legis,& inuentarij, ne ille indebitè damnum patiatur licet,& ipse propriè sit hæres, & consequenter uerba statuti illum comprehendant, & de prædicta cōmuni attestantur Moder.in d.l.fin.& Doct. in tract. de statutis.

OPINIO CCLXXXIX.

Statutum disponens, quòd bannitus non possit reuerti ad ciuitatem,uel qui occidit occidatur, nisi habuerit pacē ab hæredibus defuncti,tunc in isto statuto non comprehēduntur mulieres hæredes occisi,ideo secundum Doct. sufficeret in omnem euentum bannito habere pacem à maiori parte hæredum,ita uoluit Bar.Marian.Soci.num.270.& alij Doct.in l.4.§.Cato.ff.de uerb.obliga. quorum quidem opinio communiter approbatur ab omnibus, ut per Pau. de Cast.in l.2.§. ex his.ff. de uerb. oblig. Boeri. in decisio. 121.nu.2.& seq.& Moder.in d.§. Cato, ubi reprobant cæteras quinque opiniones, quæ in hoc articulo reperiūtur, & nota, ꝙ præfatum statutum quo cauetur licitum esse alicui uindictam sumere de eo, qui ipsum offendit ualet, & tenet,secundum Iacob.Butriga.& Pau.castren.in l.refectionis,per illum tex.ff. commu. prædio. quia tendit ad refrenandum maleficia, & quia priuatum facit ministrum Reipublicæ.l.1.C.quomodo lice.sine iudi.se uendi.imò Doct. in d.l. refectionis extendunt hoc dictum, quòd in isto casu licitum sit congregare amicos etiam extraneos, qui illum adiuuent,& isti conuocati non puniuntur, sicut nec principalis,& allegant glo.in l.cum fundus.ff. de ui,& ui arma.& idem tenuit Bald. in c.fin. col.2. de iure calum. qui secundum eum,quando conceditur, quòd aliquid impunè fiat ui detur semper concessum, ut illud fieri possit conuocatis amicis,& familiaribus.l.si stipulatus fuero per te non fieri. ff.de uerbor.obliga.& idem tenet Cæpol.in tract.de serui. urba. prædio. fol. 23. ubi asserit,quòd ita obtinuit in ciuitate Veronæ, & sequitur Ias. in l.1. §. fin. ff. de noui oper. nunciatio. fallit, ac claudicat dictum statutum, quando loquere-

Cōis opi.

loqueretur in numero plurali, utputa, dicit statutum bannitum non posse reuerti ad ciuitatem, nisi pacem habuerit cum hæredibus occisi, tunc enim comprehendit tam masculos hæredes, quàm fœminas, secundum Bart. in l. si filius qui patri, in ulti quæstio. ff. de uulga. & pupil. substi. & hoc non solum procedit de iure statutario, & municipali, sed etiam de iure communi omnibus hæredibus etiam fœminis competit ius uindicandi defuncti necem. l. sororem. C. de his quibus ut indi. & l. fœmina. C. ad Turpill. & no. omnes Doct. in d. §. Cato, præsertimq; Ias. nu. 59. ubi ait hanc

Cōis opi. esse communem opinionem, & Ruinus ibidem, nume. 20. in 2. lectu. & Pontanus Perusinus, nu. 70. & sequen. sed ista est potius contraria opinio primæ sententiæ relatæ, quam aliter limitatio, atque eidem inhæret approbando, & citando communem Felyn. in c. cum omnes. in 7. fallen. de constitu. Cagnol. in l. 1. nume. 10. cum 2. seq. ff. de regu. iur. & Vasquius, in tract. de succes. resolut. lib. 1. §. 3. nume. 49. & sequen. præfatumq; statutum simpliciter disponens, quòd occidens occidatur interpretatur, & limitatur secundo loco non incurrere pœnam statuti, nisi qui ex animo, & dolose occiderit, & sic statutum, licet simpliciter loquatur debet declarari secundum ius commune, ut in c. cum dilectus, de consuetu. ubi per Docto. tradit Calderi. consil. 9. in titu. de constitu. quicquid disputetur, Corne. consil. 1. pro decisione, in consi. 10. consideratis, col. 2. uol. 3. & Bal. hoc latè declarat, in l. data opera, col. 3. uersi. item si statutum. C. qui accusare nō possunt, & dicit magnum uerbum Paul. de Cast. in l. & si seuerior. C. ex qui. causis infa. irroga. quòd per hoc liberauit quendam, qui proijciendo saxum hominem interfecerat casu, & præter propositum suum, licèt in loco extaret statutum, de quo supra, & determinat idem Pau. de Ca. consil. 377. in causa incarceratorum, in princ. uolu. 2. secundum nouam impressionem, & Deci. consil. 9. per totum, ubi plurima ad propositum reperies, idem uoluit Cardina. in c lator, ubi idem dicit Felyn. ext. de homici. Barba. consil. 40. illud adduco, col. fin. uolu. 2. Alexan. consi. 140. uidetur in casu proposito, col. 2. lib. 2. & Ias. in l. 1. ff. de legi.

OPI-

OPINIO CCXC.

Statutum diſponens, quòd bannitus poſſit impunè occi di ualet, & tenet, de iure, ut per Ioan. And. in add. Specu. in titu. de conſtitu. §. 1. col. pen. Hoſtien. in c. 1. eod. titu. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. in l. ex hoc iure, in 2. q. 3. q. prin. ff. de iuſti. & iure, & in l. ut uim, eod. titu. & Canoniſtæ omnes communiter, in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitu. Marſi. in l. 1. col. 8. uerſi. & tale ſtatutum. ff. de ſica. conſi. 73. nu. 75. & conſi. 32. nu. 2. & in ſua practi. crimi. in §. aggredior, nu. 1. & ratio iſtius ſtatuti uidetur iſta quia di citur fauorabile, ex eo, quòd ob bonum publicum uidetur inductum. l. 2. ubi Bart. & alij. C. quando liceat ſine iudi. ſe uindi. Bar. in d. l. omnes populi. q. 2. 3. q. prin. Iaſ. conſi. 133. col. pen. lib. 1. & in l. ubi pactum, col. 5. C. de tranſact. Bald. conſi. 491. poſt medium. lib. 3. & Moder. in d. c. quæ in Eccleſiarum, & Deci. conſil. 327. nu. 3. in fin. & intantum hoc ſtatutum ualet, ut etiam in foro animæ, & apud Deum ualeat, ut dicit Alex. in l. ſi plagij, in prin. ff. de uerbo. oblig. & Petrus Duennas, in tract. ſuarum regularum regula. 68. limita. 2. cum alijs per eum, ibi latè congeſtis, per ea quę uoluit Alberi. in tract. ſtatu. 4. parte. q. 19. imò huiuſmodi ſtatutum poteſt premiare occidentem bannitum, quamuis de ſe homicidium ſit malum, ut not. Hoſtien. & Doct. in c. fin. de conſue. Soci. conſi. 157. præſens conſultatio, in prin. uolu. 2. cum alijs congeſtis, per Deci. in d. c. quæ in Eccleſiarum, nu. 54. & ſeq. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & ratio iſtius concluſionis uidetur iſta quia nô poteſt extimari quantum interſit liberam eſſe prouinciam à malis hominibus. l. congruit. ff. de offi. præſid. & licèt occidens bannitum ad inſtitutum redeundo ſtatuto permitten te non puniatur aliqua pœna corporali, uel pecuniaria nihilominus eſt infamis, ut per Bal. in l. decuriones, circa fi. C. quibus ex cauſis infami. irroga. quem ſequitur, & refert Marſil. conſi. 9. nu. 39. & in l. lege Cornelia. nu. 74. ff. de ſicar. adeò, quòd in facto graui non poteſt eſſe teſtis abſque tortura, ſecundum Bald. in auth. ſi dicatur, col. fin. C. de teſti. & caſu, quo dictum ſtatutum loqueretur, quòd bannitus poſſit impunè offendi, utrum poſſit impunè occidi, hanc quæ-

Cõis opi.

Cõis opi.

quæstionem latè disputat Nellus, in tract. de bannitis, in 2. parte, nu. 1. & 8. & resoluit. præfatum statutum sic declaratum. Ampliatur primo loco etiam habere locum si occidens promisisset sub pœna uallata iuraméto ante bannum non offendere, utpnta Titius erat Mæuio inimicus fecit pacem cum eo cum promissione, & iuramento de non offendendo nihilominus uigore istius statuti de occidendo nō obstante promissione Titius poterit Mæuium impunè occidere, nec tenetur pœna conuenta, ut per Bar. in l. 2. C. quando liceat unicui. sine iudi. se uindica. ubi Alex. in apostil. in l. qui seruum. ff. de uerbo. obliga. Ancha & Barba. nu. 162. in c. cum M. Ferrariensis, de constitu. & Ripa, in repe. l. fin. C de reuocan. donatio. nume. 86. ubi ait hanc esse communem opinionem, & Alex. in l. qui insulam, nūme. 21 post medium. ff. de uerbo. oblig. Berons uerò, in d. c. quæ in Ecclesiarum, num. 123. & seq. per pulcherrimas, & subtiles rationes conatur suadere contrarium, tamen quicquid ipse dicat non ob hoc discedo à communi opinione. Ampliatur secundo præfatum statutum, quòd occidens patrē, filium, fratrem, uel dominum bannitum non debet puniri, uel aliqua pœna affici, ut uoluit Bar. & Alex. ibi, in add. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adulter. Saly. in l. unica. C. de his qui paren. uel lib. & ar. eorum, Abb. consi. 104. lib. 1. Imo. in l. triticum, propè fin. ff. de uerbo. obliga. Fely. in d. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 5. Petrus Duennas, in tract. suarum regularum, in reg. 68. nu. 8. cum alijs latè ibi cōgestis per eum, & nouissimè Augustinus Berous, in memorato. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 114. ubi respondet contrarijs, & audacter asseuerat hanc esse magis communem opinionem, & ratio dictæ communis opinionis uidetur ista, quia bannitus est transfuga, & hostis ciuitatis. l. amissione. §. 1. ff. de capi. diminu. & in l. 1. ff. ad legem Cornel. de sicar. & notat Bar. in l. ut uim, & in l. omnes populi, col. 13. ff. de iusti. & iu. Floria. in l. binas ædes. ff. de serui. rusti. prædio. & Moder. in d. c. quæ in Ecclesiarum. quàmuis contrarium teneat Ruinus post alios ibi relatos, per eum consi. 4. nu. 7. uol. 5 uidelicet, quòd filius patrem bannitum propter reuerentiam occidere non possit uigore dicti statuti, & Follerius in suis cōmētarijs ad pragmaticā editam

Cōis opi.

Cōis opi.

per

per Reueren.Cardin.Paceccum de contumacibus non cõparentibus infra decem dies,&c.nu.13.& Marsi.in repeti.l. unicę,nu.232.C.de rap.uirgi.& Franciscus Marci.decisio. 426.nu.4. Ampliatur tertiò præallegatum statutum intãtum procedere, ꝙ si quis uellet interficere bãnitum uigore statuti, & bannitus protestetur insultanti, uel se offendere uolenti, ut nulla sibi inferatur contumelia, uel iniuria, ex quo fuit absolutus, tũc protestans,nisi statim faceret fidem de restitutione, uel absolutione sibi facta à suo iudice posset impunè offendi,secundum theoricam Bar.in l. non solum.§.morte.ff.de noui ope. nun. cõiter approbatam ibi à scriben.& in c.cum.M.de consti. ut attestatur Ripa ibi. nu. 176. Ampliatur quartò,allegatum statutum permittẽs aliquem impunè occidi,ꝙ intelligatur permittere illum uerberari,ac iniuria affici,secundum Barto.in l.nec in ea.ff.de adul.Bal.in l.2.C.de exhib. reis,in l.si quis nõ dicã rapere. in prin.C.de epis.& cle.in l.pen.C.de priua.carce.in l.3.ff. de adimen.lega.& in l.in suis,& ibi Ang.& Imo.ff. de libe. & posth.Io.And.in add.Spec.in ti.de consue.§.1.in fi.Ant. in c.fi.de consuet.in 1. fallen.& Imo.in l.si uerò.§.de uiro. ff.solu.matr.quos sequitur,& refert Alex.in d.l.nec in ea. Cõis opi.

Ampliatur quintò hoc statutum permittens generaliter bannitum occidi,ꝙ generaliter debet intelligi siue quis occidat per se,siue per alium ẽt data pecunia, ut uoluit Bald. cons.401.ad euidẽtiam dicendorum,col.fi.uol.1. Limitatur primum istud statutum intelligi solũmodo de bannitis ex ueris probationibus delicti,non aũt de bannitis per cõtumaciam,secundum Bal.Io.de Imo. in l.mora.ff.sol.mat. Alberi.in tract.statu.in 1.parte.q.52.sed hic quęro,& c.qđ dictum sequitur etiam Alex. in l.omne delictũ, circa prin. ff.de re ui.Marsi.consi.82.nu.11.cons.10.nu.8.& 12.& in l. infans,nu.24.ff.ad legem Cor.de sica.post nonnullos alios Doct.ibi per eũ relatos,& Berous,in d. c. quæ in Ecclesiarum,nume. 117.& Alex. per pulcherrimas rationes,in d.l. mora,nu.13. ubi asserit hanc esse magis cõem opinionem, ꝙ bannitus propter contumaciam nõ intelligatur ex maleficio bannitus hisque occurrit pro maiori declaratione præcitati statuti. ꝙ unusquisq; de populo in iudicio posset comparere,& dictum bannitum etiam defendere, ac tueri Cõis opi.

per

per remedium nullitatis, huicq; taliter comparenti obijci non posset, quòd sua non interesset per doctrinam singularem Bar. quam ibi sequitur Ang. Saly. Fulgo. & Pau. de Ca. in l. ubi pactum, col. pen. uersi. statuto cauetur, &c. Bal. in l. decurionum, C de infa. Abb. in c. illa, de accusat. cum alijs, de quibus, per Fely. in c. cum super, col. 5. uersi. non solum pro interesse, &c. & Marsil. in l. si quis, quinto reperio etiã, nu. 141. ff. de quæstio. Limitatur secundò, quod si statuto caue tur bannitum in centum posse impune occidi, tunc si quis reperiatur bãnitus in una causa in quinquaginta, & in alia causa in alijs quinquaginta non debet fieri hoc casu cumulatio, ut dicatur bannitus in centum, quoniam ista est materia odiosa. l. ubi fideiussor, ubi omnes Doct. hoc tenent, & firmant. ff. de solutio. Barba. in c. licet, nu. 45. & seq. de foro compe. & Ias. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictio. om

Cõis opi. nium iudicum, ubi attestatur hanc esse communem opinionem. Limitatur tertiò præfatum statutum, quòd carcerati occidi non possunt stãte isto statuto, quòd bãniti possint occidi, secundum Bar. in l. in laqueum. ff. de acquir. rerum domi. & probatur, in l. fin. C. de custo. reorum, & firmat Marsi. sing. 150. accessus ad meretrices, & in l. 1. nu. 8. circa fin. ff. de sicarijs. Limitatur quartò præmissum statutum permittens bannitum posse impune occidi habere locũ in ritè bannito. l. non putauit. §. nõ quæuis, & ibi Bar. ff. de contratabu. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & iste occidens non ritè bannitum non iuuaretur dicto statuto, secundum Canonistas, in d. c. quæ in Ecclesiarum, & Legistas omnes post Bar. in l. 3. §. si seruus. ff. de acqui. poss. & in

Cõis opi. d. §. non quæuis cum alijs abundè congestis, per Marsi. consi. 10. nu. 10. & 16. ubi ait hanc esse communem opinionem, imò occidens bannitum, qui fuerat nulliter bannitus non excusabitur quominus puniatur ordinariè, uidelicèt, si taliter occidẽs haberet notitiam huiusmodi nullitatis, aliàs cum diligentia perquirere, & se informare debuisset, tan-

Cõis opi. quam culpabilis iudicantis arbitrio plectendus erit iuxta communem theoricam scriben. de qua, per Alex. consi. 77. uisis, col. 1. lib. 3. post Bart. Bald. & alios, in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & in l. fin. ff. de adulter. & Bal. in l. ex morte. ad legem Aquil. Doct. maximè Ias. in l. 4 §. con-

condemnatum,col.fin.ff.de re iud.cum alijs,de quibus,per Deci.consil.482.num.10.per Bal.in l.1.C.de pe.& in add. Specu.in titu.de cita.col.4.uer.non ualet, Alex.consi.114. nu.4.lib.1.& consi.160.lib.7.& Felyn.in d.c.quæ in Ecclesiarum,col.2. Limitatur quintò,dictum statutũ dans præmium occidenti bannitum non comprehendere occidentem eum se defendendo, ac tuendo, quoniam hoc non facit principaliter,ut occideret bãnitum,uerum ut se defenderet,ut uoluit Barto.per illum tex. in argumentum,in l.si quis in graui.§.utrum.ff.ad Sylle. & in l.nulla macula,similiter,per illum tex.C.de delato.lib.10.ubi hoc idem tenet Alex.sequendo Barto.& Roma.in d.§.utrum. Coarctatur istud statutum quintò loco loquens de bannito non procedere in bannitã,& sic in muliere, secundum Ioan. de Ana. in c.intelleximus de his qui fi.occi.Bald. in l.Imperator,la ij.ff.de statu homi.Ang.consi.67.primum,Alex. consi.28. præclarè,uol.3.& Deci.in l.fœminę,nu.83.de reg.iu.quod procedit in fœmina dum est prægnans, secundum Marsi.in practi.crimi.in §.nunc uidendum,nu.50. & Petrum Duennas,in tract.suarum regularum,in reg.68.num.7.cum alijs ibi per eum congestis,& animaduerte, quòd si quis interficiat mulierem bannitam,quæ ex præallegati statuti dispositione impunè interfici potuisset,& ea prægnans fuisset ille de homicidio tenetur,& punitur licet prægnantem fore ignorauerit quia de hoc cogitare debuit,secundum Bal.in l.Imperatores,in prima lectu.ff.de sta. homi. quem sequitur Saly. in l.quoniam.C.ad legem Iul. de ui publi.& Nellus,de sancto Gemini. in tractat. de bannitis,in 2.parte.2. tempo.q.45.& illud, quod supra docuimus mulierem bannitam prægnantem non posse occidi probatur. ista ratione, secundum Bald. & Ioan. de Ana. in locis supra relatis, quia grauissimum facinus committit, qui prægnantem occidit; & prædicta procedunt secundum eos etiam si partus sit adulterinus,uel in carcere conceptus,& procedunt etiã si esset mulier prægnans decem, uel uiginti dierum tantũ, quia licet non sit anima, tamen est spes. Limitatur sextò prædictum statutum non habere locum,nec extendere uires suas extra territorium statuentium, & sic occidens bannitum extra territorium eorum nõ iuuabitur tali statuto, nec

nec erit immunis à pœna ipsius, secundum Ias. in l. fi. col. 1. ff. de iurisdictio. omnium iudi. post Ioan. de Imo. in clem. pastoralis, col. 4. de iureiuran. & Ancha. in c. canonum statu. de constitu. car. 17. uersi. tertiò principaliter, & hoc tenet, & optimè probat Ruinus consi. 84. nu. 1. 4. & 6. uolu. 4. Marsi. consi. 121. nu. 2. & seq. licet ipse, in sing. 294. odia restringi, & consi. 32. & in practi. crimi. in §. aggredior, num. 21. & in l. eiusdem. §. transfugas, nu. 3. ff. ad leg. Corne. de sicar. in quibus locis dicit post Bal. consi. 397. præmittendũ est ad euidentiam, &c. lib. 6. & in multis alijs locis, ꝙ statutum præbens occidenti bannitum præmium comprehendit etiam interficientem talẽ bannitum extra statuẽtis territorium; mihi uero magis placet prima opinio tanquam melioribus rationibus, & pluribus, ac fere grauioribus authoritatibus uallata, quam quidem hac potissimum ratione comprobo, ꝙ bannitus non solum extra territoriũ impunè occidi nequit, uerum etiam nec capi potest, quia bannitus extra territorium statuentis captus debet relaxari, cum sit illegitimè captus, ut per Bal. in auth. item nulla cõmunitas, in fin. C. de epis. & cler. Nellum, in tract. de bannitis, in. 2. parte. 2. temporis, in q. 30. & Ias. in l. ubi pactum, col. 6. C. de pactis.

OPINIO CCXCI.

Statutum disponens, ꝙ pater teneatur soluere pro filio condemnationem usque ad legitimam, uel pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij ualet, & tenet secũdum Alex. in lege. l. Corne. nu. 8. ff. de uulga. & pupil. substitu.; &

Cõis opi. ista est communis opinio, & obseruatur in practica, ut attestatur Marsil. sing. 362. statutum uolens, & singu. 481, communis opinio, Bal. uerò, in d. l. lex Corne. inclinauit in cõtrariam sententiam, uidelicet, ꝙ non ualeat, nec teneat aliquo pacto statutum disponens, ꝙ pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij, quia tyrannidem sapit, quæ nullitatis causa esse debet, ex quo non habet requisita legis. c. erit autem lex, 3. distin. 5 1. l. 1. & 2. ff. de legi. & ꝙ sapiat tyrannidem facit, quia dispositum est alibi, ne pater pro filio teneatur, sicuti nec filius pro patre, nec uxor pro marito. l. 1. & toto titu. C. ne filius pro patre, ne uxor pro marito cũ simi-

similibus,& not. in l.1.§.1.ff.si pars hæred. peta. Secundò ad idem est bonus tex.in l.si filius,C.de bonis proscrip.ubi pro delicto filij peculium eius castrense, uel quasi non publicatur,& ibi Bald. ergo quanto minus legitima patre uiuente, quæ est ipsius.l.1.§. si impuberi.ff.de colla. bonorũ, ergo statutum iniquum ualere non debet, & ita etiam dicit per.l.si filius. Bar. in l.si finita.§. si de uectig.col.3.ff.de damno infect.& latius Ang.in l.si filius,in prin.ff.de inoffi. testa.his tamen non obstantibus contrariũ uerius uidetur, ꝙ etiam communiter tenetur,ut supra recensui,per tex. in c.2. de delictis pue.ubi hoc ibi Anchar. & post eum Ioan. de Ana. notat,& tenet,& glo.in rubr.C. de decretis decurionum,lib. 10.Bal.in l.1.C.ne filius pro patre,Ias. in auth. nouissima.C.de inoffi.testa.Ruin. consil.149.nũ.13.uol.3. Pomates,in add.ad Bar.in l.stichus,in litera A.circa fin.ff. de peculio lega. & Mantua. in d.auth.nouissima,ubi usque ad saturitatem respondet argumentis superius relatis, & alijs infinitis,quæ pro contraria parte,per Doct. adducuntur,& quòd ista opinio sit communis,& ita seruetur in practica,testatur Alex.in d.l.lex Cornelia,col.2. Aldobrandinus,in §.præterea,nu.56.institu.quibus mod.ius patriæ potesta.solui.& Cassane. in consuet.Burgun.in titu.de successio.rub.7.§.2. nu.5.fol.320. Limitatur hoc statutum non habere locum de iure communi, quia si condemnatus sit ex delicto filius pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ non tenetur,auth. si qua mulier.C.de sacrosanct. eccle.& ibi Bar.in fin.tradit Abb.quoque,in d.c.2. de delictis puero. col.3. & hanc opinionem tenet etiam specu. in tit.de executione sententiæ,nu.2.Bal.consil.257.per totũ; uol.3.Doct.omnes,in l.in suis.ff.de libe.& posthu.Guil.de Cu.Bart.Alberi. & Bald. in l.si qua pœna.ff.de his qui sunt sui,uel alie.iu. & hanc sententiam ait esse communem Soci.iunior consi.51.nu.5.lib.1. & Petrus à Duennas in suo libello,de regulis utriusq; iuris.reg.356.in secundo amplia. post alios ibi relatos per eum,& Ruinus consi.149.uolu 3. Cõis opi.
Limitatur secundò præallegatum statutum non habere locum in nepote, secundum Bald. in d.l. si qua pœna,in pen. quæstio.quem refert,& sequitur Ruinus consil.8.nu 6. lib. 5. licèt nepos largè ueniat appellatione filij, quia huius-

modi statutum continet odium irrationale, secundum Rai ne. de Forli. in l. Iulia. §. 1. ff. de ritu nup. & Crotum, in l. omnes populi, col. 35. ff. de iusti. & iu. unde in pœnalibus non fit extensio per idemtitatem rationis. ca. statutum, & c. licet, de electio. lib. 6. quem tex. ad hoc citat Calderi. consil. 1. in titu. de hæret. quod sine dubio procedit, quando constitutio pœnalis contineret odium irrationale, ut supra docuimus, prout etiam apparet, in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. ubi filij puniuntur propter delictum parentis, ideoque illa lex loquens in filijs non extenditur ad filias, ut ibi habetur, & notat Bar. in l. 1. ff. de uerb. sig. Ange. in l. quicunque. C. de seruis fugi. Ias. in l. si quis id quod, col. 4. in 6. limita. ff. de iurisdictio. omnium iudi. quia continet odium irrationale, similiter non habet è contra si filius committat crimen læsæ maiestatis, quia propter id punietur pater, secundum Salyc. in d. l. quisquis, quem sequitur Deci. consil. 64. col. 1. & 2. & illud, quod superius retulimus, ꝙ appellatione filiorum non ueniunt nepotes, sequitur etiam Bart. in l. patri. ff. de adulte. Limitatur tertiò loco præfatum statutum procedere, quando delictum per filium esset commissum in territorio statuentium, aliàs secus, ut per Bar. in tracta. represali. in 1. quæstio. & Ias. in §. actiones, nu. 88. institu. de actio. Limitat quartò hoc statutum Marsi. in sing. supra citatis. non habere locum in filio pupillo committente delictum. Quintò limitat idem Marsi. dictum statutum non procedere, quando filius esset condemnatus propter contumaciam. l. infans, num. 20. ff. de sicarijs, & in l. de uno quoque, nume. 173. ff. de re iudi. & Corne. post Bal. & alios per eum consi. 97. num. 5. lib. 4. Sextò fallit præallegatum statutum, ꝙ pater teneatur assignare legitimam fisco pro filio delinquente procedere quoad patres ciues, non autẽ quoad patres forenses, secundum Bald. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iu. & quemadmodum ualet præcitatũ statutum, ita etiam ualet aliud statutum patri, uel auo pecuniariam pœnam imponens pro delicto filij, uel nepotis, ut per Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre, in l. sancimus. C. de pœnis. post Guid. de Suza. in l. si quis in tantam, post gloss. ibi. C. unde ui, & Barba. in c. cognoscentes, de constitu. num. 7. circa fin. & alios quamplures relatos, per Ruinum consil. 8. nu. 1.

num.1.lib.5.ubi hoc optimis rationibus probat,limitat,& declarat; & istud statutum quòd unus teneatur pro alio tenet, ut supra docuimus, & ista est uera,& communis opinio,teste Deci.in d.c.cognoscentes,de constitu.nume.8.& dic quòd istud statutum demum ualet,quando subest causa legitima,sicut quādo pater obligatur pro delicto filij,quia inest causa,ut quis retrahatur à delicto, quamuis non subsit culpa patris, secundum Bald. in l.sancimus.C. de pœnis Imo.in l.cum filius,in prin.ff.de uerb.oblig.& Alex.in l.sæpe,car.2.ff.de re iudi. Limitatur dictum statutum quando disponeret, quòd quis corporaliter puniatur pro alio, tūc enim non ualet,secundum Bal.in l.1.C.ne filius pro patre, & Saly.in l.si filius,eod.titu.& Bal.& Saly.in rub.C.res inter alios act.Anchara.in d.c.canonum statuta, de constitu. uersi.quærò ulterius scriptum est,&c. & Alex. in d.l.sæpe, notaq; ex prædictis, ꝙ si pater soluisset pro redemptione filij legitimam fisco ex forma statuti supra relati non cogeretur illam in testamento relinquere, nec per consequens teneretur ammodo ad assignandam aliam, secundum Bal. in l.si cum dotem.§.si post solutum.ff.solu. matri. & in d.l. lex Corne.col.1.& Guido Papæ singu.568.post medium. Sed super hoc Bar.distinguit,in d.l.si stichus,num.2.in fin. quod si pater solueret emendam pro condemnatione filij uoluntariè,tunc soluta non sunt imputanda in legitima, secus uerò ex necessitate fortè per statutum, tunc proculdubiò imputanda essent,quam distinctionem,sequitur Bal.in l.omnimodo.§.imputari.C.de inoffi.testa. Sed eam reprobat Fabianus de monte,in repe. authé.nouissima.C.de inoffi.testa.quæstio.8. eandem reprobat Ripa,in l.in quartā, nu.185.ff.ad legem falci. ubi dicit ita communiter teneri, & pro ista communi facit,tex.in l.relegatorum.§. fin.ff. de interdic.& releg.ubi dicitur, quòd ex delicto quis non debet habere beneficium, & multo minus si pater filio utendo liberalitate adhuc legitimam dono dedisset, & hoc casu, quando filius præfatam legitimam assignatam dissipauerit non tenetur pater rursus legitimam assignare, ita tenet Bar.& ibi Pau.de Cast. & Doct. in d.§.si post solutum, Pau.castren.consi.80.nu.3.uol.1. & Bal.in l.data.C. de dona.& dato ꝙ pater soluat legitimam pro filij delicto nullo

Cōis opi.

Cōis opi.

iure,nec ſtatuto cogente,ſi eo prætextu ipſam ſibi aſſignaret non tenetur aliquo modo ad aliam, ut uoluit expreſſè Bal.in d.§.ſi poſt ſolutũ, & ſic pater ab initio qñ ſoluit dictã legitimã integram,uel partẽ eius debet proteſtari,ꝙ ſoluit aĩo cõpenſandi,& repetendi.l.at ſi quis.§. pleriq;. ff.de religio.& ſump.fune.& not.gl.& Doct. in l.1.C.de neg.geſtis,& in l.alimenta, eod. titu. ſimiliter his occurrit,ꝙ pater generaliter ſoluendo cõdemnationem pro delicto per filium perpetrato, & confeſſato habentem peculium aduẽtitium,ideſt bona materna uidetur, ac præſumitur ſoluere in dubio nulla facta mentione de una cauſa, magis, quàm de alia de bonis filij, & non de ſuis, & illud computabitur in partem ipſi filio,ſecũdum Bart. in l.ſtichus.ff.de peculio. lega.nu.2.circa medium,per.l.Neſennius.ff. de neg. geſtis, quem ſequitur Bald. in auth.ex teſtamento.C.de collatio. in 5.quæſtio.& iſtam Bart. opinionem ait eſſe magis communem Alex.in d.l.in quartam,nu.23.ff.ad legem falci. & Ruinus conſi.149. nu.14. uol.3.

Cõis opi.

OPINIO CCXCII.

Statutum diſponens, quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,iſto caſu ſi alicui ſit commiſſum furtum non ſtabitur eius iuramento, cum furtum ſit merè criminale, licet in furto inſit damnum, ita uoluit eleganter Bald. in l.nauta.§.quæcunque.ff.naut. caupo.ſtabu.in l.ait prætor.in prin.ff. de iureiur. & in l.ſi ſeruus ſeruum.§.oliuam.ff.ad legem Aqui.Hoſtien.in ſumma,in titu. de damno dato.§.locum habeat,in prin.Alberi. in l.1.§.occiſorũ. ff. ad Syllania. & in 2. parte ſtatutorum quæſtio. 63. item quæro aliam,&c. Alex. & Roma.in l.2.ff.de dam. infecto, & idem Alex.conſi. 167.requiſitus,col.1.uolu.2. & Marſil. poſt alios ibi relatos per eum,in l.de minore.§. tormenta. nu.3.ff.de quæſtio.& in ſua practi.crimi. in §.expedita,nu. 75.& Ioan.Baptiſta Plotus, in repetitio.l.ſi quando.C. unde ui,nu.823.circa fi. ubi aſſerit hanc eſſe communem opinionem,& Ripa, in d.l.2.ff.de dam.infec. nu.2. licet ibi de ea nonnihil dubitet complura ſatis urgentia in cõtrarium adducendo. Interpretatur ſecundo præfatum ſtatutum,

Cõis opi.

ac

ac limitatur ꝙ accusatoris iuramento de damno illato fides adhibeatur non procedere quotiescunque accusatus contra quem iuratum fuit instantiam faceret iudici, ut ad inspiciendum locum accederet, quia ex euidentia, & inspectione propriorum oculorum nullum damnum illatum apparebit, eo casu iudex requisitus à parte non obstante præallegato statuto proficisci poterit ad locum damni, & pronunciare illud, quod ex aspectu constabit, secundum Bal.& Saly.in l.cōtra negantem.C. ad legem Aquiliam, & in l.1.C.si aduer.liber.& Marsi. post alios relatos per eum, in l.1.§.si serui quasi,nu.4.& seq.ff.de quæstio.& Barba. in c.pernitiosam,nu.105.de offi.ordina. & Cotta, in memorali,in uer.Statuto Ciuitatis Mediolañ.&c. & in uer. damnum,& ita refert se uidisse in practica obseruari Curti. iunior,in repetitio.l.admonendi,nu.91.ff.de iureiuran. & ratio dictæ conclusionis uidetur isthæc,quia nulla lex prohibet, ac excludit probationem per rei euidentiam, ut uoluit Azo.in summa.C.ad legem Aquiliam,& Bal. in l.Deo nobis.C.de episc.& cleri. & in rub.C.de probatio. & in d. l. contra negantem, ubi Salyc. & Cæpolla in cautela. 104. nu. 1.licet titubanter,& parum sibi constans ipsemet Bald. in l.2.ff.de iureiur. teneat expresse contrarium respondendo dictæ rationi,explosa tamen ista Bal. sententia tāquam in nube fundata, amplector primam opinionem, quæ quidem uidetur communis,ut meminit,& attestatur Curtius, in d.l.admonendi, num.352. Interpretatur,ac coarctatur tertiò dictum statutum,ꝙ non credatur iuramento damnū passi si reus accusatus petat exprimi diem per damnū passum,quia intendit illum redarguere de falso, & probare ipsum damnum passum,uel accusatorem fuisse alibi,tunc necessario debet exprimi dies per damnum passum, alioqui eius iuramento non creditur,secundum Bal.in l.1.in fi. C. de iudici.& ista est communis opinio,de qua per Docto.in l.arbitraria.§.si quis ephesi.ff.de eo quòd certò loco, & in l.libellorum.ff.de accusat.& dictum statutum uolens credi iuramento damnum passi.limitat in d.l. si quando Ioan. Baptis.Plotius in.61.casibus,& in 55.alijs casibus ampliat à nu.251.usque ad nu.755.

Cōis pra.

Cōis opi.

OPINIO CCXCIII.

Statutum in fauorem uiduarum inductum non procedit, nec habet locum in uiduis meretricibus, seu luxuriosè
Cōis uiuentibus, secundum communem opinionem omniū Do
opi. cto. quia ille non gaudent, nec gaudere possunt uiduarum priuilegijs, ut per Fely. in c. significantibus, col. pen. de offi. delega. Maria. Soci. & Doct. in c. ex tenore, circa fin. de foro competen. Alciat. in l. malum. §. uiduam. ff. de uerb. sig. facit tex. ubi Doct. in §. quæ uero, ubi Docto. in authen. de nupt. glo. & Doct. omnes, in authē. sacramentum. C. quando mulier tute. offi. fung. pot. & auth. eisdē pœnis. C. de secun. nup. & hoc nota ad intellectum statutorum quæ in causis uiduarum uolunt procedi summariè, uel uolunt earum iuramento credi super interesse dotis, uel taxant interesse super earum dotibus, quia non procedunt in uiduis inhonestè uiuentibus ipsa statuta, secundum Fely. in d. c. significantibus, col. pen. & Soc. in d. c. ex tenore, & in d. auth. eisdem pœnis. idem uidemus in statuto Mediolani concedente terminum sex mensium uiduis præsentibus pro dotibus, uel rebus parafernalibus ad contradicendum cridis, quod quidem statutum non habet locum in uidua meretrice, seu inhonestè, luxurioseq; uiuēte, quia illa gaudere nequit aliquo modo uiduarum priuilegio, & per consequens nec debet, & potest cōtradicere pro ipsis dotibus, & parafernalibus ipsis cridis in termino trium mēsium, & ubi esset præsens sicut alij præsentes tenetur contradicere, secundum Fely. in d. c. significantibus, col. pen. Alciatum, in d. §. uiduam, Soci. in dicto c. ex tenore, Bar. & Saly. per tex.
Cōis ibi, in l. his solis. C. de reuocan. dona. & ista est communis
opi. opinio, & hoc omnes tenent, ut asseuerat Fely. in præcitato. c. significantibus, col. pen.

OPINIO CCXCIIII.

Statutum disponens, quòd mater non possit disponere de bonis suis, nisi de una quarta, reliquas uerò tres partes teneatur relinquere suis liberis ualet, & tenet, secundum Bar. Ang. Imo. cæterosq; Doct. communiter post glos. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig. & quamuis dictum sta

tutum sit durum,& odiosum,ac contra æquitatem naturalem,& ciuilem obseruandum uenit,ut per Anchara.consi. 380.col.2.Soci.consi.48.col.2.uol.1.& consi.93.col.7.eodem uol. Amplia hoc statutum intãtum procedere, quòd lucrum delatum uigore ipsius possit ad hæredes ipsorum filiorum transmitti secũdum communem opinionem omnium scriben. quam citat,& sequitur Alexã. in l cum antiquioribus.C.de iure delibe.Soci.consi.296.lib.2.& consi. 67.col.2.lib.4. Deci.consil.331.col.4.& in l.si maritus.C. de collatio.& Crauet.consi.185.licet contrarium,& malè tenuerit Ange.consi.81.Domina Maria,& in duobus alijs consil. seq. Ampliatur præfatum statutum quo mulier liberos habens prohibetur testari, præterquam de quarta parte dotis secundo loco extendere uires suas ad uiduam filios habentem,quæ dotem recuperauerit seu non recuperauerit,secundum Bal.aliosq; Doct.communiter,in l.1.C. unde uir,& uxor, & in l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. ubi istam communem attestatur, declarat, & optimis rationibus comprobat Corasius,in 2. lectu.nu.86. & seq. & Laurentius Syluanus consi.49.nu.83. ubi declarat qualiter intelligendum sit statutum hoc.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCXCV.

Statutum excludens sororem à successione fratris non propter hoc censetur exclusus frater à successione sororis,ut not.uoluit Bal. per illum tex.in l.lege duodecim tabularum.C.de legi. hæred. quem sequitur ibi Pau.Alex.in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de uer.obli.& ista est communis opinio,ut per Moder.in rub.ff.de acqui.poss.& in l. secundum naturam.ff.de reg.iu. quæ comprobatur ista potissimum ratione,per Bal. in d.l.lege duodecim tabularũ, quia dato uno inconuenienti aliud dari non debet; & hoc procedit etiam conseruandæ agnationis causa, secundum Soci.in d.rub.ff.de acquir.poss.nu.12. & seq.& Deci.in d.l. secundum naturam, nu.5. sed si hæc causa agnationis conseruandæ non esset in isto statuto expressa quia simpliciter loquatur,ut supra haberetur pro expressa secundum communem opinionem Doct.quam celebrat,& allegat Alber. Brunus,in tract.statutorum,in 3.parte,uel quæstione prin.

Cõis opi.

contrarium uero tenet per pulcherrima fundamenta Soc. in d.rub.circa fin.ff.de acquir. poss.Ias. tamen ibi audacter asserit communem opinionem esse contra Soci. & licet di cto statuto caueatur, ꝙ soror non succedat fratri non ob hoc erit exclusa à successione sororis, eo enim casu mascu linum respectu personæ cui succedendum est nō continet fœminum, ita per nonnullas, & ferè optimas rationes determinat Pau.de cast. consil.340. hæreditas prædicta aliàs secundum aliam impressionem est,nu.119.uol.1.idem con cludit Capra consi.62.in 4.dubio Corneus consi.11.col.1. uol.1.& consi.94.col.1.uol.2.& Ias.in d.rub.de acqui.poss. col.fin.

OPINIO CCXCVI.

Statutum disponens,quòd mulier,& minor non possint contrahere sine consensu duorum consanguineorum, poterit tamen non obstante dicto statuto bona sua offerre ecclesiæ,secundum Bal.in l. generali, col.fin.C. de sacrosan. eccle.quem sequitur Anchara.in c.1.de constit. Abb.in c. relatum,il primo,de testamen.Ioan. de Anania,consil.57. & Deci.in c.in præsentia,nu.98.& Augustinus Berous ibidem,nu.158.de probatio.& alij Doct.magis communiter, in d. c. relatum, & ratio est quia est actus spiritualis super quo laicus statuere non potest.l.priuilegia.C. de sacrosan. eccl. Limitatur secundo,ac interpretatur istud statutum, quando mulier disponeret donando causa mortis, nā pōt mulier ita donare non obstante hoc statuto secundum magis communem opinionem Doct. quam attestatur Soci.in l.2.ff.de lega.1.& sequitur inibi Ias.col.3. & sequé. Claud. Aquen.nu.7. Alcia.nu.2.Rui.col.14.& 20. & Soc.iuni.nu. 60. & Rubeus consil.27.in fi. nam prohibitus facere testamentum non intelligitur prohibitus donare causa mortis. l.tam is.§.fin.ff.de donatio. causa mor.ut per Deci. consil. 196. in casu proposito;& per Bald.consi.298.uolu.2.contraria uerò opinio uidetur communis, quam declarat, & citat Ias. in d.l.2.ff.de lega.1.& Ripa ibi,num.10. & Tiraque.in tract.de legibus connubialibus,in 3. glo.4.quæst. & ei inhærent Abb.consi.40.col.2.uol.2.Corne. consi.41. col.2.uol.1.Anch.cōs.384.col.2. Deci. consi.279.col.1.& seq.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

ſeq.Aret.col.5.Alex.in prin.& Barb.col.9.uer. item dico. in l.2.ff.de uerb.oblig. Ial. titubanter,& ſibi contrarius,in §.1.col.6.inſtitu.de act.Caſſan. in conſuet.Burgun.rubr.4. q.7.nu.20.Guil.Benedic.in c.Rainutius.de teſtam.in uerſi. teſtamentum.4.nu.31.Alex.col.fin.Socin. ſibi parum conſtans,col. pen. Guil. Pontanus.nu.32.in d.l.2.ff. de lega.1. ubi docet iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur etiam & citat Pariſi.conſi.97.nu.4.uol.3. Sed primam opinionem ſequendam fore mihi conſtitui, quæ uidetur magis communis, & æqua, ut patet ex congeſtis per Alex. Soci. & Moder.in d.l.2. Fallit tertiò huiuſmodi ſtatutum quando propinqui, ſeu conſanguinei mulieri conſenſum præſtarent ad utilitatem propriam,utputa ſi mulier uellet propinquis quorum conſenſus deſideratur ex forma ſtatuti in teſtamento ſua bona relinquere, tunc propinqui ad proprium commodum conſenſum accōmodare non poſſent. per no.per glo.& Bar.in l 1 ff.de authori.tuto.& Bar. in l. frater, à fratre. ff. de condi. indebi. cum allegatis per Soci.conſi.172.& per Corne.conſi.294.eleganter, lib.1. & ita ſe habet communis opinio, ut aſſerit Deci. conſil. 612. concluſionem,circa fin. contra Bal. qui in oppoſitam opinionem inclinauit,in conſil.6.hæc eſt copia,lib.2.& in l.1. C.unde uir,& uxor. Limitatur hoc quotieſcunq; per propinquos ante teſtamentum mulieri accommodetur cōſenſus in genere ad faciendum teſtamentum arbitrio ſuo,non autem in ipſo teſtamēto,ut probatur per Alex. in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Trebel.& per Corne.conſ.242.uol.2.eſt tñ neceſſe poſt huiuſmodi conſenſum preſtitum teſtañ fieri ex interuallo,ut per Deci.conſil.245. in cauſa. interpretatur quartò dictum ſtatutum diſponens, q mulier non obligetur ſine conſenſu propinquorum, quòd ſi ipſi propinqui ſine cauſa recuſent coguntur à ſuperiore conſentire,ſecundum nota.doctrinam Ant.de But. in c.cum conſuetudinis, de conſuetu. quam ſequitur Abb.per illum tex.in c.nullus, de iure patro. in cap. quòd Dei timorem. circa fin. de ſtatu mona.de quo Barto.& latè Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo tempore.ff.ſol.matr.& iſta eſt communis opinio ut inquit Ioan.Bap.Plotus poſt alios ibi per eum congeſtos. in repetitio.l.ſi quando, nu.352.C. unde ui. Interpretatur quintò

Cōis opi.

Cōis opi.

to dictum statutum expostulans in contractibus minorum & mulierum propinquorum consensum nō habere locum in donatione uiri,& uxoris,ut consuluit Pau.de Cast.consi.82.in ista donatione.in 2.dubio.lib.2.quem refert,& sequitur Tiraquel. in repeti.l.si unquam.C.de reuocan. donatio.in uers.libertis, nu.113. Limitatur sextò huiusmodi statutum exigens,ac requirens consensum propinquorum nōn uerificari in uno, quia plures pro firmiori iuditio requiruntur,secundum Anchara.cons.35.col.2.uisa quidem petitione,quem refert,& sequitur Deci. in c. prudentiam, nu.17.extra de offi.delega. Sed hoc non habet locum ubicunque statutum prohiberet quòd contractus,uel actus nō possit fieri absque patris,& matris,vel duorum agnatorum licentia, tunc enim sola patris licentia sufficeret, dum uiuit,& eo defuncto sola licentia matris sufficit absque licentia patris prędefuncti,& sine etiam licentia agnatorum.secundum glo. in l Gallus.§.quidam rectè.in uers.non exprimatur,quam sequitur ibi Bar.nu.4.Rayn. Bald.Alberi.Nicol. de Neap.Angel.Cuma.Pau.Castren.& Alex.& ista est
Cōis opi. communis opinio,teste Ias.ibi.num. 12.& 20.Ripa.in c.ex parte.il primo.nu.54.de rescrip.& Ioan.Bapt. Ploto. in d. repeti.l.si quando,nu.342. & sequentibus cum alijs ibi per eum relatis.Fallit ulterius præcitatum statutum quòd mulier contrahere non possit absque consanguineorum consensu non comprehendere hermafroditum . secūdum Bal. in l.omnes populi. col.9. vers. quid si statutum dicat.ff.de insti.& iure,quia hermafroditus est homo mixtus,non autem propriè mulier,idem tenuit Anchara.in repeti. c.Canonum statuta. in uers.uenio ad quartum membrum de cō stitu.de quo uide solemnem Doctorem præceptorē meum Pontanum Perusinum. in l. stipulationum. colum.8.uers. quid firmat Bal.&c. ff. de uerb.oblig.Interpretatur octauò hoc statutum,uel huic simile, uidelicet,quòd eo mediante consensus uiri in contractibus uxoris requiratur non habere locum in uiro furioso,ideò contractus ualet sine cōsensu mariti.l. cùm hæres.ff.de acquirē.hæred.& ita per illum text.tenet ibi Imo.& Areti.ut refert Ruinus consi.145.nu. 4. Fallit nonò quando Iudex suppleret defectum consensus propinquorum sua præsentia,& authoritate; quòd potest

test facere Iudex ubicunque aliquorum cōsensus ad actum requiritur, si illi sint inhabiles ad consentiendum, ut per Bal.in l.si furiosi,per illum tex.C.de nup.& in l.bonorum, ubi alij Doct.communiter.C.qui admi.&,per Alex. in l.1. §.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.& sequitur Soci.consi. 87.in præsenti.col.2.uol.1.Fallit decimò dictum Statutum requirens propinquorum cōsensum non verificari in tacito, vel ficto,qui ex sola præsentia,& taciturnitate inducitur,quoniam debet intelligi in casu vero,& non in ficto. l.3.§. hæc verba.ff.de nego.gestis,vbi Bar.& ita in hoc casu concludit Bal.in l.2.§.uoluntatem.ff.solu.matri.cum quo sentiūt communiter omnes Doct.vt meminit Deci.in c.at si cleri ci.de iudi.num.77.Ioan.Bapt.Plotus.in repetitio.l.si quando,num.366.C.vnde ui, Ruinus consi.62.num.1.uol.3.vbi dicit hoc præsertim procedere, quando statutum copulatiuè vult adesse præsentiā & consensum in aliquo actu declarando per mulierem.Fallit vndecimò præallegatum statutum requirens propinquorum consensum in cōtractu mulierum habere locum in cōtractibus damnosis mulieribus secus in contractibus lucrosi, ut voluit Bal. in l. neque C.de cōtrahen.& commi.stipu.Ange.& Imo.in l.mutuum §.fin.ff.de acqui. hære.Interpretatur duodecimò præfatum statutum quando consanguinei essent præsentes quorum consensus haberi possit, secus si absunt in longinquo, nec eius consensus haberi possit, nam ualebit contractus sine consanguineorum consensu,ita Bal.cōsi.488.sequens quæstio. uol.1.& consi.394.statuto communis uolu.5. Crauet. consi.12.nu.4.& Io.Cephalus consi.89.nu.11.uol.1. hisq; occurrit, siue addendum est unum ualde not.quòd si statuto cauetur mulierem non posse contrahere sine præsentia cōsanguineorū,tunc si actus fiat absq; consensu consanguineorū non potest ratificari postea per cōsanguineos, quia licet ratificatio repræsentet consensum, non tamen repræsentat præsentiam corporalem, ut uoluit eleganter Bal.in l.1.in uer.extra quæritur.C.qui admitti.Fallit tertiodecimò quādo mulier faceret testamentum extra territorium, ubi non extet huiusmodi statutum.argu.l.2.C.quemad.testa.aperian.Bart.in l.1. col.6. C.de summa Trini.& fide catho. & trahitur tunc testamentum ad bona ubique sita, ut ibi

Cōis opi.

Cõis opi. ibi per Bar.& alios Doct.quamuis titubanter,& sibimet cõtrarius aliud senserit,in l.si arrogator,col.6.ff.de adoptio. Interpretatur ulterius dictum statutum, ꝙ mulier nõ possit contrahere sine duorum propinquorum consensu, uel decreto iudicis. habere etiam locum, ut non possit compromissum facere absque dicta solemnitate, seu consensu consanguineorum,ut per Angel.in l.fin §.necessitatem.C. de bonis quæ libe.quem sequitur Lanfrancus, in tracta. de arbitris,in §.iuxta,quæstio.4. Fallit decimoquintò hoc statutum, prohibens mulierem contrahere absq; propinquorum consensu, quòd uideatur ex hoc eam prohibere acceptare tutelam,ut per Barto.& alios,in l.2.ff.de lega.1. licet hoc relinquat cogitandum,Alcia.in tracta.de præsump. in reg.1.præsumpt.52. nume.7. Decimosextò interpretatur quotiescunque statuto cauetur, ꝙ si mulier contraxerit sine propinquorum consensu, cõtractus decernatur nullus, tunc secundum doctrinam Bal.in l.1.C.qui admitti.partes non possunt huic constitutioni prohibitorię renuntiare,& facit text.in c.denique. 4. distin.in finalibus uerbis. Fallit decimoseptimò istud statutum requirens solemnitatem in contractibus mulierum non habere locum quãdo mulier contrahit cum patre,& omissa solemnitate statuti,idest cõsensu propinquorum in manibus ipsius patris renuntiat,ut uoluit Bal.in l.pactum.quæst.21.C.de collat.quem sequũtur Alex.conf.106.quoad præsens.circa fi. uol.1.in cõs.29. cuius exordiũ est præclare subtiliter col.pen. uol.3.& in l. si quis mihi bona.§.fin.ff.de acq hær.post Roma.ibi,& Tiraq. cum alijs compluribus ibi per eum congestis, in d.l.si unquam,in uer.præfatio, nu.26. Limitatur decimo octauò hoc statutum disponens nullam esse obligationem factam per mulierem absque pręsentia propinquorum,quòd recipiat interpretationem à iure communi,ut non habeat locum in obligatione necessaria, ita in terminis consuluit Roma.consil.394.per.l.1. C. quando decre. opus non est, quem sequitur Alex conf.215.col.2.uol.6.& hoc statutum quòd minor, seu mulier contrahere nequeat absque consensu consanguineorum interpretatur postremo, ꝙ si minor se maiorem iurauerit, & per consequens sine propinquorum consensu contraxerit non obstante huiusmodi iuramen-

ramento utique posset dicere contractum nullum, admitteretur; ad probandum minorem ætatem, etiam per testes, secundum Ioã. And. in add. Specu. in titu. de sent. §. ut autem, in add. in uer. procedendum, quem sequitur Roma. consi. 12. col. fin. Ang. consi. 160. Cremen. sing. 162. statuto cauetur, Soci. consi. 61. nu. 5. uol. 1. Curti. consil. 118. & seq. & Petrus de Benintendis decisio. 47. ubi ait ita conclusum extitisse in Rota Bononiensi, ac pariter istam esse magis communem opinionem, & nõ obstat communi præmissæ. l. 3. in fin. C. si minor se maior. dixerit. disponens, quòd si quis iuraret se esse maiorem 25. annis manu tactis scripturis, & in ueritate diceret mendacium, contra tale iuramentum nullum cẽseretur habere remedium, nec restitueretur in integrũ ex capite minoris ætatis, quia loquitur ubicũq; minor ipse uenire uellet mediante beneficio restitutionis in integrũ, à qua quippè excluderetur per mendaciũ, secus uerò si ex capite minoris ętatis infringere uellet actũ iuratũ deducendo remedium ordinariũ nullitatis actus, prout ita respondent Io. And. & Ro. in locis præcitatis. & d. l. 3. C. si minor se maior. dixerit. limitatur etiam non habere locum ubicũque minor dolo aduersarij inductus foret ad iurandum se maiorem, secundum Doct. omnes, in d. l. 3. & ita fuit decisum in sacro Regio Concilio Neapo. teste Afflicto decisio. 393. Hieronymus, nu. 12. & seq.

Cõis opi. (margin, beside "communem opinionem, & nõ obstat…")

Cõis opi. (margin, beside "iurandum se maiorem…")

OPINIO CCXCVII.

Statutũ mulierem, uel minorẽ prohibens non posse cõtrahere sine consensu propinquorũ non obstante iure, nõ ualet aliquo modo, quia per statutũ non põt tolli uis iuramenti, q̃ seruari debet, qñ põt sine interitu salutis æternæ, imò pp huiusmodi statutum daretur occasio peccãdi. c. cũ contingat, de iureiu. & hanc cõclusionẽ tenuit Bart. & alij. in auth. sacramenta puberũ. C. si aduersus uendi. Abb. in c. cũ contingat, uers. 3. de iureiu. Rom. & Ias. in l. fin. ff. qui satisda. cogan. Fran. Aret. consi. 8. Alex. consi. 59. & 126. uol. 1. Corne. consi. 60. uolu. 2. & consil. 252. nume. 4. uolu. 4. & Ferratius, in caute. 16. ubi scribit opinionem istorum communem fore, & cæteri quamplures Doctor. congesti per Moder. inibi, & per Bolognettum, in repetitio. l. omnes

Cõis opi. nes populi,num.97.ff.de iusti.& iure,vbi ait hanc esse communem sententiam omnium Doct. quam quidem ibidem limitat,& declarat. in nu. 98.in contrariam uerò partem quòd uires iuramenti possint statuto infringi inclinauit Bal.in d.l.omnes populi, cuius opinio communiter seruatur. secundum Fulgo.& Pau.de cast.in d.auth.sacramenta Cõis opi. puberum,& pro ista cõmuni obseruantia,& opinione Bal. per pulcherrimas rationes consuluit Corneus consi. 252. uol.4.ubi præsupponit istam esse communem opinionem & eam titubanter, & nihil sibi constans sequitur quoque consi. 135. uolum.1. & uidetur sequi pariter Follerius, in pragmatica de censibus.in rub.Nicolaus episcopus,nume. 90.& 102.tamen in hoc conflictu nunquam in actu practico discederem à prima opinione Bar.magis communi.

OPINIO CCXCVIII.

Statutum disponẽs quòd naturales,& spurij possint succedere patri quemadmodum legitimi non ualet,nec tenet secundum Bar.& alios omnes.in l.3.ff.de testa. Bal. in l.1. C.de iure aureo.ann.colu.2.quia statutum præbet fornicãdi occasionem.l.conuenire.ff.de pact.dota.& ità per istam rationem tenet Federi.de Senis cõs.225.& cons. 227. col. 17.Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.& Imo. in l.3. ff. de Cõis opi. testa.& ista est communis opinio, quam sequitur , & citat Ioã.Bapt.de sancto Sene.in repetitio.l.omnes populi,col. 41.ff.de iusti.& iure, Ang.Areti.in tract.de testa. colu.40. circa medium,Deci.in c.2.colum.2.in.2. lectu. de constitu.& in c.in præsentia , num. 123. & sequ. de probatio. & Ruynus consi.189.nu.7.uol.1.consi.202.col.1.uol.2.& cõsil.138.col.5.uol.5.licèt ipsemet Deci.parum sibi constãs consuluerit contrarium cons.271.& istam partem contra communẽ efficacissimis fundamentis sequitur, & substinet Paleottus,in tract.de notis,& spurijs,in quæst.54.tñ quicquid isti suadeant,& ob hoc nõ discedo à dicta cõi sententia tanq̃ magis æqua,ac melioribus rationibus uallata. Limita prædicta. quòd quàmuis filius illegitimus uigore statuti præfati patri succedere non possit, tamen de iure cõi omnis filius illegitimus ex coitu non accusabili natus ad successionem matris admittitur,nisi mater sit illustris.l.si qua

qua illuſtris.ff.ad Orficia.& uoluit Corne.conſ.25.in præſenti.in fin. lib.1. & per conſequens ante obitum matris filij habebunt alimenta, quia mater locuplex tenetur alere filium ſpurium,ut not. Bar. in auth.ex complexu,C.de inceſ.nup. ideoq; pater ſciens filium naturalem ei ſuccedere non poſſe ex diſpoſitione huius ſtatuti poteſt facere hæredem matrem ſpurij,ad hoc vt poſt matris mortem ſpurius poſſit conſequi omnia,& ſcias quòd etiam concubinæ donare, ac in teſtamento relinquere poſſunt. l. donatione. ff. de donatio. & l. qui concubinam, & l.vxorem.§.concubinæ.ff.de lega.3.

OPINIO CCXCIX.

Statutum Florentinum diſponẽs patrem habentem domicilium Florentiæ, ſcientemque ipſius filium negotiari, exercereque mercantiam in ipſa ciuitate teneri, ac obligari, niſi à dicta negociatione filium expreſſe prohiberet,ſecundũ glo.in rub.C.de decret. decuri.lib. 10.quam ſequuntur omnes ſcriben.cõmuniter.in l. filiusfamilias.ff.de uer. oblig.& in d.rub.& Boerius deciſio.221.nu.15.ubi expreſſe atteſtatur de dicta communi opinione glo. Interpretatur primò huiuſmodi ſtatutũ quòd pater teneatur pro contractibus filij mercatoris reſtringi ad contractus filij, qui fierent,& celebrarentur ob cauſam mercaturę,non autem ex alia cauſa,ut tradidit Alex.conſi.113.col.2.uol.3.Crauet.conſi.3.nu.25.& conſi.171.col.3. in fin. idem uidemus in alio ſimili ſtatuto diſponente quòd filius non poſſit ſe obligare,uel contrahere niſi ſit artifex,vel mercator, nam ualet contractus, vel obligatio ſi fiat tunc occaſione artis, uel mercaturæ aliàs,ſecundum Bal.Sali.in l.fin. C.ad Macedo.Bal.in l.3.§.ex hoc edicto.ff.nauta.caup.ſtabu. Iaſ.in l.age.C.de tranſact.Dec.in c.poſt ceſſionẽ,de prob.& Marſi.in rub.ff.de fideiuſſo.nu.210.Interpretatur ſecundò loco dicta communis opinio quòd pater uigore præallegati ſtatuti ex contractibus filij, celebratis extra territorium non teneatur, nec obligetur, ſecundum Deci. conſil. 359. in cauſa Domini Marci,& ita conſuluit, ut refert Socin.in l. Modeſtinus.ff.de except.genitor ſuus,& Areti.quòd ſtatutum Florentinũ quoad patrem, qui permiſerat filium negociari, Cõis opi.

gociari,& non contradixerit pro filio obligatũ iubet, non trahi ad negocia quæ extra territorium filius gesserit.

OPINIO CCC.

Statutum,Lex,uel Princeps potest prohibere,ꝙ non iuretur super contractibus, secundum Bal. in l.non dubiũ.in fin.C.de legi. per tex.in l.fin.ff.qui satisda. cogan. & Doct.
Cõis opi. omnes communiter,in cap. laicus,de foro competen.in 6. quam communem præcitati Docto. ibidem sequuntur, & pleno ore attestantur,Follerius copiosissimè,in pragmatica de censibus,in rub.Nicolaus episcopps,num.90. & 102. & alij passim in iure nostro. uide aliam conclusionem consimilem supra,in uer.statutum mulierem,uel minoré prohibens,& cætera.

OPINIO CCCI.

Statutum,seu lex faciens mentionem de fructibus intelliguntur deductis impensis,secundum Bar. in l.fructus,per illum tex.ff.solu.matri.Bal.Ang.& omnes Moder.in l.non amplius,in prin.ff.de lega.1.& idem tenet Bald.met.in l.1. col.2. per illum text.C.de fructibus,& lit. expen.cum alijs latè congestis,per Alex.in d.l.fructus,in 4.not. & per Fely. in c.ad nostram, in 1. & 2.col. ext. de iureiuran. & in c.ad aures,col.pen.de rescrip.& Deci.consi.156. statutum,col. 1.ubi idem consuluit de pensione.quæ ex fructibus detrahi debet in extimando ualore beneficij, & opinio præcitatorum
Cõis opi. Doct. uidetur communi calculo approbata ab omnibus,ut asserunt Moder. in d.l. non amplius, & alij scriben. passim, & sequitur eam, ampliatq́ue post alios relatos,per eum Tiraquel.in tract.de retract.lib.1.§.15. in glo.1. nu.1. & seq.& ad hoc facit tex.in l.si à non domino.§. fi.ff.de petitio. hæredi. ubi ad literam dicit Iureconsultus,quòd fructus intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum ; colligendorumq; fructuũ gratia fiũt,quem quidé text.dicit unicum ad hoc,& singularem Ro. in singu.334. malæ fidei possessor,il primo; & ob hoc tenent Bald.& Ang.in l.1.C. de fructi.& lit.expen. quòd poterunt deduci expensæ factæ propter custodiendos fructus,& operas factas,licet Bar. & Alexã. in l.cum quæritur.§.prædijs.ff.de leg.3.uelint contra-

trarium,uidelicet quòd expensæ factæ custodiæ causa repeti non possint, nec repetuntur aliquo pacto, etiam si sunt maiores, quam fructus rei custoditæ, secundum Bertachi. in suo reperto.in 1.par.in uer. expensæ sub uers.seu,nu.40. & cæteros signatos,per eum ibi.

OPINIO CCCII.

Statutum,prohibitio, uel ordinatio in præiuditium ecclesiæ, aut laicorum etiam subditorum molendina habentium,seu de nouo construentium facta,uel factum,etiã per indirectum non ualet,nec tenet aliquo modo,ut consuluit collegium Bononiense,ut constat, in consi.13. inter consi. Anchara.in eodemq; casu consuluit Calderinus, ut est uidere inter consi.Ancha.consil.155.quæ consi. refert,& sequitur Alex.consi.211.col.fin.uol.2.Soci.consi.272.col.4. lib.2.Ias.in l.ciuitas,col.4.ff.si cer.pet.in l.quominus,quæstio.25.ff.de flumini,in l.1.ff.de legi & Boeri. decisio.125. Sed tamen contrariam partem,quòd imo tale statutum ualeat etiam in præiuditium ecclesiæ, tenet Bal. inter consi. Ancha.in consil.11. Calderi.titubanter,& sibi contrarius, consi.21.titu. de constitu.cui consilio se subscripsit Anch. sibi parum constans,& præcitatum consilium Bald.11. sequitur Ias.sibi contrarius,consi.236.col.3.uol.2. & consil. 39.in fin.lib.3.Curti.iunior consi.147.circa fin. Deci.in c. ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu.col.24.uers. tertiò conclusio supra facta,in consi.269.col.4.& consi.271.col.4.& consil.293.col. pen.& Ias.in l.filiusfamilias.§.diui,col.11. uersi.tu ultra alios.ff. de leg.1. tamen in istis tam ambiguis iuris nostri interpretum sententijs quid dicendum? profectò casu eueniente intrepide semper consulerem pro prima opinione tanquam magis communi, & in iure uerissima, & quod sit magis communis attestatur Ias. in d. l. quominus,in quæstio.25.& Boerius,decisio.125. Cõis opi.

OPINIO CCCIII.

Statutum disponens,quod positionibus simpliciter,& præcise responderi debeat,aliàs habeatur pro confesso,si contingeret in casu prędicti statuti, quod Titius negaret se recepisse

centum a Mænio, quæ ab eo in iudicio petebantur hoc ẽt supplendo, ꝙ si appareret in aliquem euentum ipsum Titium ista centum habuisse, affirmat, & fatetur in negotijs dicti Mæuij petentis, seu agentis expendisse, uel ei restituisse, hoc casu animaduerte, ꝙ non uidetur esse dicto statuto simpliciter responsum, & respondens ipse habetur pro cõfesso, secundum Bar. Roma. Alex. Fran. de Areti. & Ias. col. 4. in l. 1. §. si quis simpliciter, ubi ait istam esse communem opinio. ff. de uulga. & Boeri. post alios quamplures congestos, per eum decisio. 339. nu. 4.

Cõis opi.

OPINIO CCCIIII.

Statutum potest facere, quòd possessio continuetur in hæredem absque alia apprehensione. l. raptores. C. de epis. & cle. & ibi not. Bar. & Bal. in l. fin. C. de sacro sanct. eccle. per c. ex literis, de consue. Ange. in l. qui uniuersas. §. fin. ff. acqui. pos. & in l. 1. de distract. pigno. Alex. & Moder. omnes communiter, in l. 1. in princip. & in l. cum hæredes, in prin. ff. de acqui. poss. sed remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. & iura possessoria uigore illius statuti hæredi non competunt, nec conceduntur ante adeptam corporalem possessionem, & sic hæredi spoliato huiusmodi ciuilissima possessione conceditur possessorium adipiscendæ, ut in l. 1. C. quorum bonorum, non autem interdictum recuperandæ possessionis, secundum Bal. in auth. defuncto. quæstio. 111. C. ad Tertull. Alex. in l. in suis, col. 3. ff. de libe. & posthu. & consi. 37. uol. 1. Doct. omnes præcipueq; Curti. iuni. in l. fi. num. 25. C. de edic. diui Adria. tollen. Ias. in l. si sorori. C. de iure delibe. & latè Ruinum consi. 27. nu. 6. lib. 5. & consi. 25. nu. 5. uol. 4. & ista est communis opinio, teste Ripa, in l. 1. nu. 37. ff. de acqui. poss. & in rub. ext. de causa poss. & proprie. nu. 24. Alciat. in tract. de præsump. in 3. par. præsump. in prin. & Parisi. consi. 1. num. 159. uol. 1. quamuis Deci. & malè, in consi. 84. & consi. 487. & Soci. in l. rem quæ nobis, nu. 13. ff. de acq. poss. tenuerint contrarium, retenta tamen dicta communi sententia tanquam uerissima dic ulterius, quod hæres debet citare possessorem etiam iniustum, qui bona hæreditaria occupauit, & aliter non potest possessionem dictorum bonorum ingredi, ubi est occupata etiam

Cõis opi.

Cõis opi.

ſtante iſto ſtatuto, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, ita conſuluit Alex.conſi.83. uiſa facti, num.8. & 10.uolu.2.& Bal.in rub.de cauſa poſſ.& proprieta. col.fin. per l.1.§.neceſſariò.ff.ſi uen.nom.mul.in poſſeſ.mitta. Interpretatur ulterius hoc ſtatutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem non habere locum, quando medio tempore poſſeſſio fuit apprehenſa, uidelicet ante aditam hæreditatem defuncti, ſeù poſt aditam, prius tamen quàm hæres poſſeſſionem ipſam realiter apprehendat tertius occupaſſet defuncti poſſeſſionem, tunc enim uerò huiuſmodi continuatio non eſſet facienda, nec hæres poſſet petere ex forma talis ſtatuti poſſeſſionem in eum cõtinuari, ſecundum Rapha. Raymund. in l Pomponius.§.quæſitum,& Ibi Iaſ.per illum tex.ff.de acqui.poſſ.& in d.l.ſi ſorori, col.1.& conſi.147.col.8.uol.2.Alexan. in d.conſi.83. col.1.& ſeq.& iſtam aiunt eſſe communem opinionẽ præcitati Doct.& Ioan. Bap.Plotus, poſt alios quamplures, ibi per eum relatos, in repetitio. l.ſi quando.C. unde ui, nu.8. ubi etiam, nu.13. 14. 15. 30.31.& 32.Limitat,& declarat dictam communem. Cõis opi.

OPINIO CCCV.

Statutum diſponens quòd inſtrumenta executioni mandentur, quod quidem ſtatutum reperitur ferè in omnibus Italiæ partibus, ſi aliquod inſtrumentum eſſet obſcurum, & non liquidum, ut quia contineret promiſſionem refectionis damnorum, & intereſſe hoc caſu abſque dubio poteſt peti executio,& ſatis eſt quòd in proceſſu fiat liquidatio damnorum,& intereſſe, ſecundum Bar. in l.1.ff.de edé. nu.8.per tex.in l.2.C.de ſenten.quæ ſine cer. quan. proferuntur, quem ſequuti fuere Bald.Fulg.Pau.de ca.& Roma. in d.l.1.hoc idem repetit ipſemet Barto. quem ſequitur ibi Alex.in l.1.nu.17.ff.de lega.2.& Bar.refert,& ſequitur cõſulendo Roma.conſi.76.nu.5.qui quidem Docto. uno ore omnes concludunt inſtrumenti nondum liquidati executionem peti poſſe, cuius tamen liquidatio in proceſſu fieri poſſit, idem ſentit Pau.caſtren.conſi.165.nu.2. uolu.2.ubi ait quòd ſaltem poſt petitam executionem debet conuentum in inſtrumento liquidari, & hanc opinionem commu

nem esse attestatur Ias.in d.l.1.nu.31.ff. de eden. Licet ibi Ias.contrarium sentiat,& Roma.consi.211.nu.5.allegationes conetur distinguendo resoluere istam materiam, tamé à prædicta communi fatuum esset recedere &c.quam sequitur, declarat, ait esse communem, & in practica obseruari Couarruuias,in tract. de uarijs resolutionibus iuris Pontificij,& Cæsarei,in 2.libr. cap.11. ubi refert omnes contrarium asseuerantes, & nota hic quòd instrumentum non liquidum regulariter nullam meretur executionem, ut latè ponit Dec.cõsi.107.nu.2.post infinitos Doct.ab eo citatos.

OPINIO CCCVI.

Statutum,uel consuetudo disponens, quòd testamétum possit fieri corã quinque,aut paucioribus testibus tam circa leuia, quàm circa grauia ualet, & tenet, ac integerrimè seruatur,secundum Cy.Bar. Bal. & omnes Docto.in l.1.C. de summa Trin.& fide cathol. in l.cunctos populos,eo. tit. in l.3.ff.de testamen.& in l.si non speciali.C.eod.tit. & ista est communis opinio,teste Ias in d.l.1.nu.33.cum septem alijs seq.Deci.in c.sicut,de probatio.nu.71.ubi,num.69. & seq.retulit omnes ferè Docto.in contrariam partem inclinantes,licet ipse demum resideat cum communi,& Boeri. decisio.228.nu.6.& seq. & sic manifestè apparet legem municipalem,uel consuetudinem posse addere formam testãdi ultra solennitatem traditam à iure ciuili, d.l. si non speciali,ubi per illum tex.ita communiter not.Docto.ut constat ex congestis per Alex. ibi,& per alia superius relata. Ampliatur primo dictum statutum, quòd comprehendat non solum ciues, uerum etiam forenses ibidem testantes, secundum Bart. in præallegata.l.1. cum quo sentiunt omnes Doct.communiter,ut meminit ibi Ias.nu.40. Ampliatur secundo loco prefata conclusio,quòd testamentum secundum formam dicti statuti conditum ubiq; potest effectum sortiri etiam quo ad bona alibi existentia, ut uolunt omnes scribentes,in d.l.1.præsertimq; Ias.ibi.num.44. ubi asserit hanc esse communem opinionem. Interpretatur tertio loco dictum statutum, quòd licet quinque testes sufficiant in confectione testamenti, dic quòd sufficiant etiam ijdem in reuocatione ipsius,secundum Dec.& alios ibi

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

ibi relatos,per eum,in c.cognoscentes,in 2.lectu.nu.16. de consti.Fallit primum præfata conclusio habere locum dũtaxat in testamento,non autem in codicillis,quia statutum nostrum disponens in testamento sufficere quinque testes non ob hoc præsumitur, ꝙ in codicillis sufficiunt tres testes,secundum not.doctrinam Bar. in l.2.circa fin.ff.de lega.1. communiter ibi ab omnibus scriben. approbatam, ut referunt Moder.ibi,& Ripa,in tract.de peste,in ti. de privileg.ultimarum uoluntatum causa pestis,nu.47. Limitatur secundo dicta communis conclusio, quando aliquis subditus, uel uassallus conderet testamentum extra territorium statuẽtium,& in loco,ubi seruatur ius commune, tũc enim ualet testamentum factum secundum formam iuris communis,argu.l.si fundus.ff.de euictio. cum alijs relatis, per Corneum consi 232.circa primum,col.2.lib.4.utpotè quia seruanda est forma,quę seruari consueuit in loco,ubi fit testamentum,adeo ꝙ testator Christianus existẽs in territorio saracenorum potest condere testamentum seruata solennitate iuris gentium,quam seruant hostes Christianę fidei in suis testamentis,secundum Pau.de Cast.eleganter, & Ange.in l.2.C.quemadmo.testa. aperian.quos refert, & sequitur Ias.in d.l. cunctos populos, col.8. licet Bar. contrarium asseruerit, in l. qui à latronibus.ff. de testamen. & Barba.in rub.de testamen.fol.14. ubi poteris uidere multa congesta per eum,& uide Ange. in auth. omnes peregrini. C.communia,de successio.ubi per illum tex. tenet peregrinos posse facere testamentum non seruata solemnitate iuris ciuilis,cuius piam opinionem impugnare nititur Barb. in d.rub.de testa. fol.15. ego uero inhæreo dictæ Ang.sententiæ ne uerba.d.auth.omnes peregrini non aliquid operentur,argu.l.si quando.ff.de lega.1.& c.si Papa,de priuilegijs,lib.6.& l.1.ff. de milita.testamen. Cõis opi.

OPINIO CCCVII.

Statutum alicuius ciuitatis disponens, ꝙ nemo debeat ad collegiũ ipsius admitti nisi sit natus ibi, uel nisi sit ciuis originarius non habet locum quotiescunque quis esset natus alibi,& sic extra dictam ciuitatem trãseundo, uel casu, ꝑt.n.tunc ille esse de collegio ẽt ꝙ sit natus in alio loco, &

ciuitate per transitum, ut per Ioan. de Plate. in l. filios. C. ad municip. tamen huiusmodi opinionem non ausus est firmare Bar. ibi, sed casu eueniente semper consulerem, & iudicarem pro opinione Ioan. de Plate. tanquam in iure uerissima, quia originarius nō dicitur quis loci, in quo natus est casu, & transeundo, ut per Canonistas omnes, in c. Rodulphus, de rescrip. & ita se habet cōmunis opinio, de qua testantur Moder. inibi, & Boeri. decisio. 13. nu. 52. & ita fuit decisum in collegio Salamāticensi diui Iacobi. teste Vasquio, in tract. de succes. processu. lib. 1. §. 2. nu. 9. ubi sequitur opinionem hanc, ac demōstrat ueriorem, æquioremq; fore. comprobatur alia ratione isthæc sententia Ioan. de Plate. nam per hanc natiuitatem filius in ciuitate ubi uerè natus fuit oneribus non obligatur, cum ibi parens fuerit ad tempus. l. 1. ubi Bar. ff. de capti. & postli. reuers. quem sequitur Abb. & Fely. in d. c. Rodulphus, & istam opinionem ait esse communem Augu. de Arimi. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. Ripa, in tract. de peste, in 2. parte, uersi. 18. in contrariam uero partem inclinarunt nonnulli Doc. quod natus casu in loco ubi mater non debebat permanere, dicatur ibi, ubi natus fuit, sortiri originem. quorum opinionem docet communem esse Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. nu. 14. ff. de lega. 1. item hoc statutum non admittens in collegium doctorem forensem limitatur, ut non habeat locum in aliquo eminentis scientiæ, secundum Barbac. in rub. de reb. eccl. non alienan. col. 3.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCVIII.

Statutum.

Cōis opi.

Quando duo per modum regulæ æquiparata sunt à iure statutum loquens in uno ex æquiparatis habet locum, & in alio, secundum gl. communiter approbatam, in l. si quis, seruo, in prin. C. de fur. & tradit Soci. in l. 1. col. 2. ff. de lega. 1. Curti. iun. consi. 150. nu. 4. & Aug. Bero. in quæstio. sua 105. num. 6. ubi arguit de literis cambij ad scriptum priuatum dicens statutum fori mercatorum ciuitatis Bononiæ loquens de literis cambij habet locum in scriptis priuatis uti per regulam æquiparatis.

OPI-

OPINIO CCCIX.

Statutum iubés libris campſorum, ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem ualet, & tenet, quaſi tunc publica authoritate nitatur, ſecundum Ioan.And.in add.Specu.in ti. de inſtru.editio.§.nunc dicendum, Bal.& Ang.in l.quædã. §.nummularios.ff.de eden. Innoc.in c. cum.P.tabellio. de fide inſtru.eundem Bal.in l.cunctos populos, col.14.C.de ſumma Trini.Ancha.in c.canonum. ext.de conſti. Benue. ſtracca, in tracta. de mercatore, in titu.quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit, nu.31.cum alijs abundè congeſtis per Crauetam, in tracta. de antiqui.temporum, in 1. parte, nu.27.ubi ait huic concluſioni neminem ex ſcribentibus aduerſari, & iſta communis ſententia probatur, in c. cum dilectus, de fide inſtru.ut latè Moder.in l.admonendi. ff.de iureiuran.& in c.2.de fide inſtru. Ampliatur hoc ſtatutum extendere uires ſuas extra territorium ſtatuentium, & liber, ſeu ſcriptura mercatoris ſic roborata à ſtatuto ubiq; probat, licet in iudicio, in quo producitur non adſit huiuſmodi ſtatutum, ſecundum Ioan.And.in d.§.nunc dicendũ, Bar.& Doct.in l.1.in 7.quæſtio.prin.C.de ſumma Trini.& fide catho.Bald.in l.exemplo.C.de probatio. & in l.ſi non ſpeciali, nume.4.per illum tex.C.de teſtamen.Ant.de But. col.3.cæteroſq; Canoniſt.in d.c.2. de fide inſtru. Roccum Curtium, in repetitio. c.fin. nu.46.de conſuetudi. Deci.in c.1.col.17.de probatio.Benuenu.ſtracca, in d.tract.de mercatore, in tit.quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit, nu.31.& Iaſ. in l.ſi arrogator, col.16.ff. de adoptio. ubi aſſerit huic ampliationi nunquam inueniſſe contradicentem, & Craue. in tracta. de antiqui.temporum, in 1.parte, nu. 9. atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & ratio iſtius communis uidetur iſta, quoniam circa ſcripturæ fidem inſpicitur locus, ubi celebrata eſt ubicũque poſtmodum producatur, ut uoluit Bal.conſi.79.lib.3.per tex.in l. ſi fundus.ff.de euictio.Guido Papæ, in quæſt.272.& Iaſ. in l ius autẽ ciuile, col.fin.ff.de iuſti.& iure. Limitatur primũ ſtatutum non procedere ſi eſſet indiſcretum, uidelicet, ꝙ omni ſcripturæ mercatoris pro ſe crederetur, quia tunc careret ratione, imo eſſet pronum ad falſum committendũ,

Cõis opi.

Cõis opi.

Cōis opi. ut per Bal.in l.unica,nu.13.G. de confess. cuius dictum reputat singulare,& sequitur Panor. in c.bone,il 2. circa fin. extra,de postu.prælato.Ias.in repeti.d.l.admonendi,num. 102 ubi omnes Moder.hoc idem tenent,Mars.in sing.458. liber mercatoris circa medium,& Benuenu. stracca,in prę citato tract.de mercatore,in tit. quomodo in causa mercatoris procedendum sit,nu. 37. & seq. dictumq; statutum q libris mercatorum detur plena fides interpretatur secundo loco in pertinentibus ad mercationem, & eorum officium,non autem in alijs,prout tradit Rom.consi 204.col. 2.post Ioan. Andr. in d.§. nunc dicendum,in add.magnis, Aret.consi.33.col.1.& consil.44. Alex.& Ias.in d.l.admonendi,idem Ias.in l.age.nu.4.C.de transact. Deci.in c.post cessionem,nu.13.& consi.30.col.2.Crauet.consi.3.nume. 15.Riminal.consi.35.nu.12.& consi.279.nu.1. consi.297. & 301.nu.3.Marsi.in repeti.rub.ff.de fideiusso. num.109.& in repeti.l.fin.nu. 168.ff.de iurisdi.omnium iudi. & Benue. stracca,in allegato tracta. de mercatore,in titu.quomodo procedendum sit in causa mercatorum, nu.40. fol.254.licet idem Deci. titubanter, & parum sibi constans contrarium teneat,in d.l.age.nume. 5.quem taxat Alciatus ibi,& Cōi opi. primam opinionem dicit esse communem puta si sit mercator pannorum, & in libro sit scriptum aliquid de mercatura pannorum, secus si scriberet de aliquo deposito, uel mutuo quod non esset de arte sua,argum.l.tertiæ.§.eodem modo.ff.nau.caup.stabu. idem uidemus in alio simili statuto disponente, q potestas teneatur pro sua familia, quod quidem statutum restringitur ad ea quæ pertinent ad officium,puta si familia delinqueret in officio, nō si extra causam officij,secundum Roma.consil.11.& consil.25.Craue. in d.consi.3.& Alcia.in d.l.age.col.pen. post Ang.in l.1.C. si rector prouin. Tertio limitatur præfatum statutum, q credatur libris mercatorum,ut intelligatur procedere,nisi talis mercator sit infamis,uel aliàs incurrerit infamiam, ita uoluit Bal. in d.l.cunctos populos,col. 41. quem refert, & sequitur Ias.in §.sed iste,col.24.institu.de actio.& in repeti.d.l.admonendi,nu.102.& Stracca,in d.tract. de mercatore.in tit. quomodo in causa mercatorum procedendū sit.nu.39.fol.253. Limitatur quarto mentionatum statutū in-

Intelligendum,ac interpretandum esse quatenus liber mercatoris conscriptus sit in territorio statuentium,& non alibi,unde si Aquilanus Romæ commorãs, & ibi in libro suo annotaret se soluisse centum, quæ Martino Aquilano debebat, seu soluere tenebatur, tunc uirtute prædicti statuti non probaretur solutio,ut uoluit Seue.in d.l.omnes populi,nu.164.post Bald.in c.cum dilectus,ext. de fide instru.& Ias.in d.l.cunctos populos, sed contra istam limitationem complura scribit,& refert, prætermissaq; authoritate Bal. Corneus consi.319.circa primum, in ultima dubitatione, uol.3.ubi dictam quæstionem insolutam reliquit.

OPINIO CCCX.

Statutum disponens,q causæ uertentes inter affines debeant compromitti non habet locum,nec procedit si causa uertatur inter quondam socerum,& generum,quoniam est dissoluta affinitas propter mortem alterius coniugum, secundum Bar.Bald.& Ang.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff. de postulan.hoc idem firmat, ac tenet idem Bal.in l.fin.C. de uer.sign.& in l.rei iudicatæ.ff.solu.matr.& Saly.Pau.castren.& Alex.inibi,& Ias.in l.non tantum.ff.de re iudi. ubi Alexã.audacter asseuerat hanc esse communem opinioné, nu.27.& Crotus,in tract.de testibus,in 2.quæst.6.quæstionis prin. Salyc.uero præcipitanter uidetur tenere contrarium, in d.l.fi. cuius fundamentis optimè respondet Alex. in præcitata.l.non tantum,& consi.207.uolu.7.ubi consuluit pro dicta communi,quam disputando sequitur etiam, declarat,& citat Marcus Ant.Blancus,in tract.de compromissis.q.3.nu.23.& seq.fol.paruo.62. Cõis opi.

OPINIO CCCXI.

Sub statuto disponente coniunctos, & affines teneri ad compromittendum non comprehẽduntur nouerca,& priuignus,nec aliquo pacto habẽt beneficium istius statuti, ut alter alterum possit ad compromittendũ cõpellere,secundũ Bal.in l.affinitatis.C.cõia,de success.& Alex. consi.207. circa fi.uol.7. ubi asseuerat hanc esse cõem opinionem omniũ Doct.& Mod.apostillantes Alex.inibi,& Marcus Ant. Blancus,in trac.de compromissis.q.3.nu.28.fol.paruo.67. Statutum. Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCCXII.

Statutum diſponẽs quòd monaſterium, uel religionem ingredientes patri, uel matri ſuccedere non poſſint ualet, & tenet ſecũdum Bar. in l.fi.C.de pactis, ſecus autem eſſet ſi dictum ſtatutum uteretur uerbo futuri temporis, ueluti ſi ingreſſa fuerit &c. tunc enim ſecundum eundem Bar. ualeret ſtatutum, ſed Doct.omnes unanimiter tenent hoc ſtatutum indiſtinctè non ualere, præcipueque Ang.Imo.Roma.Alexan.& Iaſ. in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uer.oblig.& idem Iaſ.cum alijs latè ibi congeſtis per eum, in d.l.fin.ubi hoc idem tenet Deci.Claud.aquen. Riminal. alijque Moder. Soci. in l.fi. ff.de his quæ pœnæ nomine,&
Cõis opi. iſta eſt vera, indubitata, & communis opinio contra Bart. ut aſſerit Alex.conſi.139.uiſo themate col.pen.vol.2. Deci.in c.in præſentia.ext.de probatio.nu.197.Ioan.Bap.Caſte.in add.ad Matheſi.in ſing.145.nota dictum &c.Ruinus cõſi.205.nu.2.uol.1.Bolognettus in d.l.fin.nu.105.& Mantua ibi.nu.78.cum alijs ſeq.& idem Deci.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.188.de conſtitu.Item nec ualet ſtatutum præcipiens quòd qui non petierit creditum ſuum intra tale tẽpus,utputa infra decennium amplius petere non poſſit,ſecundum Bar.in l.omnes populi.in 3.quæſtio.prin.ff.de iuſti. & iure, & alios quàmplures congeſtos per Thom. Fer-
Cõis opi. rat.in caute.38. nu.2.vbi aſſeuerat hanc eſſe communẽ opinionem,& nouiſſimè Anto. Galleſius in tract. de formulis cameralis obligationis ſuper formu.camera.oblig.3.quæſtionis,nu.11.fol.113.quanuis ibi dicat iſtud ſtatutum non ſeruari in Vrbe Romæ,& de hac communi diximus ſupra, in uer. ſtatutum diſponens quòd qui nõ petierit creditum ſuum à debitore &c.

OPINIO CCCXIII.

Statutum excludens filias à ſucceſſione patris, præcipienſque eas dotari arbitrio propinquorum, tunc nõ poſ-
Cõis opi ſent propinqui minus legitima arbitrari,ſecundum cõmunem opinionem omnium Doct.quam allegat Gram.in deciſio.101.nu.20.& quanuis allegat quod propinqui in caſu præallegato minus legitima arbitrari nequeant, nihilominus

nus poterunt arbitrari in plus, quando legitima non sufficeret, secundum Sali.& Fulgo.in auth.res quæ, in 2.not.C. comumunia de lega. Alex.consi.69.volu.1.dicentem quòd ita consuluit Ang.consi.incip.Dominus Gregorius Pagoni &c. quia secundum eum legitima est pars minuscula.l.si quis plures filios.C.de inoffi.test.& Bal. consi. exordiente Antonius plures filios, vtpotè quia bonus vir non debet arbitrari quòd legitima filiæ sit auferenda, quæ censetur æs alienum, & debita iure naturali.l.Papinianus.§ si quis impubes.de inoffi.testa.& succedit in locum alimentorum, & legitimæ per not.per Cyn.in l.sancimus.C.de secun.nupt. & idem per easdem rationes tenet Alex.consi.7.uol.2.cõsi.83.uolu.4. & istam opinionem approbare uidetur Soci. in l.hæredes mei.§.cùm ita ad trebel.col.pen. dicens quòd istam sententiam tenet, & firmat Salic. in disputatione inchoante statuto cauetur &c. & Bal.consi.incip.materia diuiditur, & consi.exordiente statutum tria capita, subdensque ibi quòd secundum hanc opinionem sępius Moder.Perusini consuluerunt habentes istam opinionem pro canonizata, & quòd aliàs fuit iudicatum in ardua causa in ciuitate Florentiæ, in qua utrinque erant consilia Doct. totius Italię, & dictam sententiam tenet etiam, sequiturque Corne.consi.197.uol.1.consi.91.107.162.col.fin. uol.2.& consi.111.in consi.115.uolu.3. & consi.1. consi.258.uolu.4.& Cur.consi.27.38.& seq.& 78.colu.32. & si quis opponeret præfatæ communi conclusioni hoc fundamento videlicet quòd regulariter substantia contractus in alterius ex contrahentibus uoluntatem conferri non potest.l.quod sæpe, §.1.ff.de contrahé.emp.responde breuiter quòd dotis substantia potest.l.cum post.§.gener.ff.de iure dot. & non solũ per uerba resonantia, seu importantia arbitriũ boni viri, ut promitto dotem arbitrio meo, & quam extimauero, seu arbitratus fuero.l.si sic.ff.de leg.1. sed etiam per uerba liberã uoluntatem importantia, vt promitto dotem, quam uoluero.l.fideicom.§.quanquam.ff.de lega.3.idcirco semper uidetur boni uiri arbitrium stipulationi insertum esse. l.3.C.de dot.promissio.ubi omnes not.& in l.prima.ff.solut.matrimonio.

OPINIO CCCXIIII.

Statuti rubrica disponens, uel præmittens, q filia dotata non succedat in bonis ascendentium, nigrum uero prędictæ rubricæ, seu statuti non disponens nisi de bonis matris, uel auiæ nullum uerbum addendo, ac faciendo de bonis paternis hoc casu filia non potest succedere in bonis paternis, secundum Pau. de Cast. consil. 83. uol. 2. præsens casus modicam, & c. in nouis, & Io. Cephalum cum alijs relatis per eum consi. 146. nu. i. uol. 1. & Ioan Baptistam Bouiū, in tract. de statut. urb. præscr. tit. cont. om. credi. glo. 19. nu. 61. cū alijs seq. & ratio allegatæ doctrinæ uidetur ista, quia rubrica generalis habens rubricam perfectam non restringitur per nigrum, ut omnes Moder. pleno ore fatentur, in in d. l. 1. ff. si cer. pet. imo dic fortius, q prædicta rubrica generalior nigro potest allegari ad decisionem causarum, & pro textu, & lege, secundum Bar. in d. l. 1. quod intelligunt
Cōis opi. omnes scriben. ibi communiter, quādo rubrica habet orationem perfectam, ut supra docuimus, & tenet etiam Alex. consi. 13. in prin. uol. 3. cons. 180. maturè digestis, col. 1. uolum. 2. Corne. consil. 67. planè quidem, col. 2. lib. 1. & consi. 104. col. 3. eod. uol. & consi. 182. in hac consultatione, col. 2. uol. 2. quam quidem communem ultra alios iam congestos sequuntur, & attestantur Alex. & Deci. in 2. lectu. in d. l. 1. & Io. Cephalus, in d. consi. 146. nu. 1. & omnes Moder. corroborant similirer dictam doctrinam Pau. de Cast. per decisionem Pet. Gerar. in sing. 7. q si statutum disponat, ut filia fœmina non succedat debet intelligi in bonis dotātis, & per Ias. in l. quoniam nouella, col. fin. C. de inoffi. testa. licet de eo, ad quem ius dotandi spectat nigrum nihil dicat. In contrariam uero partem inclinauit per septem fundamenta Ias. in d. l. 1. quibus omnibus respondet Deci. Niger, & Mantua ibi, & quàm optimè respondebat residendo cum doctrina Pau. castren. fortissimis, & nouis fundamētis, quæ omitto breuitati studendo D. Rainaldus Rodulphus Perusinus singularis Præceptor meus Iureconsultorum eloquētissimus, & acutissimus hac tempestate dum eum Perusij superioribus annis publicè audiebam, & cum dicta doctrina
Cōis opi. Pau. de Cast. transeunt omnes Doct. communiter in locis men-

mentionatis. Corroboratur ulterius præfata opinio Pau. castren. quòd per extensionem ex mente statuentium collectam comprehenditur successio patris, quoniam inficiari nequit aliquo modo, quòd si statuentes fuissent interrogati de successione patris, quòd idem æquè disposuissent, sed omiserunt tanquam clarum, utpotè quia maior erat dubitatio de successione matris, cum bona non discedant à familia agnatorum, & ista est communis opinio, ut per Soci. consi. 128. Alex. conf. 83. & 122. uol. 3. & Alcia. in d. l. 1. col. 2. & mihi uidetur esse probabilem, iuri consonam, & æquã sententiam, quia hoc statutum est fauorabile, secundũ Bal. in l. maximum uitium. C. de liber. præteritis. Cõis opi.

OPINIO CCCXV.

Statutum excludens fœminas propter masculos est principaliter fauorabile, ut per Bald. in l. maximum uitium. C. de liber. præter. & per Alex. consi. 89. & consi. 132. uolu. 6. & consi. 141. uol. 7. quia pro conseruatione agnationis, & familiarum est introductum, ut uolunt Bal. & cæteri, in d. l. maximum uitium, & alios quamplures eiusdem sentẽtiæ relatos, per Curtium iuni. consi. 87. num. 5. ubi asserit hanc esse communem opinionem, Soci. iunior uero consil. 1. nu. 46. & 108. lib. 1. circa istam materiam refert quatuor opiniones, & dènique secundam opinionem, uidelicet, quòd dictum statutum sit odiosum asseuerat esse magis communem, sed quid concludendum in tam uarijs iuris nostri interpretum sententijs? ego pro nunc inhæreo primæ opinioni hac potissimum ratione omissis alijs, quia huiusmodi statutum in totum legitimam tollere non potest, sed diminuere, ex quo legitimam reduxit ad dotem datam, uel promissam, quæ dicitur esse loco legitimæ, ut tenent Bal. & Sal. in 2. nota. per illũ tex. in l. q̃m nouella. C. de inof. testa. Ampliatur primum hoc statutum disponẽs, ꝙ filius masculus excludere possit fœminã, ut procedat etiam in nepote ex filio, qui quidem potest dictam fœminam excludere, secundum Bal. Alex. & alios Doct. in l. ueia. C. de in ius uocan. Anch. in c. canonum statuta, de consti. Ruinum consil. 141. nu. 3. uol. 2. & consi. 58. nu. 5. pòst alios ibi per eũ congestos, Cõis opi. Cõis opi.

gestos uol.5. quoniã appellatione filij nepos comprehenditur.l.liberorum.ubi Bar.ff.de uer.sig. & Moder.in d.l.uenia,Roma.consi.129. Rochus de Curte in repetitio. c. fin. de consuetu.Goza.consi.90.col.4.Marsil.consi.85. nu. 14. & Latius in singu.303. filiorum appellatione,& Ias.in l de quibus,nu.16. ff.de leg.ubi attestatur, hãc esse communem opinionem,& Soc.nepos consi.144.nu.83.lib.3. post Dec. in l.2. colu.3. C.de in ius uocan.Comprobatur etiam ista communis, quia consuetudo extenditur, quando casus, ad quem fit extensio comprehẽditur sub casu expresso saltem ex lata uocabuli significatione, nam ad talem casum extenditur consuetudo etiam contra ius, aut à iure exorbitans. l. filium habeo.ff.ad Maced. Cõprobatur postremo isthæc conclusio, quoniam nepos in casu nostro locum patris tenet,secundum Pau.Castr.consi.154.præsens casus, & Francis.de Aretio.consi.64. subrogatum etenim sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum.§.qui iniuriarum ff.si quis cautio.l.1.§.hæc actio,ubi Bar.ff.si quis testa.libe. esse iussus fuerit, & persona subrogata utitur eisdem priuilegijs,quibus ille,cuius loco subrogatur.l.decernimus, & ibi per Bart. C.de aquæductibus lib. 11. & l.comperimus, ubi etiam Bar. C.de proximis sacrorum scriniorum. Amplia secundò præfatum statutum, vt non solum habeat locum in laycis,uerum etiam in clericis, qui absq; dubio possunt gaudere beneficio dicti statuti contra fœminas,secundum Sand.in c.ecclesia sanctæ Mariæ col.27. uers.septimò quæro & c.de cõsti. Bal.in l. cunctos populos in 2.lect.col. 2.uers.sed his ulterius quæritur,& consi. 30. uol.1. Abb.in c.constitutus.de in integ.rest.in 5.not.Lapus in allega.100. & seq.Barba.consi.54.in fi.Soci.iuni.consi.10.nu.23. vol.1. & alios quamplures relatos per Ioan.Bap. Castellionei,in add.ad Roma.in sing.441.habeo casum in facto,vbi attestatur,hanc esse communem opinionem, Parisi.quoque consi.47.nu.62.uol.3.Brun.in tract. quòd stant. mascul. in 12. arti.prin.q.11.& Dec.in d.c.ecclesia sanctæ Marię, nu.217. quoniam statutum inter laycos est obseruandum etiam inter clericos, quando statutum iniecit vinculum ante clericatum.c.restitutus.de in integrum restitu.& not.canonistę in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ. contrariam uerò sententiam

sequuntur

ſequutus eſt, Soci.iunior.in d.conſ.1. nu.63.uol.1.ubi dixit hanc opinionem eſſe ueriorem, tamen quicquid ipſe Soci. ſuadeat ob hoc in iudicando, & conſulendo ſemper ſequerer communem, quia iudicare contra communem eſſet cõtra ſtimulum calcitrare, ut per Crauet.conſi.91.nu.11. Ampliatur tertiò iſtud ſtatutũ excludens fœminas propter maſculqs quòd excludat etiam per legitimatos per conſequẽs matrimonium, ſecundum Anchar.conſi.242.ex tenore, & Deci.conſi.155.& diligenter pro tenui.col.pen.& fin. & in c.cum in cunctis.nu.29.de electio. But.in c.innotuit col.2. eo.titu.Pau.Caſtren.in l.fi.C.de his qui ueniam æta.impetraue. Campegius in tracta.de dote, in 1. par.5. par. prin. q.59.in fin.Crot.in repeti.l.gallus.§.& quid ſi tantum, nu. 82.& 169.ff.de libe.& poſthu.& Pariſi.conſi.13.uol.2. Amplia quartò dictum ſtatutum excludens fœminas extãtibus maſculis ligare etiam fœminas ingredientes religionem, & ſic operatur contra fœminas profeſſas religionẽ, ſeu moniales, ut per Ioan.And.in reg.ſine culpa, de reg.iuris in 6. in mercurialibus, Pau.Caſtren.conſ.339.primum dubium de quo quæritur col.2.& 3.Roma.in l. ſtipulatio, hoc modo concepta.ff.de uer.oblig. Abb.& alios in c.quod clericis de foro compe.Abb.& Fely.col.18. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ & Ripa in ſuis reſpon.in titu. de longa conſuetudine cap.6.nu.11.ubi audacter atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & Soci nepos conſi.25.nu.11. uol.3.& Io.Cephalus conſi.146. nu.26.uol.1.ac ei inhæret quoque conſulendo Iacob.Mandellus, oſtenditque magis communem fore.conſi.98.nu.1. nonnulli uerò Doct.& malè fuerunt in contraria ſententia, quos refert Ruinus conſi.200. nu.8.lib.2. & Laurentius Syluanus conſi.49.nu.4. Amplia quintò hoc ſtatutum ꝙ feminę excludantur propter maſculos extendi, etiam ad Iudæos, ut uoluit Ana. in c. iudæi il ſecundo.col.5.de iudæis, & Fely.ibi.colum.2. & nouiſſimè Marquardus de Suſanis.in tracta.de iudæis, & infidelibus, in 2.parte.c.2.num.4.& ſeq. poſt alios ibi relatos per eum ubi audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem. Amplia ſextò loco qđ dictum ſtatutum ꝙ ſtãtibus filijs maſculis fœmina excludatur habet locum, & procedit etiam ſtante uno, ſecundũ Bal.in l.1. C.de condi. inſer.per illum

Cõis opi.

tex.

tex.quem refert,& sequitur Deci.in ca.prudentiam.§. adijcimus,nu.8.de offi.deleg. Præallegatumq; statutum q̃ fœmina excludatur superstitibus masculis. Amplia septimò, ut procedat,ut tam filia, quàm uenientes ex persona eius à successione repellatur,ut per Bar.in l.2.§. uidendum,in fi. ff.ad Tertul.& in d.l.liberorum, col.pen. per illam legem. C.de collatio.Ruinum consi.120.nu.2.uol.1. & consi.151. nu.6.uol.2.cum alijs congestis,per Deci.cons.656. iuridicam,Laurentium Syluanum consi.1.nu.65. & Ruinum cõsi.8.nume.9.uol.3. & ista est uera, & indubitata conclusio.

Cõis opi. Amplia ulterius, quòd sub huiusmodi statuto exclusiuo fœminarum comprehenditur non solum filius legitimus, & naturalis, sed etiam arrogatus in filium ab auo materno, quia per omnia similis est filio uero, legitimo, & naturali tam ratione patriæ potestatis, quàm quoad effectum suitatis,ac etiam respectu successionis ab intestato, ut §. in nostra,institu.de actio.§.pen.institu. de hære. quæ ab intesta. iuncta.l. cum in adoptiuis, circa fin.ff.de adoptio. & l.si te parens, & ibi Bart.C.de suis,& legiti. imo dic q̃ arrogatus filij appellatione continetur.l. filij appellatione.l. iusta, & d.l liberorum.ff.de uerb.sig. ergo secuta arrogatione cum in eo concurrant uinculum ciuile, & naturale. d.§. in nostra filius legitimus,& naturalis dicetur, & eadem ratione, quia filius legitimus,& naturalis fœminam excludit, eadẽmet ipse arrogatus excludere uidetur. Ampliatur, seu interpretatur nonò dictum statutum excludens fœminas propter masculos,quòd est de iure licitum secundum commu-

Cõis opi. nem opinionem Doct.citatam,& relatam per Alber.Bru. in tract.de statutis excluden.fœminas,col.2. Fallit primò loco istud statutum excludens fœminas propter masculos non habere locum extra territorium statuentium,& sic nõ propagatur,nec extendit radices,& uires suas quoad bona existentia extra territorium statuentium,sec̃d̃m Bar.in l.cũctos populos.q.6.C.de summa Tri.Alex. consi.128. consideratis uerbis instrumenti,uolu.1.ubi latissimè respondet omnibus ferè rationibus Saly. contrarium asseuerantis, in l.cunctos populos.C.de summa Trin.& fide catholi.& ista uidetur communis opinio,ut testatur Alex.in allegato cõsil.& Ruinus consi.48.uu.1.circa medium,uol.3. ubi ait ab

ista sententia communi non esse recedendum, & Rolandus à Valle post alios relatos per eum, in tract. de lucro dotis, in quæstio. 20. nu. 14. Interpretatur secundo dictum statutum excludens filiam à successione patris, quod ipso mediante non excluditur ad inualidandum testamentum inter liberos conditum, & sic filia simpliciter à statuto exclusa si in testamento patris fuerit præterita potest illud rumpere, si pater extraneos, uel filios instituerit, quia in hoc filia extranea persona non reputatur, secundum Corne. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. col. 3. uer. prædicta faciunt, Cuma. consi. 119. circa fin. cum alijs relatis per Boeri. decisio. 241. nu. 9. ubi ait hanc esse communem opinionem, & Berous post alios relatos per eum, in repetitio. c. Rainutius, nu. 234. cum alijs seq. de testamen. ubi ad utranque partem doctè, subtiliter, ac latè hanc quæstionem disputat, & ratio dictæ communis opinionis uidetur ista, quia pater tenetur necessario uocare filiam in suo testamento, uel eius filios, ut decidunt Bar. Ias. cæteriq; Doct. communiter, in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & de dicta communi attestantur Moder. inibi, & Gui. Benedic. in repetitio. d. c. Rainutius, de testa. nu. 81. Fallit tertio præfatum statutum disponens, quod stantibus masculis filia fœmina non succedat non habere locum in filijs legitimatis per rescriptum comitis palatini, uel alterius habentis potestatem legitimandi cum non excludant fœminam, secundum Deci. in l. liberos, circa fin. C. de collatio. in c. in præsentia, num. 40. extra de probatio. & latè consuluit consi. 52. & Curtius senior consi. 16. nume. 5. & sequen. & consi. 35. nume. 16. cuius consilio complures excellentes, & illustres Doctor. subscripserunt, & ita in opulenta hæreditate fuit Mediolani iudicatum, & ista est communis opinio secundum eundemmet Deci. in d. l. liberos, & de dicta communi attestatur etiam Francisci. Curti. in præallegatis consilijs, & de ueritate istius conclusionis communis plura scribit Ias. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. Crotus, in l. Gallus §. & quid si tm̃. ff. de libe. & posth. Brunus, in tract. quod stãtibus filijs masculis filiæ fœminæ non succedant. q. 12. arti. 4. declarat hoc nõ procedere in filio spurio legitimato per Principem, qui quidem sub statuto prædicto ad exclusionẽ fœminarum

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

minarum comprehenditur, utpotè quia ipse uerè, ac propriè legitimus, & naturalis censetur, ut concludunt Bar. &
Cōis opi. alij omnes communiter, in d.l. si is qui pro emptore, & latè per Alex. consi. 2. uol. 1. ergo filius iste dicetur excludere fœminas, sicut legitimus, & naturalis, & hoc uoluit idem Alex. in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uocan. qui atte
Cōis opi. statur istud Doct. communiter tenere, & in d. consi. 11. col. 5. & consi. 87. col. 5. uol. 2. Limitatur quarto, ꝙ dictum statutum exclusiuum fœminarum cessat si masculi sint incapaces, utputa si sint deportati, quia tunc habentur pro mortuis, & pro non stantibus, ut per Bar. in l. j. §. pen. ff. de bon. possess. secundum tabu. quem sequitur Bal. in auth. ingressi. circa fin. C. de sacrosan. eccl. & Ruinus consi. 154. nume. 5. uol. 2. Interpretatur similiter hoc statutum etiam habere locum si masculus extaret, & succedere nollet. l. 2. §. sed si sint sui. ff. ad Tertul. & ibi not. Bar. quia huic statuto potest masculus renuntiare, ut per Bal. in l. maximum uitium. col. 7. uersi. sed pone frater. C. de libe. præte. Fallit sextò hoc statutum, ꝙ stantibus filijs masculis fœminę non succedant ꝙ si masculi non supersint, sed solum fœminæ, ipsæ admittentur, ut per Bar. in l. fin. in q. 1. ff. ad Tertul. Bal. in l. in qui
Cōis opi. bus. C. de secund. nupt. & ista est communis sententia omnium scribentium, & longo, ac diutino tempore obseruata, ut refert & attestatur Soci. nepos consi. 80. nu. 6. uolu. 2. Limitatur septimo hoc statutum excludens fœminam dotatam à successione dotantis nō excludere eam à bonis emphyteoticis, cum de ipsis non fiat mētio, prout uoluit Bal. in l. liberti, libertæq́;. C. de oper. liberto. Bar. & alij Docto.
Cōis opi. communiter, in l. & iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Imo. & alij omnes, in c. potuit, de loca. & conducto, & Ruinus consi. 4. nu. 6. uol. 1. ubi hoc declarat, & limitat. Interpretatur octauo loco dictum statutum præferens masculos fœminis non habere locum in adoptiuis, ut uoluit eleganter Ioan. de Ana. consi. 37. uiso casu, cuius dictum refert, ac comprobat, & sequitur Deci. in d. c. in præsentia, nu. 117. & seq. & Tiraque. cum alijs infinitis ibi relatis, per eum, in repetitio. l. si unquam. C. de reuocan. donatio. in uer. superstit liberos, nu. 11. fol. 146. Interpretatur nonò præallegatum statutum, quòd licet excludat fœminas à successione, non

propter

propter hoc excludit à supplemento legitimæ,ut per multa concludit Saly.in auth.nouissima.C.de inoffi. testa.in l. serui nostri,prope fin.ff.de noxal. in l.sancimus.C.de nnp. & in auth.res quæ.C.communia de lega.ubi etiam Rapha. Cuma.hoc idem tenet Alex.consi.7.col.2.lib.2.consil.49. uel.69.uol.1.& consi.78.uol.4.& hoc idem tenuit Soci.iunior,in d.l.Gallus.§.& quid si tantum, & ita consuluit consi.30.& 150.uol.1.& istam scribit esse communem opinionem Soci.in l.hæredes mei.§.cum ita,col.fin.ff.ad Trebel. & Grammaticus ultra alios per eum cõgestos,decisio. 101. nu. 46. & istam quæstionem latè disputat ad utranque partem Augustinus Berous,in repetitio.d.c.Rainutius,nume. 230.Moderatur,& coarctatur hoc statutum non procedere,quando ex dispositione statuti fœmina non posset succedere, & deberet stare dote contenta, tunc filia non posset petere supplementum legitimæ,secundum Bar. & alios,in d.§.& quid si tantum,& ista est communis opinio,ut patet ex allegatis per Alexã. in d.§. & quid si tantum,& Ias.in d. auth.nouissima Soci.consi.150,primo igitur radix,Ias.cõsi.82.statuto ciuitatis,lib.2.Deci.consi.26.diligenter,in cõsi.89.uiso puncto,in fin.& consi.203.in casu &c.Curti.consi.37.considerato themate,Calca.consil.11.col. pen.& fin. & quamuis istud statutum prohibeat supplemẽtum dotis, uel legitimæ, nihilominus non habet locum in magno excessu ex quo detegitur patris dolus.l. unde si Nerua. ff. pro socio,& tenet,ac declarat Pau.castren. consi.110.col.pen. quod refert Ruinus consil.98.nu.4.post prin.uol.2. Fallit decimo, ꝙ filia exclusa à statuto donec supersunt masculi possit aliquando succedere,unde scias ꝙ filia,quam statutũ à successione donec supersunt masculi excludit, etiã si post quadraginta annos deficerent masculi ad successionẽ admittetur,ut per Bar. in l.fin.ff.ad Tertul. cuius opinionem fatetur esse communem Soci. consil.63. in causa uertente, col.1. lib.1.Ioan.Dilectus,in tract.de arte testandi,in caute la.6.nu.5.tit.11.& Soci.nepos consi.110.nu.4. & 16.uol.2. & consi.1.nu.1.lib.1.& consi.31.nu.1. eodem uol.quam quidem Bar.doctrinam communem sequitur Bal. Pau. de Ca. Saly.Corne.cæteriq; omnes,in l.2.C. de liber. præte. post alios quàmplures relatos,per Soci.iuniorem consi.1. nu.1.

Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis opi.

lib.1.& intelligit procedere ultra præallegatos Docto.ipsemet Soci.iunior,in d.consi.110.nu.16.& consi.114.num. 1.2.& 3.eodem uolu. quando fœmina non simpliciter excluditur, sed temporaliter, ueluti donec, & quandiu masculi superfint, secus autem esset si fœminæ excluderentur simpliciter per statutum extantibus masculis,quia hoc casu exclusio earum esset perpetua. Interpretatur vndecimo loco dictum statutum ꝙ filius masculus excludat fœminā simpliciter locum habere etiam in ea, quæ momento fuit exclusa, ut in perpetuum excludatur, & sic sufficit,tunc ꝙ momento masculus fœminam excluserit, vt sit exclusa in perpetuum, secundum Bal. in l.si quis posthumos.§.1.col. fin.ff.de liber.& posthum. quem sequitur Deci.consi.623. col. 1. Interpretatur duodecimo prædictum statutum excludens fœminas dotatas à successione uerificari etiam in ea fœmina,cui dos promissa fuit, vt per Bald. in l.non fine. C.de bonis quæ libe.Afflict.decisio.61.& Ias.consi.11.col. secunda,lib.1.In contrariam vero sententiam videntur inclinare Iaco.de Aret.Pet. Cyn.& Fulg.in d.l.non fine,Cuma.& Imo.in l.Titio centum.§. Titio genero.ff.de conditio.& demon.Alex.consi.13.col.4.vol.3.& Soci.cōsi.207. col.secunda,vol.secundo, sed in isto conflictu opinionum casu eueniente semper consulerem pro prima opinione,
Opi. Ver. quæ videtur verior,vbi statutum simpliciter excluderet fœminam dotatam, secus vbicunque exigeret dotem esse datam,vt per Soci.consi.92.col.3.vol.1. quem sequitur Bru. in tract.excluf.fœminarum,in 7.q.col.pen. Limitatur decimotertio hoc statutum vbicunq; filius masculus moreretur antequam portionem sibi debitam ex forma dicti statuti adiret,& agnosceret,quia tunc portio ad quam ipse filius admittitur ex dispositione statuti excludentis fœminā non transmittitur ad quoscunque hæredes, vt voluit Saly. in l.1.col.secunda,& seq.C.de adul.sed Saly. noli adhibere
Cōis opi. fidem, ne te decipiat, quia contra eum est communis opinio,vt per Alex.consi.20.volu.1.Soci consi.143.volu.1. & consi.296.vol.secundo,& per Brun.in suo tract.excluf. fœmi.in 13.arti.princi.q.6.& Tiraq. in tract. res int.al.act.in limit.42.& seq.fol.par.54.quia secundum pręcitatos doct. sufficit,quod filius masculus fuerit momento temporis, vt

perpetuo excludat fœminam, & sic ex potentia suitatis ipse filius infans, si horam vixerit tantum post mortem patris hæreditatem patris sui non aditã transmittit ad quoscunque hæredes.

OPINIO CCCXVI.

Institutio patris, & matris est necessaria de iure communi in testamento filiorum, vnde filius faciens testamentum in casibus à iure permissis tenetur parentes in aliquo instituere hæredes, quia illis præteritis testamentum viribus caret.§.siue igitur,& §.hæc autẽ disposuimus, in auth.vt cũ de appella.cognosci. notat Calderi. consil.5.an si testator, in tit.de testa.Bald.consi.84.veritas,lib.4. & hæc est communis opinio, vt constat ex congestis per scriben. in auth. nouissima.C.de inoffi.testam.& per Barba.in c.Rainutius, col.67.de testa.contra Bar.in d.auth.nouissima, quia legitima debetur parentibus propter honorem, & reuerentiã, quam filij erga illos præstare tenentur, d. §. hæc autem, & præcipuè debetur matri,ne à luctuosa filij hæreditate dicatur excludi.l.fin.C.de instit.& substitu.sub conditio.factis, & l. liberi.§.1.C.de inoffic. testa. & hoc latè docuimus supra,in uer.filius in conclusione incip. institutio parentum &c. imo ipsa matre sine causa præterita testamentum iure communi est ipso iure nullum,vt not.in §.exhæredatos.in auth.de hær.& falci.Azo in summa de liber. præter.cir.fi. Bart.in l.filio præterito. col.10.ff.de iniust.testam.Cagnol. in l.1.nume.5.ff.de inoffic.testam.& Docto.in §.fin. instit. de exhære. liberor. Limitatur isthæc communis opinio, seu limitari potest per statutum contrarium disponens, vnde legitima matri debita cum sit de iure positiuo potest per statutum tolli,secundum Bald.in l.1.§.ius naturale,colum.fin.ff.de iusti.& iure,& hanc esse communem opinionem asseuerant audacter Ioan.de Imo. in l.quod de bonis. §.fin. ff.ad legem fal.Alexã. consi.168.colum.prima,uolu. 7.Deci.consil.372.colum.secunda,& Parisi.consil.23.col. secunda,volu.secundo.& sequitur Alciat.in tracta.de præsumptio. regula prima præsump.8. sub nume. tertio, & licet hoc nullam in se dubitationem habeat, nihilominus

Statutum. Cõis opi. Cõis opi.

ſi ſtatutum tolleret in totum legitimam filiorum iſta nempè eſſet quæſtio difficilior difficultate ipſa, & ſic difficillima omnium quæſtionum, quæ inter Doct. hactenus diſcuſſæ appareant. ſed quòd ſtatutum ipſum penitus legitimam filiorum auferre poſſit uoluerunt Dyn. in c. indultum, de re iu. in 6. & Ioan. And. ibi in mercur. Barto. & Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. Bal. in l. 1. nu. 17. C. de ſumma trin. Oldra. conſi. 107. Ange. in auth. de hæred. & falci. in prin. Signoro. de Homodeis conſi. 37. Alex. conſi. 75. col. 4. uol. 1. Corne. conſil. 210. col. pen. uol. 1. Auguſt. Berous, in c. Rainutius, nu. 209. de teſta. & Deci. conſ. 19. in quibus locis iſtam communem opinionem eſſe perhibent, prout hoc idem fatentur Nicolaus Arelatanus in ſcholijs ad Alciat. in d. præſumptio. 8. & Ripa, in 1. lib. reſponſorum, cap. 7. in contrariam uero partem, uidelicet, quòd legitima liberorum per ſtatutum prorſus tolli non poſſit, ſed tantummodo diminui inclinauere Cy. & Bal. in l. ſancimus. C. de nuptijs, Saly. in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. q. 2. Alberi. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſt. col. pen. Iacob. de Belui. in d. auth. de hære. & falci. in prin. & Alex. cum alijs concordan. ſignatis per eum conſil. 55. col. fin. uolu. 2. & iſtam præſupponunt eſſe communem canoniſtarum ſententiam Stepha. Aufre. in deciſio. Cap. Tholo. 437. Barba. in c. Rainutius, col. 45. de teſta. & Arelatanus in loco præcitato. Cæterum in huiuſmodi uarietate, atque opinionum conflictu pro reſolutione admittenda ueniret iſta ueriſſima diſtinctio, uidelicet, quòd aut ſtatutum inductum eſt ex cauſa æqua, iuſta, & rationabili, & tunc ualet, & tenet, poteſtque legitimam penitus tollere, aut ſtatutum caret ratione, & (ut apertius loquar) abſq; cauſa conditum, ac inductum ſit, eo caſu tanquam irrationale non tenet, & diſtinctionem hanc tradidit Curti. iun. conſi. 10. col. 2. ubi recitat iſtam communem opinionem fore, & ei inhærent pariter Arelatanus, in d. add. ad Alcia. circa fin. & Couarruuias, in epito. titu. de ſponſalibus, in ſecunda par. cap. 8. §. 6. nu. 5. fol. paruo. 175. in quibus locis faciunt mentionem de huiuſmodi communi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCXVII.

Prouincia aucta,& augumētata accessoriè comitatu,vel Regno,ita,ꝙ sit unum Regnum cum primo,uel unus comitatus. regulatur secundum statuta, & regulas ipsius Regni, uel comitatus, & eisdem statutis, legibus, & priuilegijs est gubernanda,quibus gubernatur Regnum ipsum, & comitatus,secundum Bar.in l.si conuenerit.§. si nuda.ff.de pigno. actio.quem sequuntur omnes Docto.inibi,& Roma.consi. 218.col.3.Alex consi.114.col.fin.uol.4.& consi.47.uolu.6. Afflict.in c.1.§.& si clericus,col.10.de capitu.corra. Calc. consi.2.col.19.Barba.in c.translato,col.7.de constitu. Ias. in §.in personam,col.4.instit.de actio.Ripa, in prima par. responsorū.respo.21.& Curtius sen.consi.56.col.6.ubi ait hāc esse communem opinionem,& Moder. in d.§.si nuda. Statu tum. Cōis opi.

OPINIO CCCXVIII.

Statutum habilitans,uel inhabilitans personam alicuius aliàs inhabilem,seu habilem de iure communi non extenditur aliquo modo ad forenses, secundum Bar. in l.1.ff.de tuto.uel cura.datis ab ijs,ubi asserit eleganter, quòd statutum ciuitatis, quod disponit circa personam legitimandā ad aliquem actum, non extenditur, nec porrigitur ad omnes, qui non sunt suæ iurisdictionis, hoc idem uidetur intrepidè tenere ipsemet Bar.in l.cunctos populos, col.6.in 3.q.C.de summa tri.& fide catho.ubi concludit,ꝙ si statutum disponeret filiumfamilias posse condere testamētum, tunc filiusfamilias forensis in ciuitate, in qua reperitur huiusmodi statutum non poterit testari, nam statutum legitimare nequit personam sibi non subditam, nec circa ipsam disponere aliquid,& cum Bar.transeunt omnes Doct. in præcitatis locis,& præsertim Ias. inibi, in 1.lectu. col.5. & in 2.lectu.col. antepen. Marsi. in l.fin.col.30.uersi.hanc tamen conclusionem.ff.de iurisdi.om.iudi.Alex.consi.45. col.3.uolu.quinto.Corne.consi.45.col.penul.uol. primo, & consi.94.col.secunda,uolumi.secundo,& Ruinus consi. 120.col.fin.uol.primo,& consi.201.col.1.eod. uol. ubi ait hanc esse communem opinionem. Cōis opi.

OPINIO CCCXIX.

Statutum simpliciter disponens, seu loquens de marito lucrante dotem, aut bona mobilia mortua uxore in matrimonio recipit interpretationem per l. hac edictali. C. de secun. nup. idest nisi supersint filij prioris matrimonij, ut per
Cõis Bar. Bal. Sal. & cæteros cõmuniter, in d. l. hac edictali, in 6.
opi. q. & sic filij primi matrimonij non obstante dicto statuto possunt totam dotem, & bona mobilia petere iuxta dispositionem tex. in d. l. hac edictali, & istã opinionẽ sequuntur omnes Doct. in l. unica. C. de inoffi. dot. & dicunt esse magis communem Ias. & Curtius iunior. in auth. præterea. nume. 14. C. unde uir, & uxor, & Augusti. Berous in suis quæstio. familiaribus. q. 119. nu. 2. & istam sententiam communem sequebatur similiter publice legendo Perusij D. Rainaldus Rodulphus preceptor meus interpretãs annis preteritis cum non modica utilitate suorum scholarium. d. authen. præterea, qui quidem optimis fundamentis responde bat Bart. & Sequacibus, in l. ea lege, in 4. q. C. de condic. ob causam, contrarium asseuerantibus, nota tñ quod ubicunque statutum non faceret mentionem expresse, & specificè quòd maritus etiam existentibus filijs primi matrimonij lucretur dotem, sed ex coniecturis, ac uerbis ipsius statuti, & mente statuentiũ colligi possit facillimè quòd uellet derogare. d. l. hac edictali, & sic præiudicare filijs prioris matrimonij uidetur derogatum. d. l. hac edictali absq; aliquo dubio, licet expresse statuentes nõ fecerint mentionem de ipsa derogatione, & maritus tunc lucrabitur dotem etiam existentibus filijs primi matrimonij, secundum Bal. consi. 495. colum. 2. uol. 5. Saly. in d. l. hac edictali. in 6. q. Pau. de Cast. consi. 192. col. 2. uolum. 2. uol 1. Roma. consil. 44. col.
Cõis 3. & istam asseuerat esse communem opinionem omnium
opi. Doct. Parisi. consi. 91. col. 4. lib. 3. in contrariã uerò partem præcipitanter inclinauit, Soci. consi. 35. col. 2. uol. 4. & Curtius Senior, cons. 78. col. 5. uidelicet quòd si statutum specificè dictæ. l. hac edictali non deroget non censeatur aliquo modo derogatum, tamẽ quicquid isti Doct. suadeant temerarium, & fatuum esset in iudicando, & consulendo recedere à præallegata cõi opinione, quã declarat, sequit, & tuetur

tur Rolandus à Valle post alios ibi per eum relatos in tra-
cta.de statuto de lucro dotis in quæstio.15.nu.1.& 3. Sed
hoc dubium cessat quotiescunque statutum disponeret quod
uxore præmoriente sine liberis maritus lucretur totam do
tem,aut partem dotis, uel bona mobilia in præiudicium fi
liorum primi matrimonij, tunc ualet dictum statutum, &
præiudicat filijs primi matrimonij,secundũ Bal.in l.1.col.
3.C.de inoffi.dotibus,& Pau.Castren. ibidem col.2. idem
tenet Bal.in d.consi.495.& in d.l.hac edictali,col.2. & ibi
Sali.in 6.q.Pau.de Cast.in d.consi.192.col.2.& consi.448.
col.2.uol.1.& ita se habet communis opinio omniũ Doct. Cōis
de qua testatur Boerius decisio.113. nume.4.Berous. in d. opi.
q.119.nu.1.Ruinus consi.58.col.6.& consi.59. uol.3. Pa-
risi.consi.91.col.secunda,uol.3.& istud statutum fuit indu
ctum rationabili,& iusta causa,& dicitur fauorabile,ac in-
ductum fauore matrimonij,& publicæ utilitatis, vt uiduæ
citius, & facilius uirum reperire possint, ut per Bald.in d.
consi.495.col.4.& Deci.consi.19.col.2.Alciat.in tract. de
præsump.in 1.regula præsumpt.8. nu.6. Parisi.d.consi.91.
colu 3.& ita per istam rationem,& alias quamplures con-
cludebat acutissimus præceptor meus D. Rainaldus Ro-
dulphus Perusinus, dũ eram sub eius disciplina Perusij in-
terpretans.d.auth.ptereà.Interpretatur secundo loco præ
dictum statutum procedere in matrimonio uero, secus in
matrimonio putatiuo, ideo statutum de lucrado dote per
maritũ non habet locum in marito putatiuo, secundũ Bal.
Saly.in l.1.C.de cond.ob causam, Alex. in l.si cũ dotem.§.
fin.ff. solu.matr.& Ripam,in rub.eod.titu. col.16. & istam
ait esse communem opinionem Rolandus,in tract. de sta- Cōis
tuto de lucro dotis,in quæstio.97.nume.1.6.7.& 13.Inter- opi.
pretatur tertio dictum statutum disponens maritum lu-
crari debere dimidiam partem dotis,& aliam partem resti
tuat quòd tunc maritus non lucrabitur dotem promissam,
sed tantum solutam,secundum Bar.consi.133.statuto ciui-
tatis Augustæ cauetur,& ista est magis communis opinio Cōis
Docto.de qua meminit Berous decisio. 22. nume. 7. 9. & opi.
13.In contrariam uerò sententiam inclinauit idem Bar.in
l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosanct.eccles. Angel. sibi con-
trarius consil.158. Ias. sibi contrarius, in l. si donaturus.§.
fini.

fin.col.pen.ff.de cond.cauf.dat.Alex.in l.non tantum,col. 6.ff.de re iudi.Soci.in l.de diuisione,col. secunda.ff.sol.matri.Crotus,in rub.eod.titu. & ibi Parpal.col.7.Ruinus sibi contrarius consi.197.uol.1.Tiraque. in tract.de retractu cõuentionali,in §.fin.nu.33.& seq.circa fin.d.tractatus,uidelicet, quòd maritus ex forma huiusmodi statuti lucretur dotem non solum solutam, sed etiam promissam, tamen quicquid isti Doct.dicant prima pars uidetur tutior,& magis communis,secundum Saly.in l.si constante,col.secunda.C.de dona.ante nup.& Ias.in rub.ff.solu.matri.col.6. & ratio est, quia dare, & promittere paria sunt.l.fin.C.ad legem falci.& quia mulier ex sola promissione dicitur habere dotem,ut notatur,in l.cum post.§.1.ff.de admini.tuto.& in l.1.§.accedit.C.de rei uxo.actio.& ita residebat cum prędicta communi pręcitatus D.meus Rainaldus Rodulphus, quem immitantem uestigia Bar. & omnium illustrium Docto. ac habendo ueritatem ante oculos per septem annos audiui defensorem communium opinionum, ideo non est mirum si Perusij hac tempestate in eum uirum euasit, quẽ totus orbis prædicat. Interpretatur quarto loco dictum statutum deferens lucrum dotis marito mortua uxore, quod habeat locum etiam si uno momento matrimonium carnali copula consumatum durasset, ac una nocte concubuisset uxor cum marito,secundum Bal.in l.non tantum C.de lega.& cum Bal.sentiunt Ang.Corne.& alij Docto.communiter ibi,licet ibi Ias.contradicat opinioni Bal. & male,ut per Moder. in d.auth. prætérea, & per Tiraq. qui sequitur communem etiam in repe.l.si unquam.in uersi.donatione largitus.C.de reuocan.dona.& in tract. res int. al.ac.in limit.44.fol.par.54.imo dic in fortioribus terminis, quòd si statutum in ciuitate uiri disponeret simpliciter, quòd uxore præmoriente maritus lucretur dotem habet locum etiã si mulier pręmoriatur ante quàm ad domum sui mariti ducta fuerit,& tunc maritus lucrum dotis potest consequi, ut per Barto eleganter,in l. nihil.ff. rer. amo. & istam ait esse communem opinionem Rolandus à Valle, in tractat. de lucro dotis,in quæstio.16.numer. 9. Interpretatur ulterius hoc statutum de lucro dotis locum etiam habere si uxor post matrimonium per uerba de præsenti, ante tamẽ

Cõis opi. (margin, beside "ga.&")

Cõis opi. (margin, beside "communem opinionem Rolandus")

copulam consecutam ingressa fuerit monasterium mendicantium,& in ea professa fuerit, quia tunc maritus potest consequi,& lucrari dotem,secundum Bar.& Pau. de Cast. in l.Deo nobis,in prin. C.de sacrosan.eccle.Fel.in rub.de sponsa.col.4.Ias.in auth. si qua mulier col.2. C. de sacros. eccle.& in l.si decesserit col.2.ff. qui satisda. cog. & in l.ex ea.§.insulam col.2.ff.de uer.oblig.& ita consuluit ipsemet Ias.consi.135.col.1.volu.2. in quibus locis ait hanc esse ueram,& communem opinionem Doct. quam sequitur etiã Alciat.in 2.lib.de uerb.sign.& animaduerte circa præmissa utiliter quòd dictum lucrum dotis non uenit communicandum per maritum cum fratribus, quia tanquam aduentitium præcipuum est mariti,secundum Bar.in l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff.solu.matri.l.1. C.de bonis quæ liber.cum quo transeunt Bal.in l.si donaturus §.fin.col.1.& in l.in actione.§.fin.ff.pro socio,Floria.Saly.Ang. Corne. & Fulgo.ibi,& Alexan.in add.ad Bart.inibi, Corne.consi. 149.col.2.uol.1.Areti.in §.fuerat col.19. institu.de actio. & ista opinio communi calculo ab omnibus scriben.est approbata,secundum Floria.in l.filia.§.si filius col.4. ff.famili.ercifcun.Crotum.in l.frater à fratre.ff.de condi.indebi. colum.24. & omnes Moder.Baldus Nouellus,in tracta.de dot.in 6.parte.speciali 37.Campe.in eod.tracta. de dot.in 5.parte.q.7.& Moder.in c.in præsentia de probatio.Sed in ista quæstione reperiuntur tres aliæ opiniones contrariæ, quæ communiter reprobantur per Moder. in d. l. frater à fratre; & per Docto. supra citatos.Interpretatur ulterius præmissum statutum disponens quòd maritus per mortem uxoris cum liberis lucretur dotem non habere locum ubicunque maritus transiret ad secunda uota, & sic propter transitum ad secundas nuptias maritus perdit huiusmodi lucrum quoad proprietatem,secundum Bal.in auth.uxore C. de secun.nupt.in auth.ex testamento.C.eod.titu.& in l. pro hæreditarijs col.secunda.C.de hæredi.actio.idem voluit Sal.in l.fœminæ.§.illud.C.de secun.nupt.Roma.in l.si cum dotem col.10.ff.solu.matri.& cons.190.col.fin.Alex. in l.1.§.hoc autem col.secunda.ff.ad Trebel.Corne.consi. 269.colum.fin.uolu.4.& in d.authen. ex testamento, Pau. de Cast.in l.fin.C.de bonis mater. & in l. secunda.ff. solut. matri.

Cõis opi.

Cõis opi.

matri. & istam fatetur esse magis communem opinionem Boerius decisio. 185. nu. 7. cum alijs seq. Ruynus consi 101. col. 2. uol. 1. & Ripa, in d. l. fœminę, nu. 45. in contrariam uerò partem titubanter inclinarunt Bal. & Corne. in l fin. C. de bonis mater. per illum text. tamen reperio Cremen. in sing. ultimo asseuerantem se consuluisse contra Bal. in d. l. fin. ubi dicit quòd Anto. de But. idem consuluit in consil. exordiente circa examinationem, & reperio similiter fuisse iudicatum in curia Burdegalési contra dictum Bal. in d. l. fi. ut attestatum apparet per Boeri. in d. decisio. 185. nu. 7. 8. & 9. unde reprobata communiter per scriben. ista secunda opinione Bal. quæ de iure optimis fundamentis, & rationibus reprobari posset. inhęreo primę opinioni communi secundum meum solitum, & consuetum institutum, stilum, & morem. Interpretantur prædicta septimo loco similiter ꝙ si statutum loci uxoris ea præmortua absque liberis disponeret deferendum esse lucrum totius dotis, tūc attendendum esset statutum loci mariti, nō autem uxoris, Cōis opi. secundum Archid. in c. illud 11. distin. Bar. & omnes communiter in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide cathol. & in l. exigere dotem. ff. de re iudi. Bal. conf. 32. col. 1. & consi. 208. uol. 3. & consi. 53. col. fi. uolu. 5. Alex. consi. 100. col. 1. uol. 1. & consil. 129. colum. 2. volum. 7. Cuma. consi. 26. col. 1. & consi. 109. col. 2. vbi asserit hanc esse cōmunem opinionem, Curtius iunior consi. 129. & quamuis nonnulli Doct. & præsertim Ang. in d. l. exigere dotem aduersentur, ac contradicant dictæ cōmuni sententię tenēdo quòd statutum loci uxoris inspiciēdum sit, vbi celebratus fuit contractus dotis, tametsi propter hoc nō discedo à dicta communi, à qua discedere hęreticum esset in iudicando, & consulendo, ut asseuerat Soc. iunior consi. 14 uol. 1. Sequendo dictam communem, & Ias. in l. 1. num. 24. cum alijs seq. C. de summa Trini. & fide catho. ubi istam communem opinionem limitat in septem casibus. & in tātum hoc procedit quòd si vxor duxerit maritū ad eius domum attēdatur statutū domicilij ipsius mariti in lucro dotis, & nō statutum loci uxoris, ut per Bal. in l. cum quædam puella col 1. ff. de iurisd. om. ind. quem sequitur Io. Bap. de sancto Seueri. aliàs Caccialupus, in repeti. l. cunctos populos,

char.

char. 19.C.de summa Trini.& fide catho. Sed contrarium tenuit idem Bal.reuocando sententiam in melius, in l.fin. C.si à non compe.iudi.iudica.fue.col.1.uidelicet ꝙ in isto casu attendatur domicilium uxoris,& non uiri, hoc idem uoluit,sequendo Bal.in d.l.fin. Alex.in add.ad Bart.in d.l. exigere dotem , in prin. & Curtius iunior ibi , & Cagnolus col.4.Deci.consi.283.col.5.Fely.in c.1.col.14.de spon sal.& Ias. in d.l.cùm quædã puella col.1. & ista est commu nis opinio,secundum Purpuratum,in d.l.cũctos populos; nu.120.quam quidem communẽ declara, & intellige procedere,ut per Fely.in d.c.1.in 3. limitat. Cõis opi.

OPINIO CCCXX.

Statutum disponens quòd de contractibus, uel de quali bet negociatione soluatur gabella non habet locũ in contractibus nullis, ideoque de contractu nullo non erit soluenda gabella aliquo modo uigore dicti statuti,secundum Aluaro. in c. 2.quo tempore miles in usibus feudorũ. Bal. in l.non dubium.C.de leg. & in l.fin.§.sed quia.C.communia de legatis, & ita consuluit Roma.consi.78.Christi &c. Interpretatur similiter dictum statutum quòd in illo non comprehendatur legatum , ex quo non est proprie negociatio, secundum Bar.in l.cętera.§.sed & si quis ad opus.ff. de lega. 1. quem sequuntur omnes Doct. communiter ibi, & passim in iure nostro.teste inibi Ias. nu. 16. Cõis opi.

OPINIO CCCXXI.

Per statutum,vel legem nouam iura limitatoria, seu spe cialia non uidentur sublata, etiam si in ea,uel in eo reperi retur clausula,non obstantibus statutis,& legibus, auct. de hæredi.quæ ab intesta.ubi gl.in uers.uacantibus, & ibi Seri ben.l.sciendum ff.qui satisda.cogan. ubi glos. in uers. non compelli,& omnes Doct.communiter, Roma.consi.40.ui sis,consi.322.in casu & cæte.& consi.399.ut presens col.3. quia ius specialiter cõpetens nunquam uidetur sublatũ, & ista est communis opinio. l.decurionibus, ubi text. glo. & Doct.C.de silentiar.lib.12.& glo communiter approbata, in §.præterea si quis infeudatus,ubi Bal.Iser.Aluaro Præposi.& alij Docto.de prohibi. feud. alie. per Federi. Fely. Statutum. Cõis opi.

in

in c.1.col.6.uer.declara,de rescrip. Ias.in l.sicut certi,col. fin.C.de rescrip.Ias.in l.quod dicitur,in secundo not.ff.de uerbo. oblig.& in l.1. 3.nota.ff.solu. matr.& Cotta,in memoriali,in uer.dos habet,& cætera.

OPINIO CCCXXII.

Statutum disponens pœnam corporalem pro homicidio,uel pro alio delicto interpretatur,& intelligitur si dolus adsit,nec lata pœna sufficitiut per Bar. in l.1.§.non auté ff.si quis testa.lib.esse, Bald. in l. data opera.C. qui accusa. poss.Cy.Bal.Ang.& Pau.castren.in l.1.ff.de legi. & per huiusmodi doctrinam idem Pau. de Ca.in l. & si seuerior.C. de his,qui not.infa.refert se euasisse quendam à morte, ubi etiam Alex.col.2.sequitur etiam Deci. alios citans legendo,in c.2.de constitu.& consulendo,in consil.9.Marsi.in l. lege Cornelia,nu.3.ff.ad legem Cor. de sicar. & hanc opinionem asseuerat esse communem Claud.Aquens.in d.l.1. ff.de legi.nu.33. & Ias.in l.in actionibus, nu.26.ff. de in lit. iur.ubi Deci.& alij respondent omnibus fundamentis pro contraria parte allegatis, & circa hoc scripsimus supra late, in uersi. statutum disponens, ꝗ bannitus non possit reuerti ad ciuitatem,circa fin.coarctatur dictum statutũ non procedere, quando disponeret quem corporaliter puniri pro homicidio qualitercunque commisso,tunc enim quãuis culpa homicidium cõmittatur debet decapitari,secundum Saly.in l.2.col.3.C.de noxa. & huiusmodi casu,secũdum Saly.forte non distingueretur utrum homicidium factum sit ad defensionem,& hoc dictum Sal. sequitur Alex. in l.& si seuerior.C.ex quibus cau.infa.irroga.& Fely.in c. sedes,col.9.de rescri.licet hoc firmare non ausus sit ob cõtraria relata per eum,Cassaneus,in consuetud.Burgundię, rub.1.nume.4.

Cõis opi.

OPINIO CCCXXIII.

Statutum,pactum,uel consuetudo disponens ad dandũ, & tradendum aliquid publicæ utilitatis causa,veluti pro fabrica construenda, seu pro paramentis faciendis pro consequendo spiritualia non ualet,nec tenet,secundum Doct. omnes,in c.ueniens,ext. de testi. Panor. & alij communiter,

Cõis opi.

ter,in c.cum M.Ferrarien.de constitu.ubi Ripa, num.174. sed hoc non procedit in pacto facto post traditionem rerum spiritualium,tunc profecto obseruandum esset huiusmodi pactum,vel statutum,secundum Ioan.And.& Panor. in d. c. ueniens, & ista est communis opinio, teste Ripa, & alijs Moder.in d.c.cum M.Ferrarien.nu.176.nec habet locum dicta conclusio ubicunque consuetudo ipsa disponeret aliquod soluendum esse simpliciter pro lampada ardēte ante sacram Eucharistiam, tunc enim dicta consuetudo dicitur rationabilis.c.ad apostolicam,de Symo.& animaduerte, quòd isthæc consuetudo non dicitur inducta ex hoc duntaxat, q; aliqui homines vniuersitatis particulariter ex deuotione fecerunt sumptus pro dicta lampada, quia opus est,q; prædicti homines particulares fecissent impēsam intentione inducendi consuetudinem,non autem ex particulari deuotione,vt per Abb. in c.fin. col.4. de consuetudine imo requiritur necessario , quòd huiusmodi impensę sciēte,consentienteq; uniuerso populo, uel saltem maiori parte eiusdem fuerint factæ,& hoc casu dicta consuetudo obligat vniuersitatem,& totum populum ad soluēdum pro dicta lampada,secundum Canonistas communiter, in d. c.fi. & Legistas,in l.de quibus.ff.de legibus,quam quidem communem sequitur,& attestatur Rochus Curt.in d.c.fi.& Ripa in suis singularibus responsis,in titu.de legibus, & consuetudinibus,cap.20.nu.7.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCXXIIII.

Statuta condere , & cōsuetudinem inducere potest quilibet populus iurisdictione carens,& omnes aliæ ciuitates Principum dominio suppositæ legis condendæ habent facultatem ex potestate ipsis à lege concessa, secundum Alberi.Bal.& omnes Legistas,tam antiquos,quàm etiam Moder.in l.omnes populi. ff.de iusti.& iure,quorum opinionē dicit esse communem ibi Ias.in 2.lectu. nu.2. & 26.contra Bar.contrarium inibi asseuerantem,sequitur Ange.consil. 139.uisis omnibus statutis,col.2.Aret. consi.8. abundè satis & sufficienter, in fin.Canonistæ omnes,in c.quod clericis,de foro competen.Alexā.consil.177. viso themate,col. 11.vol.2.& Natta qui ait hanc esse communem sententiam consi.

Cōis opi.

consi.12.contra ea,quæ aliàs allegaui,nu.1.& Moder. in c. fin.de consuetu.

OPINIO CCCXXV.

Statu tum. Proclama,vel statutum disponens,quòd qui ceperit bannitum , seu aliquem malefactorem habeat tale castrum in feudum tunc mutus,cœcus,fœmina,& aliæ similes personæ de iure inhabiles,ut in c.1.an mutus,uel aliter imperfectus. in usibus feudorum.ad feudum admittuntur.secundũ Gui. de Cug.Bal.Sal.Rom.& Alex.in l.filiusfamilias.ff.si cer.peta.& Ias.ibi,nu 3.cum alijs seq.dicit istam doctrinam Gui. ab omnibus communiter approbari, hoc idem tenet ipsemet Ias.in l.1.nu.14.in 2.lectu.C.de sacrosan.eccle. & in l. 1.§.nuntiatio,de operis noui nuntia. Alex.consi.35. nu.5. lib.6.Alberi.in tract.de statut.in prima parte.q.181.Bal.in tractat. statut. uer. capere, uer. castrum, & Alciat. de uer. signi.lib.1. fol.8.

Cõis opi.

OPINIO CCCXXVI.

Statutum puniens delicta intelligitur de consumatis, & non attentatis,unde si statutum disponeret quòd si quis dolose occiderit hominem pœna mortis puniatur , intelligitur secuta morte effectualiter tantũ,& non aliter, secundum Bar.& omnes communiter, in l.is qui cum telo.C.ad legem Cor.de Sicar.Bar.in l.1.§.diuus.ff.eod. titu. Bal. & omnes.in l.si quis seruo,de fur.& in authen. sed nouo iure eo.ti.Io.de Imo.in c.1.de p̃sump.& hoc late probat,& con firmat per nonnulla alia similia exempla Marsi.in l. qui fal sam monetam,nu.23.cum multis seq.ff.de falsis, & Grammaticus decisio.2.per totam, ubi refert ita in contingentia facti fuisse iudicatum in sacro Regio Concilio Neapolitano : nam statutorum uerba necessario debent propriè intelligi, non autem impropriè, & fictè, ubi absonus intellectus non sequitur, & sic statuta ipsa requirunt casum uerũ, & non fictum.l.3.§.hæc uerba, vbi Bart.not.ff.de negotijs gestis, & alij Docto. in l.1.ad legem Cor.de Sicar. & istam aiunt esse communem opinionem Deci. in l. non vult hæres,nu.4.cum alijs seq.ff.de reg.iur. & Augusti. Berous. in c.si quis episcopus, nu.6.de accusatio.& circa hoc latè scri

Cõis opi.

Cõis opi.

psimus

pſimus ſupra,in uerſ. ſtatutum diſponens q; mulier, & minor non poſſint contrahere in decima limitatio. & maximè prædicta uera ſunt, quia hodie per conſuetudinem generalem totius mundi eſt derogatum omnibus legibus diſponentibus conatum puniri, & ſic per talem conſuetudinem conatus non punitur,niſi ſequatur effectus,ſecundum Specu.in titu.de accuſa.§.1.cum quo ſentiunt Ang. Pau.de Caſt.Alex.Iaſ. & cæteri,in l.1.§.hæc autem uerba.ff. quod quiſque iur.Fely.in tract.qñ conatus puniatur, in 3.col.cũ alijs abunde congeſtis per Marſi.in d.l.qui falſam monetã, nu.24.& hoc idem tenet Boeri.deciſio.306.nu.3.& Hieronymus Chucalon.in add.ad Deci.in d.l. nõ vult hæres,ubi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & Grammaticus quoque in dicta deciſio.2.nu.19. hoc autem declarant non procedere Ang.Pau.de Caſt.Alexan.& Iaſ.in d.§.hæc autem uerba in crimine læſæ maieſtatis,& in crimine proditæ,ac expugnatæ patriæ, quorum quidem opinionem in iſtis duobus dicit communem Boerius,in tract. de ſeditioſis,circa fin.num.41.& ſeq.& iſte ultimus caſus comprobatur ex eo,quod ſcripſit Soci. conſi.121. præmittenda eſt diſputatio,col.2.uol.4.ubi dixit q; ille, qui uenit ad expugnãdam patriã cõmittit crimen læſæ maieſtatis,ut habetur per Bar.in extrauag.qui ſint rebelles,in uer.tenore,& in uerſi. rebellando,& per Doct. in l.quiſquis.C. ad leg.Iul.maieſt. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCCXXVII.

Statutum diſponens quòd ad onera taxarum, equorum, & hoſpitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis his, qui à principe literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione illius ſanctionis habuerint, quo caſu non ſufficit clauſula immunitatis omnibus,& quibuſcunque oneribus, cũ clauſula non obſtantibus quibuſcunque,etiãſi de uerbo ad uerbum deberet fieri mentio in ſpecie,quibus omnibus derogetur, niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate etiam reſpectu taxarũ,equorum,& onerum belli cũ derogatione iſtius ſtatuti ſecundum cõem opinionem omniũ Doct. quã citat,& ſequitur Deci.cõſ.165.uiſo,col.2.& ſeq.& cõſ.168. uerecundè,col.pen.Iaſ.conſi.121.uol.4.Fel.in c.accedẽtes, col.3.de reſcript.& Gomeſi.in proœ.reg.cancel.q.5.comproba-

A a

probatur ista communis opinio,nam statutum ipsum circa onera dicitur transire in contractum,adeo q̃ non posset re uocari saltim absque eius specialissima derogatione,secũdum Ludo.Bolog.consi.4.viso,col.fin.& Rube. Alex.cons. 9.in causa,col.2.onera enim taxarum,equorum,& hospita tionis militum sunt onera Realia, à quibus nemo potest se excusare, etiam si esset alias priuilegiatus, & exemptus, ut per Parisi. consi.52. tenetur,vol.1.Rube. Alex.in præcitato consi.9.nu.6.per tex.in l.3.§.munus, & in l.rescripto.§. sciendum,vbi Bar. nu.3.ff.de mune. & hono. & quia etiam status pacificus,& publica quies conseruatur armorum intuitu.secundum Signo.de Homodeis,consi.82. nume.6.in quæstionibus.

OPINIO CCCXXVIII.

Statu cum. Arbitri, seu iudicis morte expirat compromissum.l. diẽ proferre.§.1.iuncta glo.ibi, & l.si interpellatur, vbi gl.ff.de arbitris, & hoc procedit in vno solo arbitro electo; Amplia dictam conclusionem q̃ si ex tribus arbitris qui necessariò eliguntur ex forma statuti vnus decedat finitur compromissum,nec duo superstites poterunt sententiam ferre. c.vno delegatorum, ubi Hostien.Ioan.And. & cæteri Canonistæ communiter notant,& Bar.Pau.de Cast.Alex.Ias. alijq; omnes,in l.duo ex tribus.ff.de re iud.hoc vero de plano procedit in arbitris statutarijs, qui sunt arbitri iuris, & sunt ordinarij iudices, de quibus facit mentionem text. in c.præsentata,de testi.& Barba.in d.c.vno delegatorum.

Cõis opi.

OPINIO CCCXXIX.

Statutum disponens super gradibus, vel de gradibus loquens debet interpretari, & intelligi de gradibus iuris Ciuilis, & fieri computatio graduum, secundum ius Ciuile, ita tenent, & concludunt per quàmplures rationes Iacob. Butrig.& Bal.in l.fin.C.de succes.edict.& inter alias rationes assignant istam, quia computatio graduum secundum ius Canonicum est impropria sequitur ibi Alex.nu.6. Bar. in l.iurisconsultus.§.1.ff.de grad. affi. & in d.l. fin. & idem ibi Saly.& Ias.in d.l.fin.nu.12.& Deci.nu.14.& Alber.Bru. in tract.q̃ stantibus mascu.articu.5.nu.20.sub.q.2.ubi etiã

latè

latè diſtinguit ante,nu.20.& idem conſuluit Bar.cōſi. exordiente quæritur vtrum gradus, & iſta eſt cōis opinio, vt per Cottam in memorali, in ver. graduum computatio, & Mod.in d.l.fin.vbi Iaſ.Deci.& alij ſcriben. ampliant,limitant, ac late declarant in pluribus caſibus dictam communem. Cōis opi.

OPINIO CCCXXX.

Reus pro crimine, ac delicto capitali condemnatus ad mortem mediante ſententia diffinitiua ſecundum formam iuris communis efficitur ſeruus pœnæ. l. qui vltimo. ff. de pœnis,ſed condemnatus ad pœnam mortis per ſententiam vigore contumaciæ, ac fictæ confeſſionis ex forma ſtatuti non efficitur ſeruus pœnæ donec uenerit in iudicis poteſtatem,ſecundum Bal.in l.data opera.C.qui accuſa. non poſſ. & in l. r.C.de hæredi. inſtitu. vbi omnes hoc ſequuntur, & in l.eius.§.ſi cui. ff. de teſta. & ſic iſta ſententia non operatur effectum ſuum, donec præfatus reus condemnatus ad mortem repertus fuerit, tunc enim ipſi pœna ultimi ſupplicij erit imponenda,& ita ſe habet communis opinio,vt patet ex allegatis per Boer.deciſio.268.num.8.cum alijs ſeq. vbi refert nonnullos Doct. in contrariam ſententiam inclinantes, & ratio huiuſmodi communis opinionis videtur iſta, quia ſententia lata contra aliquem contumacem potius præſumitur propter vitium cōtumaciæ lata,quàm propter ius partis,tex.eſt in l.præſens.ff.de pign. & in l.ſi ideo ff.de euictio.& in l.fin.de emptio.& uendi.quæ iura ad hoc allegat Roma.conſi.329.præſens conſultatio, col.pen.vbi etiam allegat Bar.in l.ſæpe.ff.de iudi.& in l.res inter alios. ff.res inter alios non nocet, & Ant. in c.quamuis,de re iudi. imo vlterius dicas, ꝙ dicta ſententia lata ex forma ſtatuti contra contumacem nunquam tranſit in rem iudicatam,vt voluit Ioan.de Anania.in c.de his,ext. de accuſa.cuius dictum pro ualde ſingulari, & notabili refert, & ſequitur Ludo.Bolog.conſ.34.circa fin.& Marſi. in ſua pract.crimi.in §.ordine ſucceſſiuo,nu.2. Statutum. Cōis opi.

OPINIO CCCXXXI.

Suſpectus allegari poteſt prælatus, & de iure recipitur,

OPINIO CCCXXXIII.

Substitutus sub conditione ista si hæres institutus decesserit absque liberis legitimis, & naturalibus ab eo procreatis excluditur per monasterium casu quo institutus ingrediatur religionem, & per consequens monasterium obtinet hæreditatem excludendo substitutum, vt probatur, in auth.nisi rogati.C.ad Trebel.ubi Doct.& per Bar.consi.1. Calderi.consi.43.an statutum,in tit.de testa.Bal.cõsi.286. pater tres, & cęt. lib. 4. cum alijs late congestis per Laur. Cal.consi.68. magister, & istam asserit esse magis communem opinionem Barba.consil.20. stat difficultas,col.1.lib. 1.Deci.in c.in præsentia,ext.de probatio.nu.227.& seq. & Moder. ibi. & ratio uidetur ista, quare de iure monasteriũ excludat substitutum, quia subintelligitur, nisi hæres monasteriũ ingrediatur.§.sed & hæc præsenti,in auth. de san. episco.& tenet Dyn.& Bart.in l.si ita quis.§.1.ff.de lega.2. Pau.de Ca. in d.auth.nisi rogati,& hoc abundè comprobatur ex dictis per Alex.consi.129.uiso themate,lib.2.& cõsi. 35.super contentis in dicto themate,uol.3. Comprobatur secundo loco præallegata communis conclusio,& fortasse efficaciori ratione,quia monasterium loco filiorum habetur,quantum ad exclusionem substituti,patet in d.c.in præsentia,vbi pariter deficit fideicommissum,si granatus ingrediatur monasterium, sicut si filios suscepisset, & hoc respectu, glo.& Doct. concludunt in memorato.c.in præsentia monasterium esse loco filij,vt per gl.in auth.si qua mulier, in uer.liberos, ubi Bal.C.de sacrosan.eccle. & in auth.nisi rogati,ubi Bal.C.ad Trebel.& in d.§.sed hæc pręsenti,Specu.in titu.de locato.§.nunc aliqua,uer. 158.Bar. in l.hæredibus.§.1.ff.ad Trebel.Bal.in c.1.de mili.uassal. qui ar.bel. depo.in prin.Ang.consil.80.quæstio subtilis est,col.3.ubi inquit, quòd communiter omnes dicunt, quòd monasterium loco filij habetur,& idem Fulgo.consi.53.quod procedit quoad effectum,ut excludatur substitutus, ita concludit Bald.in l.filium,col.1.ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iu. Ampliatur dicta communis conclusio, etiam procedere, quando institutus efficeretur clericus, seu presbyter,& susciperet ecclesiasticum ordinem,tũc enim expirat onus fi-

Cõis opi. (margin, beside "magis commu-nem")

Cõis opi. (margin, beside "monaste-rium loco filij")

deicommissi sibi iniunctum, & habet liberam dispositionẽ bonorum, quæ substitutioni subiecta sunt, siquidem, d. §. sed hæc præsenti alternatiue loquitur si monasterium ingrediãtur, aut clerici fiant, & licet aliqui Doct. contrarium teneant, nihilominus hæc opinio videtur verior, vt asserit Deci. in d. c. in præsentia, col. 30. vers. in ea. glo. ibi & cætera, & conclusione hac lætari debent nonnihil clerici, quoniam per eam habent liberam bonorum dispositionẽ, quæ per substitutionem erat eis sublata si in seculari vita permansissent. l. fin. §. si. C. communia de lega. In contrariam vero partem inclinauerunt omnes Docto. magis communiter, in d. auth. nisi rogati ꝙ substitutio non euanescat in hęrede simplici facto clerico, & de ista communi attestatur Boerius, decisio. 254. nu. 1. 3. 6. & 12. & Moder. in memorato. c. in præsentia, & quamuis contraria, & sic prima opinio sit verior non ob hoc est discedendum à dicta communi, secundum Fulgosi. consi. 30. Ioan. de Neuiza. in sua silua nuptiali, lib. 5. num. 61. cum duobus seq. & Alcia. in l. 1. ff. si cer. peta. Interpretatur primo loco dicta communis conclusio non habere locum, quando aliquis esset substitutus pro redemptione captiuorum, tunc enim non excluditur substitutus per ecclesiam, vt volunt omnes Doct. communiter, in d. c. in præsentia, & in allegata auth. nisi rogati, & Corne. cons. 18. lib. 4. vbi scribit istam esse communem opinionem, & Moder. in locis præcitatis. Limitatur secundo non procedere dicta communis, quando testator in testamento suo expresse disponat substitutum debere admitti si scriptus hæres decesserit sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore procreatis, & uero matrimonio natis, hoc etiam addito si ingressus fuerit monasterium, quod non mirum videtur, quia est in potestate testatoris substituere quem velit hæredi etiam monasterium ingressuro. l. ideo nobis. C. de episc. & cle. & tacitam legis prouisionem tollit expressa testatoris prouisio. l. cum filio. §. 1. ff. de vulga. & pup. substi. & hoc tenent omnes Docto. communiter, vt ait expresse Lauren. Calca. consil. 7. quia à me, col. 15. nanque iustum, ac ęquum est, ꝙ testator possit quam legem velit imponere rebus suis. c. verum, de condi. appposi. & C. de dona. sub modo, & valdè iniquum esset monasterium habere

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

bere bona testatoris inuiti cum nemo benefacere compellatur.c.ad fidem 23.q.5.vt per Deci.consi.419.eleganti cõsilio, & confirmatur, ac comprobatur dicta communis limitatio ex dictis per Corne.in d.consi.18.col.6.& per Fulgo.consi.53.quando superius,& per Alex. in allegatis consil.35. & 129.col.3. quia est in hoc seruanda testatoris voluntas,vt constat ex congestis per Deci.in d.ca.in præsentia,col.34.& consi.259.visis his vbi tenet ꝙ ad excludendũ monasterium sufficiant etiam coniecturæ voluntatis, vt si testator substituat adiecta causa, quia velit bona sua in familia remanere.

OPINIO CCCXXXIIII.

Substitutio compendiosa impuberi filio facta verbo cõmuni, veluti si testator dicat Lucium filium meum hæredẽ instituo, & ei quandocunque sine filijs decesserit Sempronium substituo intra tempora pupillaris ætatis directa est, post autem pubertatem decedente filio conuertitur in obliquam secundum glo. in §.qua ratione,instit. de pup.substitutio. & opinio hæc communiter approbatur, vt asserit Iaf.consi.129.factum sic se habet,lib. 1. contra gl. in l.precibus.C.de impube.& alijs substi.& Oldra.consi.99.factum tale,& Bal.consi.392.super primo,& consi.399. prætermittendum, lib.4. Amplia istam communem procedere etiã si mater esset in medio, quia substitutio compendiosa facta per verba communia omni tempore pupillarem quoque continet non tacitam, sed expressam verbis generalibus. d.l. precibus, & potentior est fauor pupilli,ne absque testamento decedat,quàm matris, vt filio ab intestato succedat l.Papinianus,§.sed nec impuberis.ff.de inoffic.testa. & in c.si pater, de testa. libr. 6. & hoc tenet, & firmat post alios, per eum ibi congestos Tiraque. in tracta. de legibus connubialibus,in glo.5.nu.60.Ferronius,in glo.ad consuetudines Burdegalenses,in secũda parte,in §.11. Iacobinus de sancto Geor.in l.fin.nu.37.C.de edict.diui Adria.tol.licet contrarium, & malè teneat Corasius, in d.l. precibus, num. 19.& de ea dubitat etiam Deci.consi.128.sed prima opinio videtur verissima,& communis,vt per Alexan.in l. centurio.ff.de vulga. & pup.& consil.12.volu.3. ideo ne te deci-

Cõis opi.

Cõis opi.

decipiat Deci. suis suasionibus noli discedere in actu practico à dicta communi.

OPINIO CCCXXXV.

Substitutus moriens antequam substitutionis casus eueniat, spes tunc substitutionis expirat, nec ad hæredes transmittitur. l. si ex pluribus. ff. de suis, & legi. & no. Bal. cōsi. 94. punctus quæstionis, lib. 2. consi. 340. dicta domina, & consi. 434. punctus, circa si uol. 4. & rō istius dicti uidetur isthæc, quia quælibet substitutio dicitur cōditionalis. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de uulga. & pupi. substi. & ius conditionale ad hæredes non transmittitur. l. si ita legatum. §. illi si uolet. ff. de lega. 1. no. Fulg. consi. 14. in quæstione, & cons. 70. proponitur, Alex. consi. 49. uiso themate, col. fi. vol. 6. consi. 25. & consi. 252. uol. 6. & Deci. consi. 435. in causa mihi. Amplia istam conclusionem ita declaratam primo loco etiam procedere si testator substituisset filios, & hæredes, vel eorum præmortuorum liberos, quia nec admittentur filij hæredis præmortui, donec supersit aliquis ex filijs substitutis, per notata, in l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Treb. & per Alex. cons. 17. uiso testamento, uol. 6. nisi iure accrescendi hæreditatē habere possit filius subst tuti. l. qui patri. ff. de acqui. hæred. quod mirabile dicit Bal. consi. 9. factum tale est, lib. 2. Amplia secundo loco dictam conclusionem etiam procedere si hæredes ex descendentibus testatoris substituti essent. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. glo. ualdè nota. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & ibi Bart. & idem Bar. in l. 1. col. fin. ff. de lega. 1. sequens Cyn. in l. 1. C. communia de lega. Bald. in l. cum ex filio. ff. de uulga. & pup. Corne. consil. 248. circa hanc, uolu. 1. & Soci. consi. 197. circa præmissa, & glo. in d. l. 1. communiter approbatur, ut per Alex. in d. l. cū ex filio, & istam esse communem constat ex congestis per Deci. consi. 394. pro uera, & consi. 55. pro tenui, & Curt. cō sil. 63. antiquissima, col. 17. & consil. 75. Dominus Ludouicus, Soci. in l. 1. ff. de uulga. & pup. substi. & Ias. in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de lega. 1. & consi. 80. iste casus, libr. 1. & quamuis gl. contrarium senserit, in l. is cui. ff. de actio. & oblig. tamen aduerte, quia communiter improbatur per Doct. præcitatos.

Cōis opi.

OPI-

T

OPINIO CCCXXXVI.

Terminos prædiorum, uel domum amouens ſcienter, ac dolo malo finium occupandorum gratia ſi eſt perſona nobilis relegatur ad tempus, ſi uilis fuſtigatur, & ad biennium relegatur.l.2.ff.de ter.mo.Cyn.Bald.Saly. & Alberi. in l.1.C.de acc. Abb. & Barba. in c.ex literis,de probatio. Iodocus Damhouderius in enchiridio ſub rub.de tranſlatione Limitum. ubi autem illos terminos amoueret quis cauſa offuſcandi eos punitur pœna arbitraria.l.fĩ. circa fi. ff.de ter.mo.Abb.in d.c.ex literis,Saly.in l.1.de acc. ubi uero quis amouit terminos dolo malo,puta ut lapides confinales furetur, uel ut uicinis negocium faceſcat non tamen mouit eos occupandi confinia, nec animo lites confinium ſuſcitandi in ſuum commodum, nec ea offuſcandi punitur pœna.50.aureorum.l.fin.in prin.ff.de ter.mo.Saly.in d.l.1. Abb.in d.c.ex literis,Iodocus in dicta rub.de tranſla. limi. & ita reſtringitur ipſa.l.fin.& iſta eſt communis opinio,ſecundum Deci.in d.c.ex literis,in fi. ubi tamen quis amouit terminos neſciens illos eſſe terminos, dolo tamen id egit, puta, ut lapides confinales furetur ſi eſt uilis perſona ceditur uerberibus.l.2.ff.de term.mo.ſi eſt nobilis punitur pœna arbitraria,ſecundum Abb.in d.c.ex literis,col.fi. uel ſaltem tenetur furti,ut per Saly.in d.l.1.& terminos,ſeu limites intellige quæuis ſigna, ſiue ſubſignacula, quæ agros ad inuicem ſeparant, ſiue lapides, ſiue pali, ſiue arbores, ſiue foſſata eſſent,ut per D.Iodocum in præcitata rub. de tranſla.limitum,in fin.glo.& Doct.in d.l.fin. Cõis opi.

OPINIO CCCXXXVII.

Teſtator iubens,diſponenſq; in ſuo teſtamento hæredi, vt diſtribuat aliquam quantitatem inter pauperes, poteſt tunc diſtribuere in unum pauperem iſtam quantitatem,ſecundum Bar.in l.unum ex familia.§. ſi fundum.ff.de leg.2. Alexã. in l. in quartam.§.1. & ibi Claudius Aquen. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.ff.de leg.1. In contrariã uerò partem reuocando ſententiã in melius inclinauit idẽ Barto. in l.1.ff.de oper. legat.quia illa locutio pluralis numeri Cõis opi.

meri in pluribus vera esse debet. l. vbi numerus.ff. de regu. iuris,& c.pluralis,de reg.iur.lib.6.not.Pau.de Cast.consil. 356. in testamento Michaelis, & hæc opinio uidetur uerior in puncto iuris,ut probatur argumento.d.l.ubi numerus,& d.c.pluralis, item probatur per uerba testatoris, qui loquutus est per uerba denotantia plures pauperes, præterea uidetur uerior prædicta opinio,quoniam diuersa est ratio in pluribus,quàm in uno, & hoc q uerum sit ostendo, utpotè quia uidetur magis pium pluribus succurrere,quàm uni,item uidetur nescio quo pacto pluribus pauperibus ius quæsitum, ergo non potest in præiudicium ipsorum vni pauperi distribui,nam priuaret aliquos pauperes iure suo, postremo facit ad hoc nam episcopus in dubio, ubi nō est datus exequutor,ipse est ultimæ uoluntatis exequutor. ca. fin.16.q.1.& tamen episcopus in isto casu non potest eligere unum pauperem. c.cum omnes,ext. de testamen. & hoc uidetur esse magis ex mente testatoris, quæ quidem mens semper attendi debet, imo hic deberet cessare omnis quæstio uoluntatis cū in uerbis testatoris nulla reperiatur ambiguitas.l.ille.§.fin.ff.de leg.3. & hic accedit vtiliter unum notatu dignum,q hæres grauatus post mortem suam distribuere bona inter pauperes profecto hoc facere non posset in uita sua in præiudicium pauperum, qui post eius mortē
Cōis erunt,ut not.omnes Doct.communiter,in l. post mortem.
opi. C.de fideicommi.& Alex.in l.stipulatio ista.§.si quis dolū. ff.de uer.obli. & de ista opinione communi attestatur Deci.in l.cum tempus.ff.de reg.iur.

OPINIO CCCXXXVIII.

Testator licet de iure possit remittere hæredi confectionem,seu necessitatem conficiendi inuentarium.l.fin.C.arbit.tut.& l.cum tale pactum.§.1.vbi Bal. & Imo.ff.de condi.& demon.Curt.consi.29. in Regno Hispaniæ, circa fin. cum allegatis per Deci.consi.308. uisa iterum lecta, col.2. & Soci.consi.51.uiso testamento,uol.3.& copiose Clarus, in tract.de testam.lib.3.q.66.ubi ait istam esse communem opinionem, & declarat illam quomodo procedat. nihilominus iudex si ei uisum fuerit id expedire rerum administrationi potest tutorem cogere ad confectionem dicti inuentarij,

uentarij,non obstante seu attenta remissione ipsi tutori facta per testatorem in suo testamento de non conficiendo inuentarium,ex l.vtilitatem,vbi Bar.ff.de confir. tut. Ang. consi.144.circa fin.Ias.in l.cum necessitatem.C.de fideicõ. Gui.Papæ decisio.352.in fi. Bar. communiter approbatus, Cõis opi. & receptus,in l.nemo potest,nume.12.ff.de leg.1. ubi post alios Crotus,col.19.idem Bar. in l.tutor qui repertorium, nu.18.ff.de adminiſt.tuto.Crauet.consi.193.num.10. in l.si ex legati causa,nu.21.& seq.ff.de uer.oblig.Aret.consi.22. col.2.& Deci.consi.349.nu.5.Ioan.Dilectus.in tract.de arte testan.in rub.de tutore,cap.11. & Clarus,in d.quæst.66. in fine.

OPINIO CCCXXXIX.

Testamentum imperfectum ratione voluntatis,utputa si testator incepit condere,ac conficere testamentum ipsum, & postmodum non habuisset illud pro absoluto superueniente aliquo impedimento, tunc testamentum hoc etiam quoad pias causas non ualeret,secundum glo Bart. & omnes,in l.si is qui.ff.de testamen.Guil.de Cugn.& alios,in l. fin.famil.ercifcun. & omnes communiter, in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.vbi Curti.iun.latissimè, nu.4.Ruinus consi.137.sub.nu.10.uol.5. & istorum opinionem apparet esse communem ex relatis per Boeri, decisio. 93.nu.10.& decisio.240.nu.4.& seq.& ita expresse istam fore communem asseuerat quoque Franc.de Aret. in d.l.si is Cõis opi. qui,Moder.omnes in allegato.§. ex imperfecto, & Couarruuias cum multis alijs congestis per eum, in c. relatum,il j.nu.9.de testamen.& quamuis præcipitanter Abb. in rub. de succes.ab intesta. senserit cõtrarium cum aliquibus alijs relatis per Moder.citatos,tamen quicquid isti Doct. absq; aliqua concludenti ratione suadeant, ob hoc fatuum esset recedere ab ista communi Canonica,& uerissima, imo testamentum hoc ratione uoluntatis imperfectum similiter non ualet etiam inter liberos conditum. d.l. si is qui, & ibi Bar. & per Docto.in d.§. ex imperfecto,cum congestis per Ias.consi.155.in causa,& lite,lib 2. vbi scribit istam esse cõ Cõis opi. munem opinionem,& consi.61.consultus,lib.1.Barba.con si.9.illud,col.6.uol.4.& Deci.consi.126.ad dubium,in fin.

Sed

Sed hoc non procederet in alio casu,scilicet,ubicunque testamentum ipsum esset scriptum per testatorem, uel per alium in cedula testamentaria,nec esset lecta,publicataque coram ipso testatore, testibus,& Notario, tunc quippè testamentum hoc ualet inter liberos, & ad pias causas conditum, secundum Bar. in l.fideicommissa.§. quoties.ff.de lega.3.cuius opinionem sequuntur oēs Docto. ibi, & cōem dicit Franc.de Arct.& Boer.in præcitatis decisio.& sequitur consulendo copiosissime atque doctissime. D.Ioan.Cephal.cons.99.per totum.& ita hæc omnia,& alia quàm plura materiam præmissam concernentia referebat subtilitatum princeps, & uir omni scientiarum genere refertissimus. D. Rainaldus Rodulphus interpretando publicè Perusij.d.§.ex imperfecto.

OPINIO CCCXL.

Testes in instrumentis,seu contractibus publicis necessario de iure communi non tenentur se subscribere subscriptione propriæ manus,sed sufficit, ut Notarius scribat nomina testium in ipso instrumento, secundum glo.in §.si uero absunt,in auth.de hæred.& falci.in §.sed & si instrumenta.in auth.de fide instru. Panor. Fely.nu.14.Deci.nu.12.& omnes,in c.1.de fide instru. Pau.de Cast. consi.325.libr.1. in prin.& in l'contractus.C.de fide instru. glo.& Doct.omnes, in l.donationem. C. de donatio. & in l.fin.C. de testi. Afflict.in constitu. Neapo.79. & Capiccium decisio.29.& Cōis opi. istorum opinionem ait esse communem Barba. in rubr. de fide instru.nu.93.& Deci.in c.quoniam contra,num.18.de probatio. contra Accursium, in l. generali. C. de tabular. lib.10.Contrarium asseuerantem, & male,& instrumētum ipsum non probat, nisi habeat testes in eo descriptos, d. §. sed si instrumenta,gl.in l.donationibus.C.de donatio. Bal. consi.55.col.2.lib. .Alex.consi.166.col.pen.uol.6.& Corne.consi.214.col.2.uol.1.& cons.220.col. secunda,uol.secundo,in Regno uero Neap.hodie est necessaria in instrumentis pub icis propriæ manus testium subscriptio, vt reperitur sancitum in constitutione incip. instrumentorū robur,in titu.dé fide,& authoritate instru.& sic per statutum, uel consuetudinem, potest derogari dictæ communi opinioni,

nioni,ut tradit Socin. in tracta.fallent.in reg.418.testes in scriptura publica, ubi communem præmissam limitat in tribus casibus.

OPINIO CCCXLI.

Testes duo omni exceptione maiores instrumentarij reprobant,ac subuertunt instrumentum,si instrumentum ipsum aliter non coadiuuaretur per testes in eo descriptos, uel per alios non instrumentarios,secundum Doct.omnes in c.accedens, de fide instru.in l.2.§. si quis neget.ff.quemadmodum testa. aper. & in l.in exercendis. C. de fide instr. & ista est communis opinio.teste Ruino consi. 37. in prin. uol.4.Lanfran.in repe.c.quoniam contra, in uer.instrumétorum productiones,fol.106. nu.37. de probatio. Deci.in c.tertio loco,nu.55.eod.titu. Io.de Amicis consi.44.nu.4. & Boeri. decisio.118. ubi refert ita fuisse in sacro Burdegalensium Senatu pluries iudicatum,imo unus solus testis de requisitis à iure contradicens instrumento illud omnino subuertit,secundum Bar.Bal. Ang.in d.§. si quis neget,ubi etiam Im. qui ait istam esse communem opinionem,quam sequitur quoque Cal. Ant. Abb. & Imo.in d.c. cum Ioannes,& Io.de Amicis consi. 44. nu.5. qui pariter testatur de dicta communi, & sic uno dunxaxat teste contradicente de necessarijs,requisitisq; in testamento deficit fides omnimoda instruméti.l.si unus.C.de testa. & ita residet Io. de Amicis ubi supra, sed ubicunque testes adiuuarent instrumentum, tot alij testes reprobatorij sunt necessarij quot sunt comprobantes instrumentum ipsum, secundum Bart. in l. hæredes palam,in princip.ff.de testa.Innocen. Ioan. And. Cardina. Anto. Abb. & Imo. in cap. cum Ioan. de fide instrument.Anchara. consil. 76. Cyn. Salyc.& omnes communiter, in l.exercendis.C. de fide instrumen.& procedit non solum si dicerent testes instrumentarij aliter fuisse dictum, quam scriptum per Notarium, uerum etiam si deponerent ipsi testes se non interfuisse instrumento, qui quidem testes licet singulares uideantur, attamen reprobant,& subuertunt instrumentum,secundum Felyn.in d.c. cum Ioannes, numero. 35. & ita consuluit Crauet. consil.56. nume.17.dicens dictos testes ita,& taliter deponentes

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi. tes non esse singulares aliquo pacto,& istam ait ibi esse cõmunem opinionem,& Follerius, in sua pract. criminali,in uer.item q̃ commisit falsitatem,nu.64.cum multis seq.ubi explicat abunde istam materiam.

OPINIO CCCXLII.

Testes in scriptura priuata tres necessariò requiruntur, & sic testimonio trium testium dicta scriptura debet esse subscripta qui quidem testes debent esse masculi,& non fœminæ,secundum Bal.per illum tex.in l.scripturas.C.qui potio.in pigno.habeantur, cum quo sentiunt omnes scriben. ibi,Cremen.in sing.145.Marsi.in sing.611.post prin.Cotta, in memora.in uer.mulier regulariter,& cætera,quam opinionem tanquam uerissimam sequitur etiam, & asserit esse communem Deci.in c.2.alias scripta,nu.11. de fide instru. in c.3.col.secunda, de testi. & in l.fœminæ,nu.32. & seq. & ibi Moline.in add.ff.de reg.iur.& Tiraq.in tract.de legi.cõnubia.l.9.nu.54.licet Ias.in l.1.col.3.ff. de legi. absque aliqua urgenti ratione, & nonnulli alij Doct. relati per Fely. in d.c.2.& in c.3.de testi.conentur, & male discedere à præfata communi,quorum argumenta non indigent respõsione,quia parum, aut nihil obstant, & nota hic utiliter quòd in dicta scriptura priuata non requiritur neque dies, neq; consul.l.cum taberna.§.item quæritur.ff.de pignor. & no. Ias.in auth.quod sine.C.de testamen.ad hoc,ut probet,uel faciat fidem contra scribentem iuxta communem sententiam omnium Doct.quam sequitur Pau. castren.in l.1.nu. 16.C.de nouo codice facien.Alex.in consi.70.uer. ecce ergo,uol.1.& consi.6.uersi.secundo respondeo, & consil.76. col.3.uol.3.& consi.132.uer.quo ad tertiam,uol.4. & Moder.omnes,in l.admonendi.ff.de iureiuran.ubi attestantur de præfata communi opinione.sed hoc intelligendum uenit secundum optimam distinctionem traditam per Cottam,in memorali, in uersi. dies in libris rationum requiritur.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCXLIII.

Testes septem puberes in testamentis regulariter requiruntur.l.hac consultissima, & l. in testamentis.C. de testa.

& §.

& §.fin.institu.eod.titu. nec ualet testamentum si minor numerus testium adhiberetur, etiam quando sufficiens numerus testium haberi non posset.l. conficiuntur.§.1.ff.de iure codicil. & iste numerus testium aduerte, ꝙ est de solennitate substantiali,ac formali,non tantum probatoria,secundum Bar.Aret.col.2.& Ias.in 1.lectu.nu.17.in l. nemo potest.ff. de leg.1. ubi Ripa, nu.35. ait istam esse communem opinionem,& Couarruuias,in epito.in c.cum esses,num.8. de testamen.& Clarus,in trac.de testam. lib.3.q.56.ubi refert effectus istius communis. hoc itaque procedit de iure Ciuili, sed de iure Canonico uidetur sancitum contrariũ, nam testator potest disponere de rebus suis coram presbytero parrochiali,& duobus testibus,& ualet suum testamẽtum etiam ad non pias causas confectum maximè in terris ecclesiæ.c.cum esses,de testa. Specu. not. in titu.de instrumen.editio.§.compendiose,uer.item per ius Canonicum, Ioan.de Imo.& Abb.in d.c.cum esses,Zabar.consil.73.puto de iure Bal.consi.351.quoniam ex facto,& cons.seq.lib. 4.& Alex.consi.276.uiso processu,col.3.lib.5. & ista est cõmunis opinio.teste Corne.consi.261.num.9.& 30.uol.4.& Moder.in d.c.cum esses, præsertimq; Couarruuias ibi. nu. 12.cum alijs innumeris relatis per eum,& Boerio, in decisio.93.nu.2.& Clarus copiose,in tracta. de testam.lib.3.q. 57.uer.1.& seq. sed aduerte quod isti duo testes interuenientes ultra parrochianum debent esse idonei secundum communem opinionem relatam per Alex.consil.177. sub,nu. 4.uol.2.& istud testamentum coram presbytero parochiali, & duobus testibus conditum habet uires etiam in terris Principi seculari quoad temporalem iurisdictionem ab ecclesia concessis, quales sunt Ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria,& Vrbinum,ut declarat,& ponit Corneus,in præcitato cons.sed in alijs non procedit,ut per Bal.cons.284. dominus,lib.3.ubicunque uero presbyter parochialis non reperiretur in partibus,& terris ecclesiæ,in quibus condẽdum est testamentum, nec haberi posset aliquo modo, tũc nota, ꝙ loco parochialis alij duo testes adhiberi possunt per testatorem, & sic requiruntur quatuor testes sine parochiano,& ualebit testamentum, nam duorum uox est potẽtior, quàm unius quantecunque sit authoritatis. c. licet, &

Cõis opi.

Cõis opi.

c.cum

c.cum à nobis, de test.& l.iurisiurandi.C.eod.titu.& ita uoluit Specu.in d.uersi.item per ius Canonicum, quem sequitur Calderi.consi.8.testator, in tit.de testa.Geminia.consi. 49.super isto puncto, Alex.consi.17.col.pen.volu.1.consil. 276.lib.3.& consi.105.uiso, & diligenter considerato, libr. 4.& istam opinionem Specu.dicit, & asseuerat obseruari in practica Anto.de But.& Panorm.in d.c.cum esses, in fin.& communem dicunt inibi Moder.& Bellonus consil.1.4.nu. 3. & magis communem esse recitat eam sequendo Clar. in in d.q.57.ver.sed pone.declaratur similiter dicta regula in testamento condito tempore pestis, cum eo tempore non ita copia testium haberi possit, sicut alio tempore, ideoque numerus septem testium regularis in testamento restrictus est ad quinque. & sic adhibitis quinque testibus in testamẽto condito tempore pestis ualet, & tenet, vt tradit Nicola. de Mata.Bald.Saly. & Ias.in l.fin.C. de testa.Areti.in §.fin. institu.de donatio.& in suo tract. testamentorum, in uersi. suum testamentum, in fin.Cuma. in l.conficiuntur.§. codicilli.de iure codicill.Florian.in l.milites.C.de testa. milit. Barba.in d. c. cum esses, col.8.& in consil.87.col.2.uolu.4. Marsi.in l.1.§.præterea, nu.121.ff.de quæstio.Deci.in l.scriniarios, in fin.C.de testa. mi. & in consil.284. uiso puncto, Brunus, in tract.de forma. dicens ibi se pro hac parte consuluisse, & quòd in facti cõtingentia obtinuit, quem refert Parisi.consi.33.nu.26.uol.2.ubi subdit, quòd ista est magis communis opinio, magis æqua, & humana, Rubeus consil. 165.Bertra.consi.179.uolu.1.Ripa, in l.Centurio, nu. 8.ff. de uulga.& pupi.Boer.in decisio.228.nu.9. & seq. Bal.Nouel.in l.2. ff.de lega.1. ubi concludit post Pontanum, nu.4. istam esse magis communem opinionem, & magis æquam, & Soci.etiam qui eam magis ueram esse dicit in consi.129. nu.14.uol.1.Alex.uero, in consi.70.uol.2.& Ias. in l.ab antiquis, nu. 4.C.de testa.dicit communem contrariam, uidelicet, quod in testamentis tempore pestis requiratur integer numerus septem testium. & malè quàmuis eam non sequatur, & communem, & ueriorem de iure asseuerat Boerius in præcitata decisio.228.num.10. & Afflict.in decisio. 25.incip.in causa petitionis hæreditatis.& magis communem inquit Clar.in tract. de testam.lib.3.sub.q.65.ubi concurrit

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

currit cum prima opinione Bald.& sequac. cum quoddam moderamine. cui quidem intrepide inhæremus tanquam ueriori, æquiori,& communiori. declaratur quoque præfata regula non procedere in testamento facto ad quascunque pias causas, nam testamentum cõditum ad pias causas coram duobus testibus absque presbyteri parochialis præsentia ualet, tam in foro Canonico, quàm Ciuili,& in terris Ecclesiæ non subiectis, secundum tertiam opinionem glo.in d.c.cum esses quam sequuntur ibi Anchara.Cardin. Imo.Barba. & omnes, ubi aiunt hanc sententiam esse communem,& uerissimam simul cum Moder. Ias. quoque, in l. 1.nu.21.post medium, in 1.lectu.C.de sacrosan. eccle.Alex. in l.si certis, nu.5.C.de pact.& Boe.in decisio.93. supra allegata,& hoc uidetur contra sententiam Specu. communẽ in principio huius regulæ relatam, tamen istas duas opiniones conatur Alex.consi.17.ponderatis ijs, col.pen.uol. 3.ad consonantiam,& concordiam reducere, Doct. in d.c. cum esses,& Boeri.in d.decisio.93.nu.3.& seq. Interpretatur quoque præfata regula non procedere in testamento patris imperfecto inter liberos condito, in quo non requiruntur septem testes, nam ubicunque pater faceret testamẽtum adhibitis duobus testibus inter liberos ualeret, & teneret.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C. de testa. cum materia, qui quidem tex.ampliatur, ut habeat locum etiam in testamento patris cæci imperfecto inter filios condito non seruata forma, seu solẽnitate.d.l.hac consultissima.C. qui testa.face.poss.secundum Bald.Ang. Pau.castren. Saly. Corne. Ias. & omnes ibi, ubi asserunt hãc esse communem opinionem, quam sequitur etiam ultra alios relatos per cum Boer.decisio.240. nu.20. ubi attestatur de dicta communi referendo alios contrarium asseuerantes. istud testamentum inter liberos factum ualet etiam cum duobus testibus puberibus maribus, aut fœminis. secũdum gl.in auth. quod sine.C.de testa.quam sequuntur omnes ibi Cyn.Bar. Pau.castren.Corne.& alij, in d.§. ex imperfecto ubi asseuerant hanc esse cõem opinionem,& eam sequitur ultra precitatos Doct.& alios congestos per Moder.in præmissis locis Boer.in dicta decisio.240.nu.1.ubi dicit ita uidisse iudicari in sacro Concilio Burdegalen.& ubique.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCXLIIII.

Testes tam in testamento in scriptis, quàm in nuncupatiuo sine scriptis redacto rogari debent.l. hæredes palam. §.in testamentis.ff.de testa.& l.hac consultissima.C.eo.tit. glo.in §.fin.in uer.adhibitis.instit.de testam & ista est communis opinio, teste Boer.decis.34.num.8.unde si Notarius in testamento diceret testes præsentes, non adijciendo expresse uocatos ad hoc,& rogatos, testamentum est nullum, in dubio enim non præsumuntur rogati cum solennitas sit extrinseca probatoria, secundum Dyn. & Bar. in d.§.in testamentis, Cyn.Franc.de Aret.& Ias.in d.l.hac consultissima, Bar.Alex.Ias.& alios, in l.sciendum.ff.de uer. oblig. & Specu.in titu.de testa.§.1.uer.sed quid,& Ruinum consi.1. nume.4.uol.2.& consi.12.nu.5.cod.uol.& istam aiunt esse communem opionem Moder.in d.l.sciendum, Corne.consi.176.uol.3.Soci.in tract.reg.in reg.420.& Ruinus consil. 154.nu.2.uol.3.licet aliqui Doct. ausi sint tentare contrarium relati per Moder. in d.l. sciendum, sequendo tamen dictam communem tanquam uerissimam cui inhęret quoque Clarus, in tract.de testam.lib.3.q.6. uersi. tertio infertur, amplio procedere similiter in testamento condito ad pias causas, eo enim casu testes debent esse rogati, ut per Barba.in c.relatum, de testa.Zabare.consi.73. & Alex.consi.70.col.fin.vol.2.Soci.uero in præcitata reg.420. dicit audacter communem opinionem esse in contrarium, limitatur dicta conclusio communis ita declarata non procedere quando testes se subscripserunt in testamento, tunc ex huiusmodi sola subscriptione rogati in dubio præsumuntur, secundum Bar.& Soci.in l.Domitius.ff.de testa.& Bar. & omnes communiter, in d.l.sciendum, licet Ias.ibi præcipitanter contrariam partem tueatur.sed aduerte quod ipsi testes ad testamenti ualiditatem sufficit rogatos fore à notario, seu ab aliquo alio extraneo non autem ab ipso testatore secundum communem opinionem relatam per Ias. in l.hac consultissima. nu.3. quam citat etiam & approbat Clarus.in tracta.de testamen.lib. 3.quæstio.58.uersic.scias tamen.

Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCCXLV.

Testes non requirunt aliquo pacto acta curiæ, siquidem absque testibus habent publicam fidem, ex quo acta ipsa suscipiunt authoritatem ex præsentia iudicis, non autem ex persona tabellionis, & actuarij curiæ, ut per Bar. in l. emancipatione. C. de fide instru. cum quo sentiunt Doct. apostillantes ibi, & Bal. in l. gesta. C. de re iudi. & ista est communis opinio, de qua testatur Lanfran. de Oria. in repetitio. c. quoniam contra, nu. 14. in rubr. de probatio. & Moder. inibi, & Maranta, in tract. de iudicijs, in 6. parte. 2. partis prin. super. 10. actu. nu. 51. & quamuis testes in actis curiarum nõ requirantur, ut superius ostendimus, tamen in actis extraiudicialibus testes omnino, & de necessitate debẽt adhiberi, secundum glo. in l. fin. C. de re iudi. & in l. donationibus. C. de dona. ubi Salv. dicit magnum uerbum ita communiter seruari, & refert Dec. in d. c. quoniam contra, nu. 76. & seq. ubi abunde declarat hanc materiam. Cõis opi. Cõis obse.

OPINIO CCCXLVI.

Per testes duos quis potest probare solennitatem, aut præsumptionem instrumenti, secundum glo. in l. iuris gentium. §. quód ferè. in uer. contrarium, circa fin. ff. de pactis, quam sequuntur omnes Docto. communiter inibi, & in l. sciendum. ff. de uer. oblig. vbi Ias. nu. 10. attestatur de dicta communi, Ruinus consi. 1. nu. 8. & seq. uolu. 2. sed tamen si uellet quis probare contra instrumenti tenorem utiq; non admitteretur alia probatio nisi per aliam scripturam. l. generaliter. C. de non nume. pecu. declaratur hoc non procedere ubicunque quis uellet probare simulationem, ac fraudem aduersus instrumentum, tunc enim posset per testes probare talem simulationem, secundum glo. in §. si uerò tale, in auth. de instru. cau. & fid. quam sequuntur omnes Docto. communiter, in l. 1. C. plus uale. quod agi. & nonnulli alij Doct. relati per Tiraque. in tract. de utroque retract. §. 1. glo. 14. nu. 57. fol. 99. declaratur etiam ut procedere possit in probando tenore instrumenti, quia tenor ipsius instrumenti per testes probari potest quando instrumentum fuit amissum, & testes ita aperti sunt, ut instrumenti defe- Testis Cõis opi.

ctum cognoscant, utputa Aduocati, uel Notarij, & cognoscant literas illius Notarij, ita concludit Bar. in aut. si quis
Cõis in aliquo. C. de eden. cuius opinionem scribit esse commu
opi. nem Deci. ibi. nu. 29. & constat similiter communem fore ex congestis per Afflict. decisio. 302. nu. 3. & 5. & sic decisum extitit in sacro regio conci. Neapolita. teste Afflict. decisio. 274. cum 3. tamen requisitis traditis ibi per eum.

OPINIO CCCXLVII.

Testis Cõis opi. Validior, ac dignior est probatio, quæ fit per testes alijs, quæ fiunt per instrumenta secundum magis communé opinionem Doct. in c. cum P. tabellio, ext. de fide instru. quam approbat, & citat Deci. in rub. de testi. & Moder. in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiuran. & hoc non mirum, siquidem probatio per testes est naturalis, congruitq; iuri diuino ita Innocen. in præcitato. c. cum P. tabellio, cum quo cæ
Cõis teri communiter transeunt, ut per Moder. ibidem, & in d.
opi. l. admonendi, comprobatur similiter dicta conclusio per Doct. in d. l. admonendi, quia uidetur quodammodo miraculosa probatio, q pelli unius animalis iam mortui credatur. uerbi gratia instrumento publico.

OPINIO CCCXLVIII.

Testis non potest tradere in scriptis dictum suum iudici. c. testes. 3. q. 11. & ibi Ioan. And. Abb. Syculus, cæterique Canonistæ omnes, in c. testibus, de test. Bar. uero, in l. Theopompus. ff. de dote prælega. nu. 12. inclinauit in cõtrariam opinionem, sed tamen prima pars uerior uidetur, ista potissimum ratione, quia testis non potest deponere per scripturam nisi sit mutus. c. testes, ubi glo. 3. q. 9. & Specu. in titu. de teste, in §. nunc tractandum, uersi. quid de muto; Secundo comprobatur quoniam per tabellionem debét scribi uerba attestationum, ut ibi probat text. & hanc partem, tenet etiam Saly. in l. iusiurandi. C. de testi. Panor. in d. c. testibus, & optimè facit tex. in c. licet ex quadam, ext. de testi. ibi proprio iuramento & cætera, quem text. ad hoc ponderant Ab. antiq. Ant. de But. Panor. & alij communiter post
Cõis
opi. Innocen. & Gemini a. in c. relatum. 5. q. 2. postremo assignatur ad fulciendum præfatam opinionem ista optima ratio,

quia

quia iudex ex trepidatione,& titubatione facilius ueritatẽ potest comprehendere.d.c.testes.d.c.à nobis, & d.l.Theopompus,& not.Syculus,in d.c.à nobis,& sic constat abundè contra Bar.esse communem sententiam omnium Doct. de qua testatur Couarruuias, in tracta. resolutionum iuris Ciuilis,& Canonici,cap.13.num.6.lib.2.& præfatam opinionem tanquam ueriorem sequutus est Lanfrã. in c. quoniam contra, de probat.in uer.testes,nu.7.post medium,& Celsus ibi,in add.Boer.decisio.1.nu.38.& Marsi. cum alijs cõgestis per ipsum,in l. de minore.§. plurium quoque,nu. 2. de quæstio.& Bal.in d.l.iusiurandi, ubi dixit, ꝙ non potest dicere testis testifico prout in hac scriptura sigillata sigillo meo si non legat illam iudici,secus si legeret scripturam iudici,& ipse uelit eum uidere, & audire loqui,& hoc modo potest saluari dictum Bar.in d.l.Theopompus,secũdum Ioan.And. aliosq; communiter, in præcitato.c.testibus,& in c.licet quadam supra citato,Bald. & Salyc.in d.l. iusiurandi, Limitantur prædicta,ꝙ licet depositiones factę per scripturam non probent, nihilominus faciunt præsumptionem,secundum dominum Ant.in c. in ecclesijs,col.2. de maio.& obe.col.11. quod dictum referunt,& sequuntur omnes Moder.communiter,in d.c. à nobis; fallit secundo loco dicta communis conclusio in alio casu, in quo magis probat testimonium factum per scripturam, quàm testimonium uiuæ uocis, qui casus est in patre quoad filium super ætate ipsius filij si de ea disputetur, nam in tali casu magis creditur scripturæ patris, uel matris,q̃ corũ uiuæ uoci, ita dixit D.Ant.in c.ex literis,de transact.quod dictum sequitur Barba.ibi,licet Imola reprobet D.Ant.& malè. Cõis opi.

OPINIO CCCXLIX.

Testis deponens de nocte, seu tempore nocturno se uidisse,& cognouisse Titiũ cõmittentẽ maleficiũ, vel dolosè contrahentẽ,uel aliquid dicentẽ Luna nõ lucente, & absq; lumine accenso indubitanter,nec in ciuilibus,nec in criminalibus negotijs probat secundum cõem opinionem oĩum Doct.in l.si cũ exceptionẽ.§.in hac.ff.quod met. cã,& in l. nõ minorẽ.C.de transl.& in l.si nõ spãli.C.de test.& uoluit ẽt Aegidius Bossius,in pract.cri.in tit.de indicijs,& cõside

 ratio-

rationibus ante torturam, nu. 172. quia de nocte quis non potest uideri, nec cognosci, imo talis testis esset de falso suspectus naturali ratione, secundum præcitatos Doct. ideq; dicendum est si testis diceret se cognouisse Titium delinquentem, & nihil deponeret quòd Luna luceret, uel non luceret, & probetur postmodum per dictum Titium per cõputum dierum q Luna non lucebat, tunc talis testis nihil probaret. ita consuluit Oldr. de ponte. Laudensis, ut refert Ias. in d.l. non minorem, col. 1. Bal. Ang. in d. §. in hac, Fel. in c. sicut, col. 4. de re iudi. fallit hoc quando testis diceret se cognouisse, seu uidisse Titium patrantem maleficium de nocte ad uocem, quia habebat notas uoces ipsius, tunc ista depositio faceret inditium ad torturam, secundum Ias. in d.l. non minorem, nu. 5. Interpretatur secundo prædicta conclusio quando testis diceret cum iuramento se uidisse Titium delinquentem seu committentem aliquod maleficium de nocte quia Luna lucebat, uel aderat lumen lucernæ, uel ignis, tunc enim ei fides adhibetur, nisi probetur contrarium, q Luna non lucebat, nec aderat lumen ignis,
Cõis opi. & lucernæ, secundum Ias. & Docto. omnes unanimiter, in d.l. si non speciali, & in d.l. non minorem, Deci. consi. 163. in causa matrimoniali, col. 3. & ita consulendo tenuit Grãmaticus post alios congestos ibi per eum consil. criminali. 58. nu. 1. fallit ulterius prællegata conclusio quando testis diceret se uidisse Titium maleficium committẽtem de nocte, quia erat ipsi ualdè uicinus, & propinquus, uel commorabatur simul cum ipso, tunc licet Luna non luceret, nec alia lumina accensa adessent, non ob id falsus censendus est ipse testis, imo probat, quia sæpe contingit, & præsertim tempore autumni noctes esse clariores secundum
Cõis opi. philosophos, & physicos communiter, nisi probaretur contrarium noctem illam fuisse obscuram, & testem prædictũ distasse à dicto Titio per unam Balestratam, uel per aliam loci distantiam, ut latè probauit, & tenuit Oldra. Bened. de vadis in apostillis ad Fran. Areti. in d.l. non minorem, per Bal. & Ang. in d. §. in hac, & Bal. in l. arethusa, in secunda lectu. ff. de statu homi.

OPI-

OPINIO CCCL.

Testis non potest iurare per procuratorem, etiam habẽtem speciale mandatum, & sic iuramẽtum testis per ipsum procuratorem præstari nequit, secundum Bartol. in l. qui bona.§.qui alieno.ff.de damno infecto,Bald.in rub.de iureiuran.& sequitur Abb. D. Ant. & alij relati per Fel.in c.licet ex quadam.ex.de testi.Rom.in d §.qui alieno,& Pano.in d.c. licet, ubi ait hanc esse communem opinionem, Cõis opi. in contrariam uero sententiam ꝗ iuramentum testis præstari possit per procuratorem, sed ipse testis non ualeat dictum suum deponere per procuratorem inclinauit Ioan. And.in c.ut circa,de elect.lib.6.in Nouel. & Rota Romana quam sequitur idem Roma.titubanter,in sing.8. & mouetur Rota ibi per nonnulla fundamenta, & optimas rationes,quas reassumpsit Curtius, in repeti.l. admonendi.ff.de iureiuran.nu.359.quasi inherendo isti ultimę opinioni Rotæ Romanæ, tamen omisso multiloquio quicquid præfati Docto.suaserint contra communem ab ea in iudicando,& consulendo fatuum esset discedere, vt latè scripsimus supra, in uer. iuramẽtum potest præstari per procuratorem, circa fi.

OPINIO CCCLI.

Testis deponens extra articulos non ualet eius depositio,quia testis nõ debet examinari extra articulos, & si deponit non probat,siquidem deponit non iuratus.c.de testibus,extra de testi.& l.si quis libertatem cum glo.ff.de petitio.hæredi.& Bart.& alij notant, in l.si duo patroni.§. Iulianus.ff. de iureiuran.cum similibus Alexã. in l.1.ff.si cer. peta.Bal.consi.123.uol.2. Fely.& alij, in c.de testibus.& in c.per tuas.de testi.cæterum si deponat testis,quomodo intelligat uerba articulorum non dicitur extra articulos deponere,cum istud non sit extra propositum,secundũ Bart. per illum tex.ff. si cer. peta. nam pertinens depositio dicitur,quæ aliquo modo facit ad causam,etiam in modicum, secundũ Bal. in c. quoniam,de testi. & in l. ad probationẽ, in 4.not.C.de probatio.& illud,quod adiuuat causam non dicitur esse ex leui præsumptione impertinens, ut per Bal.

in c.licet causam,col.pen.uer.ex prædictis apparet,de probatio. & sic concludunt prællegati Doct. quod testis non dicitur deponere extra articulos, quando deponit de aliquo certo modo pertinenti ad causam, & hoc intelligunt Bar. Deci.cæteriq; communiter, in d.l.1. quando testis iurauit super articulis, nam si iurauit deponere super tota causa facit fidem sine dubio de eis, quæ deponit extra articulos, dummodo eius dicta pertineant ad causam,ut per Bar.in l. si duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiu.& alios quamplures Doct.congestos per Marsi.in l.1.§.Diuus Adria.nu. 2. ubi sequitur præfatam communem opinionem, & hinc est quod practici Notarij faciunt testes iurare super tota causa, & ita seruat consuetudo, ut tradunt Moder. in d.l.1. ex hisq; nota unum,& tene menti perpetuo,quod testis deponens falsum extra capitulata,& extra causam in causa ciuili non tenetur ad pœnam falsi ordinariam iuris communis, siue interpositam à statuto, sed alia mitiori pœna arbitraria debet puniri,secundum Bald.consi.106. uol.1.& ista est communis opinio,teste Ludo.Bolo.consi.30.ser.sauius.

Cõis opi. | Consuetu. | Cõis opi.

OPINIO CCCLII.

Testes de collegio, uel uniuersitate seculari non probant pro ea,& ista est communis opinio, ut asserit Dec. in c.insuper,nu.6.ext.de testi.& Lanfran.in c.quoniam contra de probat.in uer.testes,num.73.ubi eam plenissimè declarat. quæ communis ampliatur procedere etiam in causis onerum,secundum Abb.cõsi.16. primo an dictus in prima parte Fely.in d.c.insuper,col.3.Ias.in l.sed si hac lege.§.patronũ,col,2.ff.de in ius uocan.& Afflict.decisio.400. inchoante nobilis,col.5.uer.his præmissis,& hoc potissimum procedit,quando omnes de uniuersitate agerent,uel sindicum constituerent, uel deponerent, quo casu indistinctè etiam in casibus quibus aliàs admittuntur, puta quando non tractatur de eorum interesse nõ essent aliquo pacto testes idonei,ex quo essent testes in facto proprio,secundum Bald.in c.tertio loco, de probatio. & Afflict. in dicta decisio. 400. uersi. fallit nisi & cæt. Interpretatur uero ista communis non habere locum quando tractaretur de probãdo actum factum in concilio,uel congregatione in qua communiter

Cõis opi.

non

non admittuntur,nisi illi de uniuersitate,tunc pro illa vniuersitate admittuntur testes uniuersitatis in Ciuilibus, & Criminalibus,vt per Marsi.sing.73.incip.plures,Gramma. consi.crimi.26.nu.37.in causa matrimonij, & probatur,in c.veniens,il ij.de testi.vbi tex.in fin,& glo.Abb.Butri.Fely. & alij Docto. communiter, in d. c tertio loco. Interpretatur quoque ulterius non procedere in collegio, seu uniuersitate clericorum,& religiosorum, quia absolutè testimonia eorum de collegio recipiuntur pro utilitate ecclesiæ,non autem in subsidium.c.nuncius,ubi omnes scriben. no.de testi.& in c. & si Christus,de iureiu,& ista est cõmunis opinio,de qua testatur Dec. in d.c. tertio loco, nu.45. & seq.& Soci.in tracta.fallent. in reg. 408.testis prælatus. quod sanè, & cum grano salis intelligendum esse asserunt Doct.relati per Deci.in loco,de quo supra, quando testes hoc casu essent omni exceptione maiores. Sublimitatur isthæc limitatio communis, q. Prælatus non potest testificari in causa suæ ecclesiæ, quando esset quæstio de bonis mensæ ipsius prælati,de quibus per glo.in clemẽ.1. in uer. ad mensam, de exces. prælat & hoc tenet Ioann. Andr. Ant.Domi.& Sicul.in d.c insuper,idem Io. And. & Doct. in c.præsentium,eod.titu.de testi.lib.6.licet Ant.in c.cum uenissent de iudici.uideatur tenere contrarium,nihilominus præcedens opinio communiter approbatur ex qua Siculus infert, in d. c. insuper Canonicum non posse esse testem in causa suæ præbendæ cum illa sit deputata pro mẽsa sua, sequitur ibi dicens pro hoc optimè facere q. licet Prælatus possit esse iudex in causa suæ ecclesię, sicut laicus non tamen si fuerit quęstio de bonis mensæ suę,secundum Host.in c.procurationes de censibus,Calder.consil.6.titu. de iudici.Do.post Collecta.col.6. in d.c.cum uenissent, & præcitatam communem sequuntur omnes Doct.in d.c.insuper,& audacter eam attestantur inibi. & communẽ prædictam.in prin.positam interpretatur, & limitat in septem casibus non procedere Soci.in d.reg.408.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCLIII.

Testificari, uel testis esse non potest pater pro filio, nec filius pro patre. c. si testis.4. quæst.3. notat Ioan.Mona. in

Cõis opi. suo defensorio iuris, fol. 5. in rub. contra testes, & Specu. in titu. de teste. §. 1. & ita se habet communis opinio omnium scriben. uarijs in locis iuris nostri, ut planè, & abundè deducit Alberi. in tracta. de testi. col. 1. & Grammati. decisio. 45. & 48. & ista communis conclusio, ꝙ pater regulariter non potest testificari pro filio probatur, in l. parentes, vbi gl. not. Cyn. & Butr. C. de testi. Ampliatur isthæc conclusio, ut procedat in causa filij, etiam emancipati, in qua regulariter pater non potest testificari. d. l. parẽtes ubi Doct. Cõis opi. communiter omnes, tenet etiam Bar. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testi. & latè Specu. & ibi Ioan. And. in titu. de testi. §. 1. col. 1. & seq. uers. item quod est parens, & istam opinionem communem esse fatetur Melchior de Facinis consi. 82. in prin. uol. 1. posito inter consi. crimina. diuersorum collecta per Io. Bapt. Zilettum, & Aret. in d. l. qui testamento. § quæcunque. sub nu. 6. Limitaturq́; in causa religionis, in qua pater pro filio testificari potest. c. præsens. 20. q. 3. & mater testificatur etiam cum quæritur de ætate, uel genere, aut cognatione filij. l. etiam in matris. ff. de probatio. & quamuis gl. ibi dicat ꝙ non recipitur ut testis, sed ut ex ipsius respõsione. Iudex melius inueniat ueritatem, nihilominus indubitanter mater potest testificari in causa ætatis filij comprobandæ, secundum gl. in §. item in criminali, in uer. testis idoneis. 4. q. 3. Bar. in l. 2. §. ætas. ff. de excusa. tuto. & Areti. in §. pater, instit. de testi. Limitatur in causis matrimonialibus, in quibus pater, uel mater potest esse testis cum quæritur utrum matrimonium possit esse cum eis, uel non propter consanguinitatem, uel affinitatem. c. 1. 35. q. 6. c. transmissæ. qui filij sint legiti. & c. super eo. de sponsa. & idem tenet Ioan. de Anania, & ibi Bologni. in add. in consi. 52. & Calderi. consi. 11. in titu. de testi. cæterum ubi agitur an matrimonium fuerit cõtractum, uel non, sponsa asserente fore contractum, sponso hoc negante, si eo casu ipse sponsus ditior, uel nobilior, uel potentior, uel honorabilior esset, pater, ac mater sponsæ profecto non admitterentur in fauorẽ matrimonij. d. cap. super eodem, & cap. ex literis, eod. titu. & ita dicit Specu. in titu. de testi. §. 1. uer. item ꝙ est parens, adijciẽs inibi dominum suum dicere, ꝙ etiam si sint pares pater, & mater uidentur suspe-

ſuſpecti; vnde bonus iudex hoc arbitrabitur. l. continuus actus.ff.de uerb.oblig.in prin. addens idem Spec. in d.§.1. quòd ſufficit alterum iſtorum,uidelicet quòd ditior,uel etiam nobilior licet in alijs ſint pares ad hoc vt pater,& mater intelligantur ſuſpecti.d.c.ſuper eodem, & hoc optimè declarat Io.And.in add.ad Specu. in d.§.1. ſed opinionem Specu reprobauit Deci.conſi.163. ſub nu.11.Zaſi.conſi.9. nu.3.lib.1.& Soc.in tract.fallen.in reg.427. teſtes parentes pro liberis,nu.6.ubi ait communem opinionem eſſe Ioan. And.Hoſtien.& aliorum contrariam in locis præcitatis q in caſu iſto relinquatur iudicis arbitrio utrum, in d. cauſa matrimoniali parentes admittantur, qui quidem bonus iudex diligenter inſpicere debet an adhibenda foret fides patri,uel matri,circa prædicta. item parens poteſt teſtificari in cauſa ſtatus, ſecundum Bar.in l.3.§.duæ cauſæ.ff.de car, & Io.Fabri.in d.§.pater; item poteſt teſtificari in teſtamento militis,ſecundum Ang.poſt glo.ubi ſupra,ſed nõ poteſt teſtificari in cauſa legitimationis filiorum,ut per Bar. in l. Gallus,in fin. prin.ff.de libe.& poſthu. fallit etiam ubicunque accederet conſenſus eius contra quẽ huiuſmodi teſtes deponere poſſent, uidelicet quòd teſtes ſui aduerſarij recipiantur in teſtes, tunc proculdubio pater contra filium, & filius aduerſus patrem produci,ac recipi poſſunt, ſecũdum Guido.de Suza.in d.l.parentes,& Io.And.in add.Specu.in prin.& Melchiorem in d.conſi.82. nu.2. ubi ita conſuluit. Limitatur ultimo loco in teſtamento filij de Caſtrenſi, uel quaſi teſtantis,uel aliis contractibus in preçitato.§.per contrarium repoſitis,aliaſque limitationes quamplures recenſuit,& poſuit Soci.in d.reg.427. Cõis opi.

OPINIO CCCLIIII.

Teſtis non poteſt eſſe vxor pro viro,& econtra,ſecundũ glo.& omnes,in l.etiam.C.de teſti.& Alberi.in tract. de teſti.in rub. quando teſtes repellantur ratione domeſticitatis, colum.1.Bal.& Saly.in l.2.C.de teſti. Grammat.conſi. crimi.45.nu.6.& Canonis.omnes,in c. in literis ext.de teſti.ubi reprobant Spec.& Abb.contrarium aſſeuerantes,& hanc opinionem aiunt eſſe communẽ ſcriben in d.l.etiam & Grammat.deciſio.45.& 73.nume.19.Ampliatur prædicta Cõis opi.

cta nō modo procedere in commodo pecuniario uiri, sed etiam famæ,& honoris,ut not. Bar.in l.lex Cornelia. ff. de iureiu.& Deci.consi.132.col.2.Ampliãtur secundo ista omnia ꝙ testificãs super eo in quo inest suum commodum, uel incommodum non probat etiam si deponens ipse esset episcopus,ut per Deci.consi.9.1.col.2.sed contrarium,tenet Crauet.consil.73.nu.31.& ista conclusio, ꝙ testes non probant in illo quod est sibi commodum, declara nisi illud commodum ueniret in consequentiam,ut per Dec. cō sil.100. col.fin. fallit similiter isthæc communis,ꝙ non est idoneus testis quis, quando tractatur de eius commodo in teste qui probaret,& produceret contra tutorem, qui non confecit inuentarium,uel librum rationum,ut per Bart.in l.ser.de iure fisci,quem sequitur Deci.consi.256.nu.6. Limitanturque prædicta, ac declarantur duobus alijs modis per Deci.consi.342.col.2.

OPINIO CCCLV.

Testis esse non potest uenditor pro emptore,secundum glo.& cōmuniter Doct.in l.in omnibus.C.de testi.& Bart. in l.ab executore.§.1.de appella. & Lanfran.post alios con gestos per eum,in c.quoniam contra de probat. in uer.testes.nu.66. imo nec idonei testes sunt donator, uel uenditor in causa emptoris etiam si tenerentur de euictione, secundum Pet.Cyn.& Ioan.Fab.in l.si tibi decem.§.pactum. ff.de pact.Ant.Imo.& Panor.in c.insuper,de testi.Bal.in l. si ad te.C.de fal.Gui.Pap.cons.74.sequuntur rationes,col. pen.Bertran.consi.17. uiso processu, col.pen.lib.2. & Ruinum consi.189.num.21.uol.1.& istam inquit communem opinionem Lanfran.in loco præcitato, & Ioã. de Amicis consi.145.nu.16.& seq.ubi eam sequitur,& declarat.

Cōis opi.

Cōis

OPINIO CCCLVI.

Testis non potest esse aliquo pacto cedens in causa cessionarij,secundum Collecta in c.nuntius,de testi.Ioã.Fab. Bal.& Saly.in l in omnibus.C. de testi. Bal. in l.fi.col.2.C. de iure dot. Capellam Tholosa.in decisio. 94. & Nellum, in trac.de testi.in uer.cedens.(& ista est communis opinio, de qua testãtur omnes Mod.in d.c.insuper,& in d.l.in ombus,

Cōis opi.

bus,& Stepha.Aufre.in tract.de testi.in uer.cedens,nu.17. & Lanfran.in c.quoniam contra de probat.nu.65.in fin.licet Fely. & malè post alios relatos per eum, in d.c.insuper teneat contrarium, quam communem tenēt etiam glo. & Doct.in l.nullus.ff.de testi.Guliel.Bal.& Alex.in l. & hære di.§.nos autem de pact.& consi.13.col.antepen.uolu.1.siue teneatur de euictione,siue non.

OPINIO CCCLVII.

Testis esse non potest periurus,uel infamis,nec admittitur aliquo pacto ad iurandum in litem, nec in supplementum probationis cōtra alium periurum, uel infamem, seu dolosum,ut per Bart.in l.cum mulier,col.fin.ff.solu. matr. quem sequuntur inibi Alex.cæteriq; Doct.omnes communiter,Fely.in c.testimonium,col. fin. de testi. Ferrarien.in pract.Papiensi, in for.iuramenti testium.§.protestante. nu. 6.& seq.& Ioā. Bapt. Zilettus cum alijs innumeris signatis ibi per eum in add.in litera A. & Ias.in l.arenam.C.de inoffi.testa.& Moder.in præcitata.l.cum mulier,ubi attestātur de dicta communi,& Lanfran.in c. quoniam contra de probat.in uer. testes,nume.74.post medium,& Soci. ponit hoc pro regula cum 4.limitationibus,in tracta. fallent. in reg.415. infames.infamia facti. imo dic in fortioribus terminis, ꝙ periurus quantumcunque emendatus non admittitur in testē in Ciuili,nec in Criminali,ut in d.c.testimonium,& in c.quicunque.6.q.1.gl.in l.qui cum uno.§.ignominia.ff.de re milita.quam glo. Bal. allegat pro singulari, in l.Lucius,in fin.de infa.hoc idem uoluit Io.And. in add. Specu.in titu.de teste.§.1.nu.4.Bal. in auth.ei qui iurat,in prin.C.de bon.aut.iud.poss.ꝑ illū tex.Ro.in l.2.col.9.ff.so. matr. Ias.in l.admonendi,nu.117.Ripa,nu.56.Curt.& alij inibi.ff de iureiu.idem Ripa,in l.damnum,nu.6 ff.de dam. infe. & Marsi.in sing.273.quoniā talis testis caret eo quod est potissimum in teste,scilicet ueritate, quæ in teste debet esse pura & simplex. c.pura.3.quæst.9.ideoque uiolato semel iuramento,quod est confirmatorium ueritatis.ca.& si Christus, de iureiu. remanet semper suspitio periurij. d.c. quicūque,& c.paruuli.22.q.1. & uiolato in uno officio semper præsumitur defectus, in eodem. l. si aliquid. C. de suscep. Cōis opi.

scep.

ſcep.& archarijs,lib. 10.ſecundum Docto. in d.c. teſtimonium,ubi omnes cõmuniter excepto Zabare. hoc firmant, & expreſſe tenent. item ſi abſolutus extitiſſet à periurio ipſo, minimè eſſet idoneus teſtis in aliqua cauſa, ſecundum glo.in d.c.teſtimonium, Afflict. in conſtit. eos qui ſciẽter. ſub nu.25.lib.3.poſt alios ſignatos ibi per eum, ſed Pontifex poſſet habilitare criminoſos, atque periuros ad ferendum teſtimonium.ſecundum Doct. in d.c.teſtimonium,& Corſet. in ſing.in uer.teſtis.exordiente,communis concluſio doctorum, ubi oſtendit iſtam communem opinionem fore,& late limitat.

OPINIO CCCLVIII.

Teſtis eſſe non poteſt aduocatus in poſſeſſorio, in quo fuerat aduocatus,poſſet tamen eſſe idoneus teſtis in petitorio,ut per Ripam, in l.naturaliter.§.nihil commune.notabili.18.ff.de acq.po.eſt etiam idoneus teſtis aduocatus pro clientulo ſi adhuc patrocinium non præſtitiſſet,ſecundum glo.& Lanfran.in c.quoniam contra,de probat.in uerb.teſtes, nu. 67. ubi ſequitur opinionem iſtam,& ait eſſe communem, poſſet quoque eſſe teſtis aduocatus in alia cauſa in qua eius teſtimonium abſque dubio aliquo reciperetur, ſecundum præcitatos Doct.& iſta eſt communis opinio,teſte Lanfran. in loco præmiſſo. ſimiliter ſollicitator cauſæ non eſt idoneus teſtis,ſecundum Ferrarien.cum aliqua modificatione,in practi. Papienſi, in for. libelli iuramenti teſtium.§.proteſtante.nu.27.Grammat.deciſio.73.nu.19. & Io.de Amicis conſil. 120.nu.10. ubi tenet etiam,nu.9.poſt alios relatos per eum aduocatum nõ eſſe idoneum teſtem. Sed dato q contra tales teſtes pars non opponat utrũ poſſet iudex eos reijcere, uide Alex. declarãtem, in l.4.§.hoc autem iudicium,nu.20.ff.de damno infect. item mediator non poteſt dicere teſtimonium,ut per Deci. conſil.133. & 463.& Crauet.conſi.56.col. 2.item nec proxeneta eſt idoneus teſtis,& integer,vt tenet glo.in §.quoniam uero legẽ, in auth.de teſti.in uer.prohibitione,Cyn. in l.omnibus.C. de teſt.Alber.in l.ſi tibi decem.§.pactum.ff.de pactis. Ang. in l.debet.ff.de ædil.edic.Ant.conſi.24.col.pen. Anchara. conſi.331.col.2.Fulgoſi.conſi.11.col.2.Panor.in c.inſuper

Cõis opi.

Cõis opi.

ext.de testi.& in c.licet hely.col.2.ext.de simo.Alex. nonnullos alios Doct.cumulans consi.13.col.5.lib.1.cõsi.128. col.1.uol.2.consi.150.col.2.lib.5.consi.212.col.6.lib.6.& consi.127.circa fin.lib.7.Barba.consi.54.uol.2.Guid.Papæ consi.74.& Bertran.consi.178.col.pen lib.2.& consil.225. lib.3. sed aliqui Docto. uoluerunt contrarium signati per Petrum de Benintendis,in decisio.61. & quamuis determinati iuris sit ꝙ proxeneta testis esse non possit, tamen erit ipse proxeneta testis integer, & idoneus utraque parte consentiente,& ita se habet communis opinio omnium Doct. de qua testatur Curtius iuni.consi.112.nu.8 & sequitur Ferrarien.in d.§.protestante,nu.29.& Zilettus ibi in add.in litera i.cum alijs cumulatis per eum,& Petrus de Benintendis decisio.61. ubi recitat istam esse magis communem opinionem,& ueriorem,quia testes inhabiles possunt consensu partium ualidari,secundum Ioan.And.in add. Specu.in titu.de teste.§.sæpe,in add. 1.& in §.1.uersi.quid si uidit,in titu.de probatio. Ant.& Imo.in c.cum dilectus, col.12.de consuet.Alex.cõsi.122.uiso processu,col.3.uol.2. pro quo facit etiam tex.& ibi Bal.in l.fin.C.de fideicommi. ubi habetur, ꝙ consentiente aduersario quis potest esse testis in causa propria,& facit quod tenet Innoc.in c.cum causam, ext.de test.quem sequitur Saly.in l.si quis testi. col.1.C.de testi.ubi dixit ꝙ attestationes inualidę possunt ratificari cõ sensu partium,quod dictum Inno.sequitur etiam Rom.cõsi.104.pater reuerendæ, circa fin. & Alex.in l.Titia,col.3. ff.solu.matri.quam quidem communem sequitur etiam, & declarat Ruinus consil.34.nu.1.4.& 7.uol.4.& quamuis,ut in prin. ostendimus aduocatus esse nequeat pro clientulo suo tamen contra ipsum bene posset testimonium ferre, ut uoluit glo.in l.fin.ff.de test.quam dicit communiter approbari Lanfranc. in d.c. quoniam contra,in uersic.testes,nume.67.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCLIX.

Testes affines,socij,amici, & domestici non sunt idonei testes,& in Criminalibus repelluntur à testimonio.l.2.& l. parentes. C. de testi. & intantum hoc procedit,& ampliatur ꝙ si dicti testes sunt admissi minimè probabunt, secundum

Cõis opi. dum scriben. omnes communiter in locis iam citatis, & de ista communi testatur Grammat. consi. 45. nu. 15. & consi. 58. nu. 6. & seq. tamen nota quòd ad probandum furtum, uel dolum factũ in domo actoris de die, uel de nocte per Sempronium & ad probandum quantitatem rerum erunt testes idonei, ex eo quia alij testes in ipsa domo actu, & habitu uerisimiliter haberi non possunt. tex. est, in l. cõsensu. §. super plagijs, vbi Doct. not. C. de repud. Abb. in c. fin. nume. 9. de præscrip. Bar. Cy. & Ias. in l. si quando. C. unde ui, nu. 43. Marsy. in sua pract. crimi. in §. diligenter, nume. 81. Anto. de But. & Doct. in c. tertio loco, de probatio. Abb. & Cõis opi. scriben. omnes, in c. cùm in tua de sponsa. & ad probãdum gesta, vel acta in domo testes domestici admittũtur, & præferuntur alijs, ut per Franc. de Aret. in consi. 13. nu. 17. simile uidemus ad probandum gesta in naui, uel in domo admittuntur testes nauis, uel domus. l. quoties, & l. submersis, ubi Bar. & Doct. C. de naufrag. lib. 11. tex. in c. ueniens, il secondo, in fin. de testi. Ioan. And. in add. Specu. in titu. de teste. §. 1. uers. item quod est domesticus, similiterque innocentia rei accusati potest probari per eius parẽtes, fratres, & alios domesticos, & alios testes alias nõ idoneos, ut per Marsil. sing. 59. innocentibus, Alex. consi. 24. nu. 45. uol. 2. & consi. 5. nu. 5. uol. 1. Gramma. consi. 12. uersi. 5. quoad nu. 19. c. manifeste, & c. seq. ubi Archid. 12. q. 1. Specu. in titu. de inquisitione. §. 1. uersic. sed nunquid eas, Ias. & Dec. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. quódque procedit, ac uerum esse intelligo, nisi contra dictos domesticos essent alij testes, secundum Bal. & Saly. in d. l parentes, Grammat. in d. consi. 12. nu. 19. Carrerius, in sua practi. crimi. nu. 165. in fin. & Gramma. post alios relatos, ibi per eum, in decis. 34. nu. 14. Item limitatur prædicta cõmunis non procedere in patruo, qui potest esse testis pro nepote suo, & similiter consobrinus pro consobrino & sic de singulis, secundum Bar. in l. qui testamento. § per contrarium. ff. de testa. & Docto. omnes, in Cõis opi. l. parentes. C. de testi. gloss. & omnes. in cap. accedens, ut lite non contest. & Lanfranc. in cap. quoniam contra, de proba. in uers. testes, nume. 58. ubi ponit istam esse commu- Cõis opi. nem opinionem Docto. utriusque aulæ, & eam utiliter declarat. & qui dicantur proprè domestici uide Io. Igne. latè declara-

declarantem,in l.1.nu.74.ff.ad Sillania.& in §. serui appellatione,nu.124.& Melchiorem de Facinis consi.82.nu.12. & seq.posito inter consi.crimi.diuersorum,uol.1. collecta per Io. Bapti. Zilettum, ubi ait communem omnium opinionem esse, ꝙ omnes habitantes in eadem domo dicantur domestici.

OPINIO CCCLX.

Testes singulares non faciunt fidem, nec eis aliqua fides adhibetur.c.cum literis,de testi.& l.iuris iurandi.C.eo.ti. & c.licet causam,ubi oés Doct.cõiter hoc not.de proba.& Spec.in titu. de teste.§.1. uer.item ꝙ testes sunt uarij,quia ubi est singularitas, ibi non est numerus, unde tm̃ probant mille testes singulares,quantum unus,ita dicit Bald.in d.l. iurisiurandi,col.2. imo testes singulares nedum non faciũt fidem, sed etiam qui possunt esse singulares non probant, secundum Bal.in l.fi.col.9.C.de edicto.Diui Adriani toll. & in c.bonæ,el ij.col.5.de electio.& refert Corn. cons.89. uol.1.circa fin.& Io.de Amicis consil.127.nu.17. sed testes ipsi singulares aliquando faciunt fidem,maximeque,quando tendunt ad eundem finem per diuersa media sibi adinuicem patrocinantia, puta quia unus deponit de ueritate, & alius de confessione, secundum Bald.in rub. de controuer. inuesti.colum.1. per text. in c. fin. de successio. ab intesta.idemque uoluit Felyn.in c.licet ex quadam,col. 4. de testi. & Caccialupus, in repeti.l.admonendi, col.50. & seq.ff. de iureiurando, & posuimus nonnullos casus infra, in uer.testes singulares sufficiunt, in quibus testes singulares probent,nec per testes singulares probatur aliquo modo consuetudo,secundum Pet. de Bellapertica, & Cyn. in repe.l.2.C.quæ sit longa consuetudo,Io.And.D.Ant.col. pen.Floria. in 4.q.Anchara. & communiter Doct.in c.fin. de consuetu. quam opinionem declarat ibi Rochus Curt. in 4.sectio.nu.69.fol.146.& sic,in fin.suæ repet.& cõem dicit Deci.consi.215. & nota ꝙ tunc dicuntur testes singulares, quando eorum dicta recipiunt separationem ex diuersitate factorum,secundum Bar.in l.2.§.dubitetur quemad. testa.aperia.& Bald.in l.2.col.2.C.de bono. possess. secundum tab.in l.1.C.si unus ex plu.appe.circa fin. & in l.apud

Cõis opi.

Cõis opi.

antiquos, col.1.C. de fur. quomodo autem cognoſcantur teſtes eſſe ſingulares Specu.in titu de teſte.§.iam de interrogatorijs.uer.quid ſi vnus,& in §.ſæpe teſtes cum.§.nunc tranſeamus,& ibi Bal.in add.dicunt hoc ex ſex, uel quinq; cognoſci, de quibus, in c. cum cauſam,de teſti. ut quando primo uariant in perſonis,ſecundo in re, tertio in tempore,quarto in loco,quinto in cauſa,ſeu ratione,ſexto in circunſtantijs.

OPINIO CCCLXI.

Teſtis. In teſtem non admittitur ſocius criminis cōtra ſocium, nec pro ſocio.l.fin.C.de accuſat.& ita firmauerunt per illū tex.glo.Bar.Bald.Saly.& Pau.caſtren.in l.quoniam liberi. C.de teſti.cum alijs relatis per Boeri. deciſio.319. & Io.de Amicis conſi.138.nu. 1. adeo,ꝙ non eſt teſtis idoneus ipſe ſocius criminis etiam ad formandum inquiſitionem ſecundum communem opinionem omnium Docto.quam citat, Cōis opi. & ſequitur Deci.conſi.189.lætatus ſum,nu.9.Grammat.cōſi crimi.37.nu.14.poſt alios quamplures ibi congeſtos per eum,& conſi.38.num.10.ſed hoc non procedit ubicunque ueritas ex natura negocij aliter haberi, ac ſciri nequeat ut puta in congiuratione, uel tractatu, ad quem probandum recipiuntur teſtes aliàs inhabiles,cum ſecreto fiant,ſecundum Iaſ.in l.1,col.pen.C.de ſumma Trini. & fide catho.& in l.fin.col.fin.C. de his qui ut indig. minimeq; hoc habet locum in crimine læſæ maieſtatis, quia tunc admittitur ſocius criminis contra ſocium, ut per Pet. Follerium in ſua practica crimin.in uer. item quia commiſit crimē læſæ maieſtatis,nu.2. propterea nec teſtimonium tantum ſocij criminis in caſibus, in quibus poteſt ipſe de complicibus interrogari eſſet ſufficiēs indicium ad torturam abſque alijs indicijs, quia iſto caſu talis confeſſio facit aliqualem præſumptionem, ac indicium, ſecundum gloſ. in d. l. fin. C. de accuſat. cum qua ſentiunt omnes Docto. indubitanter Cōis opi. ibi, & hanc dicit communem eſſe opinionem Boerius, in deciſio.319.nu.3.& ſeq.& Grammat.in uoto.6.nume.2. & Crauc.conſi.9.nu.6.ubi hoc clarius declarat, & Soci. pleniſſimè,in tract.fallen.in reg.428.teſtis ſocius criminis. & ſequitur quoque D. Thobias Peruſinæ Academiæ legalis lucerna,doctorq; his temporibus magni ingenij,& authoritatis

eritatis,in §. legatarijs,nu.13.insti.de testa.& nota qđ quẽadmodum socius criminis non recipitur in testem contra socium, ita nec admittitur socius eiusdem criminis ad accusandũ socium, & sic ab accusando repellitur, ut per Bar. in l.qui accusare,nu.8.ff.de acc. & alios latè congestos per Iaco.Nouel.in tract.ad defensam, in rub. quæ personæ accusare non possunt incip. quoniam satis utiliter hactenus uidimus,nu.33.& seq.ubi hoc limitat,& declarat in tribus casibus, ut ibi per eum, & similiter carceratus seu positus in carceribus publicis testis esse non potest, secundum Docto. omnes, in l.3.§. lex Iulia.ff. de testib. per text. ibi, & Lanfran. in c.quoniam contra de proba.in uerb.testes,nu. 83.ubi supponit istam esse communem opinionem.sed socius pro socio in causa ciuili regulariter potest esse testis, Cõis opi. secundum glo. Bar.Bal.Saly. Pau.castren.cæterosq;, in d. l.quoniam liberi, glo. Fab. & omnes, in d.§.legatarijs,ubi D.Thobias,nu.11.sequitur istorum opinionem, limitat,& Cõis scribit communem esse. opi.

OPINIO CCCLXII.

Testium examinatio in causa Ciuili per iudicem recipi debet, nõ autem per Notarium,quia Notarius de iure absque iudicis commissione nõ potest testes examinare, cum ad iudicem examinatio pertineat, secundum gl. ubi Doct. not.in l.hac consultissima.§.fin.in uer.depositiones.C.qui testa.face.poss.in l.iubemus,la prima.C. de libera. causa,& est tex.secundum unam expositionem glo.in l.solam.C.de testi.& glo.in l.curent.ff.eod.tit. & ita hoc pro regula tradit Bal.in c.si qui testium,de testi.& Fely.in c.cum causam, Cõis regu. nu.26. de testi. pro qua quidem regula facit, quod dicitur ꝙ probationes sunt fiendæ iudici,l.quinquaginta.ff.de probat.& habetur,in l.eos,& in l.si quando.C.de testi.no.Marsi.in repet.l.fin. fol.52.C.de probatio. & in l.1.col.2.ff.de testi.& facit glo.not.in d.l.iubemus, quæ dixit ꝙ confessio facta coram tabellione absque præsentia iudicis non præiudicat,& dicit etiam ibi Saly. ꝙ si talis confessio fieret coram iudice ad hoc, ut præiudicet confitenti debet fieri iudice sedente pro tribunali,& hoc idem uoluit Maranta cũ alijs signatis per eum,in tracta. iudiciorum,in 6. par. in 5.

actu de cōfeſſione,nu.30.fol.paruo.134. ubi deducit iſtam eſſe communem ſententiam. & dixit fortius Bal.in titu.de pace conſtan.in uer. ſecundum mores, & leges illius ciuitatis,quem ſequitur Iaſ.in l.1.col.fin.ff. de fer. & in repetitione.l.admonendi.ff. de iureiuran. col.58.uerſi. nunquid autem iudex, ꝙ etiam tabellio non poteſt de conſenſu partium ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium, nec iuramenta nulla facta prius ſibi commiſſione per iudicem, & dixit idem Bal.in add.Specu.in titu. de teſte,col.fin.uer. nunquid reperitur,ꝙ nunquam reperitur, Notarium poſſe recipere iuramenta teſtium abſque commiſſione iudicis allegat gl.in d.l.hac conſultiſſima.§.fin. & ſubdit idem eſſe in inſtrumento, uel confeſſione, quia nec etiam Notarius poteſt illam recipere ſine iudicis commiſſione allegat gl. in d.l.iubemus,quam dicit eſſe ordinariam, & ſubdit ibi Bal.ꝙ recipere pertinet ad iudicem,ſcribere uero ad tabellionem,faciunt etiam dicta per Barto.in l.is apud quem. in princ.ff.de eden. ubi dixit ꝙ notarius non poteſt dare acta parti illa petenti ſine iudicis commiſſione, quod etiam uoluit Pau. de Caſt. ibi. optimè etiam faciunt dicta per eundem Bal.in d.l.hac conſultiſſima,ubi per illam glo. ibi dicit quòd probationes non poſſunt fieri Notario ſine mandato iudicis,& iſta regula ita corroborata, fallit primo loco, niſi talem teſtium examinationem iudex committeret ipſi Notario,quia hoc fieri poteſt,ſecundum Bald.Ange.& Pau.caſtren.in d.l.hac conſultiſſima.§.fin. Saly. in authen. apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtrumé. ubi ait ꝙ quicquid ſit de iure hodie hoc eſt deductum in conſuetudinem regularem propter magnitudinem agendorum,& idem dicit,& tenet Imo.in l.ſed & ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmod. teſta. aperian. quod intellige uerum eſſe ſi huiuſmodi commiſſio teſtium ſit facta ex cauſa, & iſta eſt communis opinio quam allegat,& ſequitur Marſi.in l.de minore.§.plurium quoque,nu.16.ff.de quæſtio.contrarium uero tenuerunt nonnulli Docto.relati per Felyn. in d.c.cum cauſam,nu.29. & ſeq. ſed tamen ipſe ibi ſequitur prædictā limitationem communem, & Abb. in c.quoniam contra, col.18.de probatio.fallit ſecundo dicta regula communis quando examinatio teſtium per iudicem fieri non poſſet, utputa

Conſuetu. Cōis opi.

utputa si testis erat in iudicio mortis, uel commorabatur in partibus ualdè longinquis, adeo q̃ si pars quæ uolebat testem examinari facere iuisset ad iudicem testis statim pe rijsset eius testimonio non habito, nam si tunc examinatus per Notarium sine iudicis præsentia ualebit eius dictum ad præsumptionem aliquam inducendam, secundum Bart. in d.l.admonendi, col.12.uersi.quid si dictum testis, quem sequitur Fely.alios citans, in d.c.cum causam, nume.22.& Marsil. in l.de minore. §. plurium quoque. ff. de quæstio. tertiam uero limitationem tradit Fel. in d.c.cum causam, nu.31.

OPINIO CCCLXIII.

Testium examinationem in causa Criminali iudex alicui Notario committere non potest, imo nec alteri iudici seu eiusdem, seu alterius territorij, secundum Bal. Cyn.Saly.aliosq; communiter, in auth.apud eloquentissimum.C. de fide instru.per illum tex.glo.in clemen.1. in uer. ciuili, ubi bonus tex.de offic.delega.& est optimus text.etiam ad hoc in l.3.§.diuus, ibi nam ipsos interrogare soleo, & cætera.ff.de testi.quem ad hoc not.Bal.in c.si qui testium, infra de testi.in prin. & idem disponitur de iure Regni Neap. vt reperitur sancitum in constitu.inci.in pecuniarijs litibus, idemq; tenet Bald.in rub.de controuer. inuesti.col.2.Fel. in c.cum causam, nu.21. de testi.& Curtius.in repeti.l.admonendi, nu.260.ff.de iureiuran. ubi audacter dicit istam esse communem opinionem, & ratio dictæ communis uidetur ista secundum text.in c.quoniam contra, de probat. quia iudex debet uidere qua uoce, qua trepidatione, & cætera, deponant testes, & hoc idem probatur, in d.clemen. 1.& facit quod dixit Spec.in tit.de testi.§.1.col.22.uer. itẽ quod est criminalis, & optime faciũt omnes illi casus, quos recensuimus post princip. præcedentis conclusionis, qui quidem procedunt, & habent locum non solum in criminalibus, uerum etiam in ciuilibus causis, quia etiam in illis probationes debent fieri iudici, nec possunt recipi à Notario sine præsentia, uel commissione iudicis, secundum glo. in l. hac consultissima.§.fin. C. qui testa. facc. poss. & hoc ibi uolunt Doct. sequendo illam glo. ad quod ẽt facit gl.in l.current.ff.de testi.etiam est bonus text. scd̃m unam

Cõis opi.

lectu.gl.in l.solam.C.de testi.de quo per Bar.in d.l.admonendi,col.14.uer.quid si dictum testis, & per Bal. in l.præcipimus.C.de appella.& in l.iubemus,la prima.C.de libera. causa,in auth. quæ supplicatio. C. de precibus impera. offeren.in c. 1.§.item sacramenta, de pace iuramen. firma. col.pen.& in d.c. quoniam contra, col.14. & ibi per alios, & per Anchara.in c.præsentium.§.testes, col.1. de testi.in 6.ubi refert Ioan.And. reprehendere iudices committentes Notarijs examinationem testium,quia debent eos examinare in propria persona, & ista communis ita comprobata ampliatur,ut procedat etiam in causa ciuili ardua super qua iudex non debet committere audientiam testium alteri,sed ad se uocare,secundum Pau.de Cas. in l.iudices. C.de fide instru.Imo. in l.si quis ex signatoribus.ff. quéadi testa.aperian. And. de Iser. & Afflict.super dicta constitutione incip.in pecuniarijs litibus,per tex. ibi,& Capicium latè decisio.90.nu.5. limita primo dictam communem nõ habere locum ubi testes absentes non possunt cogi ad ueniendum coram iudice, utputa quando testes essent extrà prouinciam, tunc enim potest eorum examinatio, etiam in causa criminali,alteri committi,ut uoluit Iaco.de Are. Nicola.de Matarellis,Bald.& Imo.in auth.apud eloquentissimum.C. de fide instru. & Fely. nonnullos alios citans, in c.cum causam,nu.24.& seque. de testi. Limita secundo, quando iudex non posset interesse propter multitudinem occupationum, poterit tunc etiam in criminalibus committere audientiam testium, secundum Bald.& alios supra relatos, in d. auth. apud eloquentissimum, quia necessitas facit probabile, quod aliàs esset improbabile, & subijcit Bal.ibi de consuetudine ita seruari,& Panor.in d.c.cũ causam, Limita tertio loco,& dic quod licet super probatione principalis delicti non possit committi alteri testium examinatio, nihilominus super remotis à principali delicto ac etiam super adminiculantibus poterit fieri commissio,ita Saly.in d.auth.apud eloquentissimum, & hoc comprobatur ex eo,quod uoluit in simili Angel. in l. sicut.§.si procurator.ff.qui.mod.pig.uel hypo.soluitur,ubi not.quod licet in capitalibus non admittatur procurator. l. pen.§. ad crimé.de pub.iud. & in l.seruũ quoq;. §.publicè.ff.de procura.

Cõis obse.

cura. tamen admittitur ad allegandum iniustitiam, seu nullitatem banni, quæ uentilatur seorsum à delicto principali, comprobatur hoc etiam ex eo, quod not. Bart. in l.1. in prin.ff.ad Turp.vel in l.interdum.§.qui furem.ff.de furtis, ubi dicit nota, ꝙ licet iudex maleficiorum non possit cognoscere de causis ciuilibus est uerum principaliter, incidenter tamen bene poterit cognoscere causas, quæ descendunt ex crimine, sicut est restitutio rei furto subtractæ, itẽ expensas factas in causa poterit illas cognoscere, & reum in eis condemnare, & taxare, & hoc idem not. Barthol. Soci. in l.1.nu.35.ff.solu. matr. Quartò limita, quando testes essent adeo senes, & ualetudinarij, ut sine periculo coram curia, uel iudice se præsentare nequeant, quo casu etiam in causis criminalibus examinatio committitur secũdum formam ritus magnæ curiæ, Vicariæ, ut habetur in ritu incip. item seruat ipsa curia alicui, & cætera, & notat Follerius, in pract.crim.in rubr. detur copia capitulorum inquisitis, nume. 7. & ita in contingentia facti fuit decisum in sacro concilio Neapolitano, ut refert Capicius, in decisio. 90. nu.7.

OPINIO CCCLXIIII.

Testes in causa principali publicati nõ possunt amplius produci in causa appellationis uergente pari timore subornationis in causa appellationis, sicut & in causa principali, quamuis diuersa sit instantia, & timorem præfatæ subornationis exploratum est mouisse Pontificem ad ita decidendum, in clemen. testibus, ext. de test. & in cap. fraternitatis, eod. titu. & ita per illum tex. tenet Bar. in l. per hanc. C. de tempo. appellat. Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat. in uersi. testes, num. 38. & sequen. & Canonistæ omnes communiter, in ca. per tuas, de testib. ubi Fely. magistraliter ponit multas limitationes, & Soc. in tract. fallen. in reg. 447. uerum enimuero Cyn. Bald. Angel. cæterique omnes communiter, in d.l. per hanc affirmant de iure ciuili contrarium, uidelicet; ꝙ in causa appellationis possint recipi testes publicatis etiam testibus in causa principali super eisdem articulis, seu directò contrarijs, & hoc probatur, in l. fin. C. de testi. & ita seruat consuetudo, & practica, teste Coĩs opi. Coĩs opi.

Martino Granato,in trac.de opinionibus Bar.reprobatis, & Affli&.decisio.216.nu.4. ubi articulum hunc,cum multis alijs decisum inuenies,& sic iudicaui in facti contingentia dum eram iudex criminalis in ciuitate Terami anno Domini.1560. uidelicet obseruandam fore prefatam communem sententiam in Terris Imperij,vnde scias tradendã esse tenaciter memoriæ dictam communem , in practica , ex eo quia uidi nonnullos aduocatos errare , & ne in aliquem errorem incidas,uide obsecro pulchram distinctionem traditam per Martinum Granatum in præcitato trac. ubi saluat opinionem Bar. procedere in Terris sedis Apostolicę,seu in foro Canonico.c.fraternitatis,de testi.& opinionem communem habere locum in foro seculari. d. l.fi. C.de testi.& ita residet Laufran.in d.c.quoniam contra,in uer.testes,nu.39.in fin.

OPINIO CCCLXV.

Testis deponẽs, respondensq; contenta in processu, seu inquisitione esse uera , uel ꝙ alter testis deposuit esse uerũ huiusmodi depositio non probat aliquo pacto,ut per Bar. eleganter,in l.Labeo,nu.8.ff.de sup.lega.& Bald.in l.fin.C. de testi.& hoc uerum est, ac procedit indubitanter in cau-
Cõis opi. sis criminalibus secundum communem opinionem omnium scriben.quam sequuntur Doc. passim in iure nostro, præsertimq; Mod.apostillantes Bar.in d.l.Labeo;& Fel.in c.cum in causa,ext. de testi. secus uero si testis diceret contenta,in c. seu articulo esse uera, tũc proculdubio ualeret, & probaret dicta depositio,ut consuluit Bald.consil.10.in quæstio.quæ uertitur,col.11.uol.5. tamen hoc non procedit, quando extat contraria cõsuetudo in loco, ut per Bal. in l.fin.§.in refutatorijs.C.de appellat.& ponit Bar.in l.3. §.1.circa fin.ff.de testi.Abb.& omnes Canonistæ communiter,in c.nihil obstat,de uer.sig. de qua communi faciunt mentionem Moder.apostillantes ibi.

OPINIO CCCLXVI.

Testium criminosorum repulsa,seu exceptio non in genere proponenda,alleganda,& articulãda est, uidelicet,ꝙ testes ipsi sunt infames,excõicati, periuri,homicidæ,adulteri,

teri,sed specificè,& sigillatim proponi debent locus,& tẽpus delictorum commissorum per testes criminosos,causę oẽs infamiæ,& aliæ circunstantiæ dictorũ criminũ, secundum Bart.Bald.Alex.Fran.de Aret.& Ias.col.4.in l.1.C.de testa.Innoc.ante oẽs,in c.præsentium.§. testes,de testi.lib. 6.quem sequitur ibi Archid.& Francus, Bar.Ang. & Albe. in l.prætor edixit.ff.de iniur.Salyc. in auth.si dicatur,col. pen.C.de testi.& Rom.consi.290.in prin.& istam opinionem ait esse communem Follerius,in sua pract. crimin.in uer.si confitebuntur,nu.60.& seq.& magis cõmunem asseuerat Boer.decisio.321.ubi refert ita fuisse iudicatũ in Senatu Burdegalensium. contrariam uero partem tenuerunt aliqui Doct.congesti per Pomatem,in add.ad Bar.in d.l.1. col.2.& Boer.in præallegata decisio.nu.1.tamen quicquid isti Doct.suadeant contra communem, ob hoc in practica ab ea non esset tutum recedere,quam sequũtur optimo iure infiniti Doct.in uarijs locis iuris nostri, Rota Rom. decisio.252.cum tribus seq. in nouis, & Grãmaticus decisio. 11.nu.12.& decisio.34.nu.49.& dato nota hic perpetuo, ꝙ quis opponeret defectus testium cõtra se examinatorum, utputa,ꝙ sint excommunicati,infames, homicidæ,& similes actione iniuriarum conueniri nequit aliquo pacto dũmodo huiusmodi testium defectus probentur, & ueri appareant,secundum Bald.Ange.Alex.& omnes,in l.fin.ꝙ quis iur.ubi aiunt istam esse communem opinionem, & Iaffredus Lanfrancus,in decisio.395.& Boer.consi.4.num.21.& seq.34.35.& 37. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCCLXVII.

Contra testes exceptio ante aperturam testium opponi debet,non autem post,& specialiter, ut eleganter per Bar. in l.1.col.fin.C.de testi. & inibi Bal. & alij communiter,& ita tenet arguendo Ruinus consi.33.col.5. circa fin.uol.4. & omnes Canonistę hoc idem firmant,& tenent audacter, in cap. denique,de excep. quorum opinionem sequuntur, declarant,& attestantur Moder. in d. c. denique, & Deci. ibi,nume.12. & hinc inoleuit practica, qua quotidie utuntur procuratores, ut tempore quo comparent uisuri iuramenta testium protestantur contra personas testium, Testis Cõis opi.

& dicenda per eos, sed quandocunque in alio actu ante publicationem potest fieri dicta protestatio, ut c. præsentium, de testi. & ibi Francis. de Aret. imo plus dic quod exceptio cōtra testes inimicos potest opponi, & allegari coram iudice antequàm eorum dicta recipiantur, uerbi gratia Titius opponit examinatori, testem examinandum contra ipsum esse suum capitalem, & capitalissimum inimicum in huiusmodi casu habet receptio illius testis differri, & interim capi per iudicem illius causæ informatio super prædicta inimicitia, ut per Barto. in auth. si dicatur. C. de testi. cuius

Cōis opi. opinionem ultra Saly. sequuntur omnes alij Doct. ibi communiter, & de ista communi attestantur apostillantes Bar. inibi, & Petrus de Benintendis, in decisio. 7. obijciebatur, ubi ait ita in Rota Bononiensi conclusum extitisse, & hoc idem obseruari communiter uidetur in delinquente torquendo, siquidem si tunc opponeretur ratione inimicitiæ aduersus testes producendos contra dictum delinquētem, eo casu proculdubio debet differri, & supersederi hæc testium receptio, ut recipiantur prius testes ad probationem inimicitiæ præfatæ, dummodo ipse excipiens statim, & incontinenti se probaturum offerat. §. si uerò quis dicat, in auth. de testi. ut tenet Fely. in c. ex parte, col. fin. ext. de testi. & alij Doct. passim in iure nostro, item uidetur dicendum in teste infami, uel excommunicato, nam licet inquisitus dicat testes examinandos contra ipsum esse infames, & excommunicatos non ob hoc retardatur examinatio illorum testium, sed illa exceptio reseruatur in fine iudicij, secundum Doct. in c. interposita. de appellat. in princ. & in l. si is à quo. ff. ut in posse. lega. & Specu. in titu. de teste. §. 1. uersi. quid ergo si præmissa deijciens, &c. tamen hoc fallit secundum eum nisi pars obijciēs prædictam exceptionem contra testes uellet incontinenti illas probare, quia est audienda si habet probationes in promptu, ut per Spec. latè in loco de quo supra. sed aduerte hic perpetuo quod repulsa, reprobationesve testium, qui dixerunt testimonium in prima instantia, & ante sententiam non sunt admittendæ in causa appellationis, & sic in ipsa appellationis causa nullo pacto admittitur repulsa, ideo quis reprobare testes debet in prima instantia, & in negotio principali, quoniam postea

ftea non admittitur in causa appellationis, secũdum And. de Iser. in constitutio. iurisperitorum.nu.6.& Guid.Papæ decisio.500.in contrariam uerò partem inclinarunt gloss. in uer.per sententiam, Abb.& Fely.col.2.in c.1.de except. Afflict.in d.constitu.iurisperitorum,& Abb.in c.super eo. de testi.& istam reor magis communem opinionem fore, quam seruari in Regno Franciæ meminit Guido. in d. decisio.500. tametsi primam opinionem ueriorem,tutioreḿq; reperio, atque eam receptam extitisse in sacro regio concilio Neapo.teste Afflicto decisio.266.& sequitur Couarruuias,in sua pract.in cap.18.sub nu.5. & Maranta,in trac. iudiciorum,in 6.par. in 13. actu de testium repulsa,nu.13. fol.paruo.147.ubi recitat ita practicam regni Neapo.opinionem And. de Iser. admisisse, quam inibi limitat, atque declarat. Cõis opi.

OPINIO CCCLXVIII.

Testis deponens per dictionem uel, circa, seu, & plus, uel ultra nihil probat, nec sibi aliqua fides adhibetur tanquam de incerto deponens secundum communem assertionem Bar.& omnium Doct.in l.Celsus.ff.de usucap.quã sequitur Panor.in c.tuæ,ext.de desponsa.impube. scrib. in c.licet causam,ext.de probatio.& Ias.in l.& si post tres,nu. 7. & 10. ff. si quis cautio.ubi attestatur de dicta communi opinione,& eam latè declarat,& Rumus cons.36.nu.6.uo lu.4.& Balbus cum alijs signatis per eum,in repet.d.l.Celsus,quæ reperitur,in fin.sui tract.de præscriptio.in 4.& ultima par.d.repet.nu.14.ubi conatur saluare sententiam cõtrariam. quod nõ procedit indistinctè,nam licet testes deponant alternatiuè, & sic incertè, & ambiguè, tamen probant si eorum uerba ad unum effectum tenderent, & ideo si accuso Sempronium q interfecit Titium,& testes deponant alternatiuè,uidelicet, q eum occidit cum gladio,uel clauo,tunc quia uterque intellectus concludit maleficium habetur tale eorum dictum pro certa probatione, secundum Alex. in l.inter stipulantem.§.1. col fin.ff. de uerbor. obl.quem sequitur,Ias.in l.dedi,col.1.ff.de cond. causa da. causa non se.Fely.in c.ex parte,el primo,col.7.de rescrip. & Marsi.sing.206.incertitudo. sed aduerte,q si accuso aliquem Cõis opi.

quem

quem, ꝙ percussit me in collo, & probetur ꝙ percussit in facie tunc utique non potest sequi condemnatio, secũdum Bal.in l.ité exigitur.ff.de dolo, & Ang. in l.is cui.ff.quem. serui.amit. & in l. uulgaris.ff.de fur.& idem consuluit Oldra.consil. 57. & 213. dicens quòd si testis deponit ꝙ quis aliquem percussit cum ense per punctam, & alter deponit quòd per taglium, & non per punctam quòd hoc casu non est probatum delictum,& testes sunt singulares, & idem tenet Abb.consi.78. Fallit secundo præmissa communis opinio,quòd dictio plus,uel ultra prolata à teste nihil operatur non habere locum etiam ubicunque quis rescindere procuraret uenditionem tanquam lęsus ultra dimidiam iusti precij per remedium.l.2.C.de rescin.uendi. quoniam si res erat ualoris mille, & uendita extitit pro quingentis, & testes deponant quòd mille,& ultra,seu plus tempore uenditionis ualebat erit dubio procul probatus excessus ultra dimidiam, & sic erit locus. d.l.2.remedio,secundum Saly. col.pen.& omnes,in d.l.2.Alex.col.2.& Iaf.col.3.& seq.in d.l.& si post tres, & Balbum, in d.repeti.l.Celsus,in 4.par. sub nu.15.ubi recitat istam esse ueram,& communem opinionem. Limitatur quoque per ipsum Balbum præcitata communis in tribus alijs casibus ubi supra.

Cõis opi.

OPINIO CCCLXIX.

Testis esse non potest pupillus,seu impubes, nec ad testimonium aliquo pacto admittitur. c. testes. 4. q.3.l.3.§.lex Iulia,& l.inuiti.ff.de testi.& §.testes autem, instit. de testa. ubi Doct.not.Specu.in titu.de teste.§.1.uersi.item excipitur,& Nellus,in tract.de testi.in uersi.impubes,nu.21.quia quicquid uident,quicquid audiunt ignorant.l.fin.circa fin. ff.rem pupi.sal.fore.l.fin.ff.de iuris,& facti ignoran. & l.1. ad fin.C. de fal. monet. & quia similiter eius testimonium est in effectu,sicut si cæcus testificaretur de coloribus,vt dicit Bal.in l.testium,col.2.uersi,redeo ad primum.C.de testi. & hoc procedit in causa ciuili, nam in criminali etiam pubes ante 20.annos completos non admittitur, nisi quantum ad præsumptionem faciendam, pupillus tamen quandoque facit inditium ad probandum dominum occisum à familia.l.2.§.impuberes.ff.ad Sylleia.& not. Specu.in d.§. 1.fal-

1. fallit hoc non procedere quotiescunque pupillus esset factus maior, nam tunc absque dubio potest testificari de his quæ uidit in pupillari ætate, ut per gloss. in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de uerb. sign. & in l. ad testium. ff. de testa. Spec. Ioan. And. & Bal. ibi, in add. in d. §. 1. uer. sed nunquid factus impubes, & istud procedit in his, quæ uidit dũ esset proximus pubertati, secundum Bar. in d. l. ad testium, & in memorato. §. instrumentorum, & Ferrarien. in pract. Papien. in for. libelli iuramenti testium. §. protestante, nu. 30. & seq. & hoc firmant esse communem opinionem omnium Doct. Areti. in d. l. testium, & Deci. & Hierony. Chucalon. ibi, in add. in l. fœminæ. §. item impuberes, circa fin. ff. de reg. iur. uide latè per Fely. post alios, in c. cum nobis, de rescrip. & in c. fin. de senten. excommu. & quis dicatur proximus pubertati diximus latè supra, in uer. pupillus, il secondo. Cõis opi.

OPINIO CCCLXX.

In testium depositionibus in maiori summa minor non inest, secundum Archidia. eleganter, in c. nihilominus. 3. q. 9. quem sequitur Bal. in l. 1. col. 6. de testamen. & Doct. omnes communiter, in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uer. obl. & cum dicta communi transeunt Moder. ibi eam pleno ore attestando, præsertimq; Alcia. nu. 40. cum alijs seq. & Ruinus, nu. 3. & 6. & scripsimus infra in opinio. testes singulares, in fin. & sequitur quoque Francisc. Marci. decisio. 485. nu. 50. & seq. ista uero communis interpretatur nisi sit summa téporis, secundum Imo. in l. inter pares. ff. de re iudi. Gemin. in c. 1. de arbitris, in 6. & Alex. in d. §. si stipulanti, interpretatur quoque utiliter nisi constaret testes deponere de eadem numeratione, secundum Alex. in d. §. si stipulanti, ubi Alcia. num. 40. cum 4. seq. ponit aliàs limitationes, & Rui. in d. l. 1. §. sed si mihi, nu. 14. 16. 17. 18. & 19. ff. de uer. obli. Testis Cõis opi.

OPINIO CCCLXXI.

Testes in causis, ac negocijs criminalibus ultro debent reddere causam, & rationem scientiæ, & non interrogati, aliàs non probãt, nec faciunt indiciũ, secundũ Bal. cõs. 182. nu. 2. uol. 4. Saly. in l. fin. C. de probat. Alex. consi. 70. col. 3. uol.

nol.1.Dec.consil.27.Soci.in tracta.regu. in regula.302. 53 sal.Ias.in l.admonendi,col.103.ff. de iureiuran. Marsil. in sua pract.crim.in §.diligenter,& Grammat.consi.crim.12 nu.12. & istam ait esse communem opinionem Bald. in d. consi.182.sed hoc procedit quando testis ad offensam deponeret, secus uero ad defensam, nam eo casu probat, etiam si non redderet scientiæ causam, testis enim deponens ꝙ Titius uulnerauit,uel interfecit Mæuium ad sui necessariam defensionem, & in ratione scientiæ dicens, quia uidit sufficit ad probandum talem necessariam defensionem,licet de alijs circunstantijs nihil dicat, secundũ Bart. consi.163.Bal.& Salv.in l.solam.C.de testi.Alex.consi.76. col.fin.uol.1.& consi.109.eod.uol.& uoluit Corne.consi. 204.nu.2.& hoc firmant communiter omnes Criminalistę uarijs in locis iuris nostri.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCLXXII.

Testis deponens de credulitate nullam fidem facit, nec probat aliquo modo,secundum glo. Cyn. & omnes Legistas,in l.testium.ff.de testi.Canonistas,in c.quoties,ext. de testi.Specu.in titu.de teste.§.1.uer.item ꝙ deposuit de credulitate,Alex.consi.70.col.3.uol.2.& Io.de Amicis consi. 77.nu.20.& consi.102.nu.18.& ista est communis opinio, teste Panor.in d.c.quoties; & Moder. ibi,idemq; uidemus in teste deponente per uerbum iudicio suo quia non ualet eius testimonium,secundum Bar.& alios,in l.quod tamen. §.si arbiter.ff.de arbi.Bald.in l.de quibus, colum.25. ff. de leg.Ang.& omnes,in l.sciendum,col.secunda.ff.de uerbo. obl.& Alex.consi.186.in causa,& lite,col.pen.uol.2.& consi.119.uiso processu,col.3.nume.7.Io.de Amicis consi.45. nu.15.& Grammat.consi.crim.12.nu.13. & istam dixit communem opinionem Curtius iunior consil.165.;præsupponitur in facto,nu.17. & similiter testis deponens per uerbũ se certo credere non probat etiam præsumptiue, secũdum Bar.in l. siue possidetis,col.pen.C. de probat. quem sequitur Alex.consi.70.uol.1.consi.134.col.2.& in d.consi.119. idemque dicendum est in teste deponente per uerbum nisi fallor, quia probat si redderet claram, & bonam causam scientiæ sui dicti aliàs secus,secundum Bal. Cato. & alios, in

Cōis opi.

Cōis opi.

in l.1.ff.de iusti. & iure, contrarium uero tenuerunt aliqui Doct.relati per Riminal.in §.1.instit.quib.alic. lic. uel nõ. nu. 15. & seq. ubi distinguendo opiniones concordat post alios citatos per eum. Interpretatur ista communis conclusio ita explicita non habere locum quotiescunque huiusmodi depositio de credulitate esset iuncta ratione, uel aliqua præsumptione inferente ita credi debere, ut quia testis redderet causam scientiæ, quia uidit, tunc dictum testis probat, ratio enim dicti testis reddentis bonam causam, & rationem scientiæ regulat ipsum dictum, ita no. tenuit Iaco.de Aret.& Cyn in d.l.testium Bar.in d.§.si arbiter, Ioã. And.in add.Spec.in tit.de teste.§. super, in uers item quod deponit de credulitate, Bal. in l.solam, col.2.C.de testi. & Corne.consil.162.nu.8.uolu.1. & alij relati per Iaffredum Lanfran.in decisio.7.& Alex.in præcitatis consil.& Riminal.in d.§.1.nu.19. & ista est uerissima, & communis limitatio, ut per prædictas allegationes apertissimè constat. Cõis opi.

Interpretatur similiter dicta communis in factis antiquis, in quibus testis de credulitate probat, & antiquum tunc dicitur in materia probationis, ad hoc ut admittatur testis de auditu, aut credulitate, aut uerba enunciatiua, aut fama publica, & cætera huic generi similia requiritur tempus excedens metam centum annorum, secundum Innocen.in c.ueniens, de uer. sign. & hanc opinionem asseuerat esse cõmunem Alex.& Moder.in l.cum aliquis.C.de iure delibe. Cõis opi. & ibi Ias.etiam, & in repeti.l.admonendi, nu.209.ff. de iureiu.& consi.81.col.pen.lib.1.consi.24.col.pen. lib.3.& cõsil.148.col.fin.uol.4.Corne.consil.35.in fin.& consil.319. col.pen.uolu.1.Alex.consi.6.in fin.lib.1. & consi.208.col. pen.lib.2.Curti.sen.consil. pen.col.fin. Deci.in c.1. col.4. de appellat.in consi.13.col.pen.consi.42.col.2.Curti.iun. consi.17.col.2.& consi.90.col.fin.& licet in hoc, uel circa hoc reperiantur duæ aliæ opiniones contrariæ Doct.quas omitto tanquam frustratorias, & inutiles, tamen in iudicãdo, & consulendo difficile, ac impossibile foret obtinere contra dictam communem. Limitatur quoque communis in duobus alijs casibus per Marsi.in repe.rub.C. de proba. nu.13.& seq.tanquam utiles, ueros, & necessarios omnino uidebis, & in multis alijs casibus limitatur per Soc.in trac.

fallent.

fallent.in reg.407.testes de credulitate. & Riminal.in d.§. 1.nu.18. & per Lancillotum Conradum,in pract.seu tract. de decurionibus,lib.1.c.9.§.11.de officio prætoris, nu.40. fol.131.

OPINIO CCCLXXIII.

Testis Notarius faciendo mentionem in testamento testatorẽ fuisse sanæ mentis, & cætera propter huiusmodi testimonium non probaretur mentis sanitas,secundum Bal. in l.2. C. de testamen. quia Notario non adhibetur fides in his, circa quæ uersatur eius laus,uel opprobrium,ut de proxeneta dicitur,in §.pen.in auth.de testi.& per Alex.cons.13. col.5. ubi asseuerat hanc esse communem opinionem, & consi.141.ponderatis,col.4.uolu.1.& Ias. in l.senium ætatis,nu.3.C.qui testa.face.poss. & Vasquius cum alijs signatis per eum,in tract.de succes.processu.lib.1.§.1.nu.54. & sequen. nisi qualitas; & conditio personæ aliud suaderet, ut per Abb. in c. dilectorum, de test. cog. & quia etiam hoc sola legis præsumptione,non autem per testimonium Notarij probatur, quoniam secundum scribentes, in l.sanum mente.C.de transact.mentis sanitas est quid inuisibile,& propriè non percipitur uisu, uel auditu,sed potius rationis iudicio; Ampliatur isthæc conclusio,ut mentis sanitas, uel aliquem fuisse sanæ mentis, nec à teste probari posse,ut per Bal.in d.l.2. nam non cadit directè hoc in sensum testis, secundum Doct. communiter,in d.l.sanum mẽte,quam quidem communẽ sequitur,& citat Boerius decisio.33.nu.73.& seq.fallit dicta conclusio ita declarata quã do Notarius in testamento nullum uerbum faceret de homine sanæ mentis, si testator enim relicta omnia rectè disposuerit ualebit testamentum, ut conditum ab homine sanæ mentis, nam qualia quisque facit,operatur,gerit,& loquitur talis esse præsumitur,argumen.l.pen.ff.de cond.institu.& l.Titia.ff.de inoff.testa.ideoque si testamentum fuerit rectè,rationabiliter,prudenterque factum ipse testator prudens fecisse creditur Valerio Maximo teste testamentum cuiusdam furiosi fuit olim à Senatoribus approbatũ, quia in eo rectè disposita legebantur, quod refert etiam Bal.in c.1. per quos fiat inuesti.in usibus feud.& Alexã.in l. furiosum.

furiosum.C.qui testa.face. poss.& hodie profectò iudicaretur validum tale testamētum, vt per Ioan. And.& Abb.in.c.cùm dilectus de succe.ab intesta cū alijs relatis per Corsetum in sing.in ver.testamentū,& Marsyl.sing. 380.furiosus post prin. vbi expresse ait hanc esse magis communem opinionem, & rationabilem, & deniq; sibi plurimum placere, & istam sententiā sequitur etiam Barbat. in c.qui ingredientibus col. 7. de testa.ubi tenet testamentum furiosi valere factum ad pias causas; dūmodo non probetur quòd tempore testamenti fureret; quòd procedit in furioso qui habet dilucida internalla, aliàs testamentum furiosi,ut ab homine sanæ mentis non valet etiam ad pias causas argumen.c.sicut tenor ubi Abb.cum alijs allegatis per Ias.cōsi. 141.uisa lōga.col.6.vol.2.& quòd furiosus testari nequeat etiam ad pias causas,voluit Bart.quoq; in l.1.C.de Sacros. eccles.nu. 16.& ista est cōis opinio teste Grato consi. 30. nu.32. vol.2. & præmissis accedit utiliter quòd testibus de sana testatoris mente deponentibus maior fides adhibetur quā cæteris testibus contrariū asseuerantibus,quia respondent,ac deponūt secūdum iuris dispositionē, ut eleganter per Innoc. in.c.auditis de præsump.cum quo sentiunt omnes cōmuniter ibi, & in.c.cū Ecclesia vulterana de electio. attestando audacter de ista communi, & Ias.consi. 2.nu.8. & consi.178.nu.1.uol.2. Cōis opi. Cōis opi. Cōis opi.

OPINIO CCCLXXIIII.

Notarius cui est facta cōmissio examinationis testiū, vel receptionis iurium non potest ipsemet esse rogatus de tali cōmissione sibi facta per Iudicē, nec ei creditur super hoc deponēti,& sic illa cōmissio debet per aliū Notariū scribi, & non per se ipsum secundū Ostien.in.c.quoniā contra de probatio.& alios cōiter oēs ibi, Ioā. And.in reg.cùm quid vna uia.de regu.iuris lib.6.in mercu.in prin.Bal.in.l.iurisiurādi col.fin.C.de testi.in.l.Iudices. C.de fide instru.& in l.fin.§. 1.de iure delibe.Abb.in.c.fraternitatis in fin.de cle. nō residen.& in.d.c. quoniā cōtra col.17.Ang.& Moderan l.sciēdum in prin.ff.de uer.obli. Deci.consi.42.nu.4. Nattam cōsi.143.nu.4.& Ruynum consi.105. nu.1.uol.4.& ista est magis communis opinio contra Bar. contrarium asse- Testes. Cōis opi.

 ren-

rentem,in l.ex ſententia.ff.de teſta.tute.ut patet ex congeſtis per Boerium deciſio.258.nu.4. quam quidem communem ipſe ibi.nu.5.limitat,& declarat Saly. uero,in d.auth. apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtru.conatur opinionẽ Bar.& communem ad optimam conſonantiam, & concordiam reducere,quem omnino uidebis,comprobatur ultra allegata per præcitatos Doct.prædicta communis iſto medio:, nam teſtis deponens de mandato ſibi facto nihil probat,ut uidetur eſſe tex.in l.1.C. de manda. princ. qui uult, ꝙ non ſtatur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunque dignitate conſtituti de mãdato ſibi facto à Principe, & iſtam communem uidelicet,ꝙ credatur Notario,uel examinatori aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſam receptionem teſtium ſequitur etiam Guid.Papæ deciſio.126.Deci. in d. c. quoniã contra,num.198.& Curtius iunior conſi. 166.nu.3.in quibus locis atteſtantur de dicta communi, & ita fuit deciſum & concluſum in ſacro Regio concilio Neapolitano, teſte Afflicto,in deciſio.317.

OPINIO CCCLXXV.

Teſtes poſſunt regulariter produci uſque ad publicationem in cauſa,& non ulterius, unde poſt didicita teſtificata non poſſunt ulterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis,ut habetur,in c.fraternitatis, & in c. intimauit,de teſti. cum ſimilibus,& iſtam regulam ponit Marſi.in l. 1.§.fin. in prin. nu.17.ff.de quæſtio. & Doct. in clemen.2.de teſti. & communem opinionem eſſe præſupponit Bellonus conſil. 25. nu.6. quam quidem regulam amplia non tantum procedere in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis propter timorem ſubornationis,ut habetur per Bar.in l.poſt hanc.C.de temp.appe.& per ſcriben.in d.clemen.2. Limitatur primo loco iſthæc concluſio nõ habere locum quando publicatio non eſſet ritè,& rectè facta,quoniam ſi eſſet inualida,poſt teſtium publicationem inualidam, poſſent produci teſtes,ut not.glo.in l.2. in uer. ritè,de teſti.& in d.clemen.2.in uer.publicatis,Barto.in aut.at qui ſemel. col.5.de probatio.Afflict.in conſtitutione Neap. inchoante ritus peritorum & cætera,& Marſi.in d.§.fin.num.17.& hinc eſt, ꝙ teſtes nulliter examinati ex facto iudicis poſſent

Cõis opi.

sent iterum examinari non obstante publicatione eorum, secundum Bart. in l. qui per salutem.ff.de iureiu.& ista est communis opinio,ut asserit Alexā. ibi.nu.2.& quando testes non dicuntur ritè recepti, uel examinati,uide Marsi.latè declarantem,in l.1.§.si quis ultro,nu.36.ff.de quæstio. Cōis opi.
Secundo ista regula, quòd per testium publicationem testes non debent examinari, nec admitti limitatur nisi super articulis nouis dependentibus à ueteribus,ut not.omnes Canonistæ,in d.c.fraternitatis,in c.clamor,& in c. ultra tertiam,de testi.& Legistæ, in d.auth. at qui semel,ubi Moder.aiunt hanc esse communem opinionem, & Marantа,in tract.de iudi.in 6.par.2.partis princ.super.6.actu,nu. 21.& Io.de Amicis consi.128.nu.1. Tertio limitatur prædicta regula,ꝙ licet post attestationes publicatas non possint ulterius produci testes super eisdem capitulis, tamen poterit pars uolens ulterius producere testes nomina ipsorum testium dare iudici,& se absentare,& iudex poterit tunc illos examinare pro ueritate habenda,secundum doctrinam singularem Bal.in l.ampliorem,col.2.C.de appel. quam approbat,& sequitur Cępolla caute.166.incip.regulariter,sequitur etiam Pau. de Cast. consil.309. in casu, de quo quæritur,col.pen.Roma.consi.439.in eo casu,ꝙ quęritur,circa fin.& in repetitio.rub.ff.de arbi. col.11. Barba. in c.ad petitionem,col.4.ext.de accusat.& Alexā. in l.4.§. hoc autem iudicium,col.3.ff.de damno infec. Quarto dicta regula, ꝙ publicatis attestationibus non sint alij testes recipiendi super eisdem articulis debet intelligi,& limitari nisi interueniat consensus partium, ita tenet Abb. in d. c.fraternitatis,& Bar.in d.auth. at qui semel quod dicit au dacter teneri communiter Parisius,in d.c.fraternitatis,nu. 53. Quintò choarctantur prædicta,uidelicet,ꝙ post testium publicationem testes debent admitti, quando testes de nouo reperti scirent rei ueritatem, qui fortè tempore publicationis reperiebantur in partibus ualdè longinquis, & remotis à loco iudicij,secundum gl.& Doct.in l.admonendi,ff.de iureiu.& Marsil.sing.297.testes,& in rub.C.de probatio.nu.16. sed hoc non procedit quando per partes petitur testes de nouo examinari super eisdem articulis propositis ante publicationem, quia isti testes facta publi- Cōis opi. Cōis opi.

catione recipi nõ possunt cum immineat falsitatis timor, & subornationis.d.clemen.2.& glo.And.& Afflict.in prae-citata constitutione iurisperitorum,&. c. & nouissime per Regiam pragmaticam incip.quandoque solent, &.c.reperitur sancitum, q̃ testes nouiter reperti post publicationẽ super articulis in causa productis recipi nequeant, quam quidem pragmaticam latè ibi declarat Cauensis, & Scaglionus. Sextò fallit in causa matrimoniali si producens iuret non subornasse,secundum Marsil.sing.128.& quòd in causa matrimoniali testes admittantur post publicationẽ
Cõis opi. super eisdem articulis, & directò contrarijs text. est, & ibi Abb.in cap.sicut ex literis,de sponsali. ubi glo.communiter recepta,Soci.nu.64.& Fely.nu.9. in d.c.fraternitatis,& Bald.in auth.nunc si hęres,col.1.C.de litig.etiam si ageretur de probando impedimento ad matrimonium impediẽ
Cõis opi. dum, quod nondum contractum esset.gloss. & communis schola,in c.1.de consang.& affi.notant Abb.& alij,in c.iurauit,col.2.de proba.Septimo in causa criminali,secundũ Bart.in l.1.§.fin.col.3.& Marsi.nu.4.ff.de quaestio. Soci. in d.c.fraternitatis,nu.80.& eundem Marsi.in pract. cri.in § sequens,nu.2.& 8.& Fran.de Aret.in d.c.fraternitatis, nu.
Cõis opi. 36.ubi inquit istam esse communem opinionem. Nono ex eisdem capitulis iusta causa iudicem mouente, ut per Marsi.in d.rub.de proba.nu.38. Decimo possunt de nouo examinari attestationibus deperditis. Marsi. ibidem,nu.339. Vndecimò super circunstantijs oportunis ad instantiã partis aduersae,secundum Bertran.cõsi.48.nu.18.uol.1.& Marantam,in d.tract.de iudicijs,in 6.par.in 7.membro,num. 19.fol.paruo.121.Duodecimò in causa monachatus.gl. in c.praesens.20.q.3.in uer.patrem,cuius meminit Fely. in d. c.fraternitatis,nu.9.& Afflict.decisio.216. super examinatione testium, ac eorum productione post publicationem posuit septem alios casus decisos in sacro praetorio Neap. ex quibus realẽ practicam Nostrates imbibere possent, & de productione,examinatione, repetitioneq; testium post didicita testificata,& conclusam causam, uide Ancha. consi.223.& Bertran.consi.151.nu.1.uol.1.consi.160.nu.1.uolu.2. & consil. 266. Ampliatque istam regulam ita declaratam intantum procedere, quòd testes recepti post publicatione

cationem processus nullam fidem faciunt, secundum Bart. in d. auth. at qui semel, Abb. Imo. & omnes, in d. c. fraternitatis Ioan. And. & Butr. in c. constitutus, de testi. & istam opinionem dicit esse magis communem Ruinus consil. 164. numero. 4. uolu. 4. Cõis opi.

OPINIO CCCLXXVI.

Testes post omnes terminos, seu dilationes partibus praefixas, uel praefixos reijciendi sunt à processu, & cum expensis, nisi iureiurando pars affirmaret ad se de nouo peruenisse dictos testes, ut per Bar. in l. mancipiorum, uer. vltimo haec. ff. de opt. lega. per tex. in c. pastoralis, de excep. & in c. cum dilectus, de fide instru. Abb. Felyn. & alios, in d. c. pastoralis, & idem Felyn. in c. licet, col. 9. cum alijs seq. de probat. quorum opinionem tanquam communem sequuntur Doct. in d. c. pastoralis, & Rom. consi. 225. & cõem scribit Conradus, in tracta. seu practi. de decurio. lib. 1. c. 9. nu. 47. fallit ista sententia non habere locum, quãdo testes infra terminum datum iurant, & post decursum terminũ deponunt se fuisse iusta causa impeditos ad deponendũ, tunc enim deponendo isti testes post terminum transactum eorum depositio ualeret, & teneret, secundũ Bal. in l. si quando. C. de testi. & in rub. C. si ex falso instrumento, & ista est communis opinio, teste Boerio. decisio. 294. nu. 19. & Curtio, in tract. de testi. in 33. conclusione, ubi subdit ita practicari in Curia Romana, & uniuersum mundum hoc sequi, & hanc communem opinionem consulendo sequitur, attestatur similiter, & limitat in quinque casibus Iaco. Manchelli in patrocinio, seu consi. 52. per totum, & secundum eandem communem sententiam notauit Rota Bononiensis, ut deducitur apertissimè per Petrum de Benintendis, in decisio. 11. dubitatum fuit, & vide per Bart. & Alex. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. & Lanfrã. de Oria. in repe. c. quoniam contra, de proba. in c. 8. nu. 14. & Petrum, in d. decisio. 11. per totam. & ratio dictae cõis opinionis uidetur isthaec, quia depositio praedictorum testium refertur ad tépus iuramenti, ut tenet Barto. in repetitio. l. 2. col. fin. Roma. consi. 343. col. 2. & Abb. in c. licet causam, colum. 6. de probatio. Sed in Regno habemus ritum magnae Curiae

Cõis opi. (margin, beside "sequuntur Doct.")

Cõis opi. (margin, beside "Curtio, in tract.")

Vicariæ incip.item quod in quibuſcunque, quo cauetur q. per tres dies poſt terminum teſtes poſſunt iurare,& deponere dummodo fuerint citati in termino,& habemus ſimiliter pulchram doctrinam Bal.in l.fin.col.2.C. de fideicõmi.quòd poſt terminum præfixum, ac conceſſum partibus ad probandum admittitur, qui uult incontinenti probare non ſolum per inſtrumenta, uerum etiam per teſtes tanquam ſcilicet id uideatur probatum infra terminum,quod poſt incontinenti probatum eſt,idem uult ipſe Bal.qui tamen limitat,in l.diffamari,col.1.C.de ing.manu. quod ſequitur,& commendat Iaſ.in l.edita.C.de eden. col.6. uer. quinto facit quod ſignanter,& in l.non ſolum.§. morte.ff. de noui ope.nunciat.

OPINIO CCCLXXVII.

Teſtes in his quæ percipiuntur ſenſu corporeo,non autem iudicio intellectus non debent ſuaptè natura ſcientiæ cauſas dicere, niſi ſuper eis fuiſſent interrogati, quia uerboſi eſſe non debent, ſecundum doctrinam Ioan. Andr. & Doct. in c.cum cauſam,ext.de teſti. Specu. in titu.de teſte. §.1.uerſi.item quod non prohibet teſtimonium.Bal.& Docto.in l.ſolam,circa fin.C.de teſti.Ang. in l. qui teſtamento.§.fin.ff.de teſta.& in l.cum ſi.§.uult igitur.ff.de tranſac. & iſta eſt communis opinio.teſte Zaſio, in 2. libr. ſuorum reſponſorum,cap.6.Moder.in d.c.cum cauſam,unde ſi teſtis deponeret ſuper his quæ non ſunt iuris,ſed quæ ſunt facti directo perceptibilia per ſenſum corporis, tunc indubitanter ſecundum præallegatam communem ualeret dictũ teſtis abſque rationis aſſignatione,niſi fuiſſet aliquo modo per Notarium interrogatus, ſecus uero ſi teſtis deponeret ſuper his,quæ ſunt iuris, quia tunc ultro etiam non interrogatus debet aſſignare rationem,cauſamq; ſcientiæ ſui dicti aliàs non probaret,uerbi gratia ſi deponeret ſuper mutuo dictum ſimpliciter conſiderandum non caperetur ſenſu corporis, ſed potius iudicio intellectus, quare tenetur aſſignare rationem,quæ concluderet,ſecundum Bart. in l. 1.C. de uſuris,& in l. nec codicillos.C. de codicillis, & in d.l.ſolam,& communiter omnes ſcriben.in l.1.ff.ſi certum petatur, ubi Curtius atteſtatur de dicta communi, nu. 29. &

Cõis opi.

Cõis opi.

& Zasius in præallegato lib.2.responsorum,cap.7. licet eã præcipitanter more suo impugnet pluribus medijs, quæ non indigent responsione aliqua, & his accedit ꝙ examinator, seu notarius, qui non interrogauit testem de causa scientiæ,prout tenetur iuxta tex. & quæ ibi habentur,in d. c.cum causam,an teneatur ad interesse parti,uide Abb. latè declarantem,in d.c.cum causam,col.4.uersi.circa quod &c.& uide similiter in constitutione Regni incip.in pecunia. ubi habetur ꝙ si tabellio dolosè non interrogauit testem de causa scientiæ tenetur parti ad interesse, & curiæ ad pœnam.idemq; uidemus in teste deponente super fama publica,quia ad probationem famæ requiritur quòd testis etiam non interrogatus ultro assignare debeat rationem dicti sui,ut per Inno.Ioan.And.& alios communiter, in c. cum oporteat, & in c. qualiter.ij, & quando, ext. de accusa. Ant.de But.in c.licet,eod.titu.& in c.super hoc ext. de renun.Bar.in l.de minore.§.tormenta,de quæstio.Ange.in l. ea quidem.C.de accusatio.Bald.in l.solam.C.de testi.& in sua margarita Innocen.in uer.testi non creditur,ubi huius dicti assignat rationem, quia fama debet habere ortum ab honestis, & fide dignis. d. c. qualiter & quando, ideo sciri non potest,nisi testis deponens de infamia, seu bona fama adijciat plenam,iustamq; causam scientiæ,& sic oportet ꝙ testis assignet causas probabiles, ex quibus populus fuerit inductus ad sic credendum, aliter diceretur uana uox populi non exaudienda.l.decurionum.C. de pœnis, & declarat Bar.in d.§.tormenta; Bal. in l.proprietatis. C. de probatio. & in l diffamari.C. de ingenu. & manu.Ant de But. in c.ueniens,il primo,ext.de testi.& Salyc. in l.ea quidem, col.fin.C.de accusat. & ista fama nota debet probari apud maiorem partem populi,secundum Barto.Saly. & Ant.de But.in locis præcitatis, & sic ad hoc,ut dicatur fama probata requiritur ꝙ testes deponant se audiuisse à maiori parte populi,& ista est communis opinio,teste Curti.iun.consi.172.nu.9.& Imo.in l.hæredes palam,in prin.ff. de testa. Rota uero Romana sequuta est Bal.in c. præterea,de test. uidelicet si testes ipsi deponerent publice dici audiuisse,famam probent testes refert Cassado.decisio.3. titu.de probatio. unde si testes dicerent, ac deponerent se audiuisse à

Cõis opi.

Cõis opi.

multis non probarent ob hoc publicam famam, quia mul ti dicuntur duo.l.1.§. hoc rescriptum, ubi glos.ff.ad Sille. Bar.in d.§.tormenta,Saly.& Ang.in d.l.ea quidem, & idē si diceretur inter homines audiuisse,dictio enim inter uerificatur in duobus.l.inter illa.ff.de uerb. sig. & idem si testes ipsi dicerent à pluribus, argumento.c.pluralis, de reg. iur.in 6. & idem concludendum est, quando nescit à quibus dicere audiuit,secundum Bart.in d.§.tormenta,Inn.in d.c.qualiter,& quando,Specu.in titu.de inquisitio.§.nunc tractemus,& casu quo interrogetur testis,quid est fama,& respondeat ꝙ est audire ea quæ audiuntur per istum,per il lum,& alium,quia appareret eum non intelligere, quid sit fama publica non probabit illam, ita Bar.in d.l.1.ff.si cert. peta.Bal.in l.1.ff.de his qui sunt sui,uel alie.iu.& in repeti. l.data opera.C.qui accusa.non poss.Imo.in l.stipulatio ista §.hoc quoque.ff.de uer.obl.& ista fama,aduerte,quia pro-
Cōis batur per duos testes,secundum Doct.præcitatos,& est cō
opi. munis opinio,ut per Saly.in d.l.ea quidem,col.14. & Deci.consi.272.nu.4.

OPINIO CCCLXXVIII.

Testes non possunt examinari parte non citata ad uidēdum eos iurare,tex.est expressus, in c. in nomine domini, de testi.c.in primis.11. q.1. in l.iudices.C.de fide instru. & ibi Bal. Ang.Saly.& Pau.castren. & in l.sequenti.C. de testi.ubi omnes Doct.not.idemque uidemus in causis criminalibus, nam testes fisci recepti ad inquisitionem alicuius delinquentis repetendi,ac examinandi sunt necessario cōtestatione litis facta, ac termino dato ad probandum, & parte citata ad uidendum iuramēta ipsorum testium, aliàs non probant,secundum Bar.in l.fin.in fi.ff.de quæstio. Bal. in l.iubemus,col.3.C.de probat. Ang. in repet.l.si uacantia,col.17.C.de bonis uacan.lib.10.Ang.Are. patrem practicæ,in tract.maleficiorum.in uer.fama publica, fol.2.Salyc.in l.fin.C.de quæstio.Afflict.in constitutione humanitate,in 5.nota.& latè Marsi.in d.l.1.ff.de quæstio.num.7.& Folleri.in sua practi crimi.in 3.par.3.partis,in uer.si confitebuntur,nu.40. cum sequentibus,ubi hoc limitat, & interpretatur, ut non solum pars ipsa sit citanda ad uidendum

dum testes produci, & iurare. c.2. de probat. sed etiam ad illorum examinationem,cum examinatio,& depositio magis possit præiudicare quàm iuramentum,argum.l. de uno quoque. ff. de re iudi. & ita obseruat communis practica, sed huiusmodi citatio non debet esse peremptoria, ut per Bar.in l.si finita. §.Iulianus,col.4.ff. de damno infec.Ioan. And.in c.consuluit,de offi.deleg. & in c.pastoralis, de excep. quorum opinionem audacter affirmat esse communẽ post alios Deci.in d.c.in nomine domini,nume.28.& seq. quam communem inibi Deci. ampliat, in 5. casibus, & in 8.alijs limitat,& quamuis pars sit citanda ad uidendum iurare testes, ut supra docuimus, tamen hoc fallit nisi essent examinandi testes omni exceptione maiores, & fide digni quibus aliquid opponi non posset, & quorum dicto esset standum de necessitate,nam tali casu ualebit eorum dictũ, & iuramentum absque citatione partis,ita singulariter dixit Alex.consi.130.difficultas huius, circa medium,uol. 1. post alios relatos ibi per eum, & idem uidetur tenere Gemi.in c.1.in §.sacri,col.3.de homic.in 6.ubi dicit,ꝙ ubi statutum, uel Lex non exigit plenam probationem, sed contentatur solis argumentis, ꝙ tunc possunt recipi testes sine partis citatione. Fallit quoq; in decẽ alijs casibus, quos ponit Soci.in tract.fall.in reg.406.testium depositiones. Cõis pra. Cõis opi.

OPINIO CCCLXXIX.

Testi deponenti pro sui exoneratione non creditur, secundum doctrinam Bar. in l.deferre. ff. de iure fisci communiter receptam ab omnibus scriben. ibi, per Fely. in c. personas,ex. de testi. & alios uarijs in locis iuris nostri, ut attestantur Mod.apostillantes Bart. in d.l.deferre,& casus istius cõis doctrinæ exemplificatur per eundem Bar.in eo, qui recepit pecuniam, ut illã Mæuio portaret, quia si talis recipiens testificaretur cõtra Mæuium pro dante pecuniã dicit Bar.ꝙ talis non est testis idoneus,ea potissimũ ratione,nam si ipse testis non tradidisset pecuniam Mæuio predicto ipse nõ esset liberatus, sed remaneret obligatus quã communem sequitur etiam Ruinus consi.105.nume.2.uol. 4. sed hoc non procedit quoad illos,qui dicerent se portasse uinum, seu frumentum ab alio eis consignatũ, qñ solitĩ Cõis opi.

essent

essent uiuere ex hac arte portitoris,aut baiuli, ut per Fer-rarien. in sua practi. papien. in forma oppositionis contra testes post uersi. deinde quæro.

OPINIO CCCLXXX.

Testis Acta facta in iudicio summario, siue iuramentum ibidē præstitum, siue sententia lata, seu ubi summariè articulus incidens, uerbi gratia domin.j, uel possessionis uentilatur non obstant in iudicio ordinario,secundum Bar.in l.si iudex,in fin.ff.de his,qui sunt sui uel alie.iu.& in l.qui Romę §.duo fratres.ff.de uer.oblig.ubi hoc idem firmant Ias.Ripa,& omnes scriben.Corne.quoque consi.126.nu.2.uolu.4.per tex.in l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.& in l.sed si ante.ff de excep.& ista est communis opinio,ut per Moder.in d.§.duo fratres, & ratio uidetur ista, quia testes examinati in iudicio summario nō probant in iudicio ordinario tex.& Doct.in c.ueniens,de testi.Bart.in l.sæpe,in fin.ff.de re iud.Bal.& Doct.in l.2.C.de eden.tñ nota quod acta in uno iudicio summario probarent inter easdē personas in alio iudicio summario,secundum Corne.in pręcitato consi.126.nu.3.& Moder.in d.c.ueniens,& in d.§.duo fratres.

Cōis opi.

OPINIO CCCLXXXI.

Testis illud, quòd deposuit in iudicio non potest in alterius præiudicium, ac damnum retractare,& infringere,etiam si mortis tempore asseueret falsum testimonium dixisse,secundum Bal.in l.generaliter.C de non nume.pecu. ubi Saly. Barto. in l.si quis in graui.§.1.per illum tex.ff.ad Syllani.Ias.in l.1.col.2.ff.de eo,per quem factum erit,Areti.& Fely. col.1.c.sicut nobis,de testi. & in c.exhibita,col.2. de homici. & licet de hoc dubitent Roma. & Igneus,in d.l.si quis in graui.§.1.& Marsi.in rub.ff.de fideiusso. num.41.tamen opinio Bart. & aliorum communis est, secūdum Alex.in l.sciendum,col.12.ff.de uerbo.oblig Deci.consil.175.nu.7.& Alciat.in tract.de præsump.reg 3.cap.4. num.7.& Ioan.Bapt.Plotum,in rep.l.si quando,nu.651.C.unde ui,à qua quidem communi in iudicādo, & consulendo fa-

Cōis opi

tuum

tuum esset discedere, quam sequitur etiam Ange. in l. mater. C. de calumniat. Alex. consi. 14. uol. 3. nu. 5. & Bertrandus consil. 137. lib. 2. col. 11. & hoc probatur ex eo, quia ius quæsitum ex facto testis parti non est, nec esse potest in facultate ipsius dicendi aliquid, propter quod ius quæsitum tollatur, secundum Doct. in d. l. si quis in graui. §. 1. ubi responsum est assertionem uulnerati dicentis etiam in mortis articulo à Sempronio se percussum fuisse non probare aduersus Sempronium, quamuis contrarium opinetur Iaco. de Beluisu, in pract. crim. in titu. de indicijs. 12. indicio, Marsi. in sing. 515. & in sua pract. crimi. §. diligenter, nume. 119. ea potissimum ratione, quia nemo in mortis periculo præsumitur propriæ salutis immemor. l. fin. C. ad legem Iu li. repetun. sed Marsi. in locis supra citatis mordet Marcus Ant. Blancus, in tract. de quæstio. num. 390. cui suffragatur glo. in d. l. mater, quæ glo. assertionem defuncti appellat ui lem præsumptionem, maior tamen præsumptio oriretur ex his, quæ quis respondisset, ac deposuisset tempore mortis, si ea depositio fieret publica iudicis authoritate, & iuramento præstito, ut sentiunt Roma. Ang. & Igneus, in d. l. si quis in graui. §. 1. licet adhuc ad quæstionem non sufficiat si uero, nota, uulneratus in extremis humanæ uitæ cō stitutus fateatur se non extitisse à Sempronio uulneratum proderit certè hoc testimonium plurimum ipsi Sempronio, secundum glo. in d. l. si quis in graui. §. 1. adeo, ut torqueri non posset ipse Sempronius, etiam ex legitimis indi cijs, secundum Bald. in l. 1. ubi Ias. C. communia de lega. Alex. consi. 14. uol. 3. nu. 2. & consi. 1. num. 16. uol. 3. Marsi. sing. 11. & 22. Gerar. sing. 55. & Alcia. in tract. de præsump. reg. 3. cap. 4. circa fin. qui admonet non esse in practica ser uandam hanc Bal. opinionem, ubi indicia urgentia forét, Sed ego pro nunc amplector, sequorq; opinionem Bald. tanquam in iure uerissimam, imo dum eram iudex in ciuitate Terami Aprutini anno 1561. bis occurrit, & euenit mihi in facto iste casus, & semper iudicaui, secundum dictam opinionem Bal. quia tutum, & irreprehensibile est iu dici, secundum opinionem Bald. iudicare maximè si contradicentem non habet, secundum Deci. consi. 283. col. 2. & iudex in iudicando nō debet recedere ab opinione Bal.

secun-

secundum Alex.post Fulg.quem refert Bolog.consi.1. col. 9. & in causis decidendis non est parua authoritas Bald.ut refert Pau.de Cast.consi.152.uiso puncto,col.fin. lib.2.

OPINIO CCCLXXXII.

Testis esse non potest mulier in testamento,text.est in l. qui testamento.§.mulier ubi Doc.ff.de testa.& in §.testes, institu.eod.titu.& per Bal.singulariter,in l.nec scripturas. C.qui potio.in pigno.habeant. Ioan.de Ana. in c.tanta labes,ext.de simo.& consi.17.nu.16.& Gandi.in tract.maleficiorum,in titu.de furtis, & latè per Ruinum consi.192.nu. 3.uol.2.& est glo.in d.§.mulier. in uer. non poterit,quam omnes scribentes sequuntur nemine discrepante, teste Bellono consi.14.nu.8. Ampliaturq; hoc non solum procedere de iure ciuili, uerum etiam de iure Canonico, secūdum glo.in c.forus,de uerb.sign.circa fin.in uersi.testimonium, Federi. de Senis consi.207. factum tale est,Roma.in auth. similiter.C.ad legem falci. Imo. in c.cum esses,de testa. & patet ex alijs allegatis,& congestis per Alex.consi. 70. uel
Cōis opi. 177.uiso themate,col.2. uolu.2. & ista est communis opinio,ut asserit idem Alex. consi.84. uiso themate,circa fin. eo.lib.licet Soci.in tract.fallent.in reg.419.testis mulier in testamento post Imo.in d.§.mulier.asseueret alteram opi-
Cōis opi. nionem esse communem,& Couarruuias,in d.c.cum esses, nu.14. quamuis ibi primam sententiam tueatur. & Clarus quoque cum alijs relatis per eum,in tract.de testam. lib.3. q.55.uersi.sed quid. Limitaturq; præfata communis conclusio non habere locum in codicillis, in quibus fœmina potest esse testis,secundum glo.in l.fin.quam ibi sequuntur Bar.Bald.Alberi.Corne.Salyc.Ias.Alex.col.6.& alij.C.de codici.Bal.consi.8.licet lib.5.& Alex.consi.218. ante omnia,col.2.uol.1.consi.105.uiso,& diligenter,col.4.uol.3.& acutissimus,eruditissimusq; D. Thobias Nonius Perusinus in institutio.de testa.in §.testes autem,nu.17. ubi exprimit istam esse communem opinionem. sed tamen animaduertendum est hic periculosum esse septem fœminas interuenire in codicillis, quia solæ fœminæ sine ullo masculo, etiam in codicillis testes esse non possunt, utpotè quia glo. in d.l. fin. de fœmina loquitur in numero singulari, & ita sentit

sentit Barba.in c.relatum,de test. dicens hoc non esse uulgare, nec plebi tradendum, sed hoc argumentum uidetur leue iudicio meo,tolliturq; ex dictis eiusdem Barbac.in d. c.relatum,col.2. ubi docet dispositionem conceptam numero singulari, etiam locum habere in pluribus, proinde sat est mulieres non reperiri prohibitas adhiberi testes, nec in codicillis eadem, quæ in testamentis solennitas requiritur,ut per Deci.in l.fœminæ,col.4.ff.de reg.iu.Secundò limitatur non procedere præallegata communis opinio in testamento ad pias causas condito,ut uoluit Pau.de Cast.consi.161.Abb.& Doct.omnes, in c.cum esses, de testa.per illum tex.& latè Ruinus consi.9.nu.7.& 15.uolu.3. & consi.192.nu.7.uol.2.& D.Thobias in loco superius citato,nu.3.& ista est communis opinio,teste Bellono,in cõsi.14.nu.8.& Moder.in d.c.cum esses,& Couarruuias cum alijs compluribus signatis per eum, in d. c. relatum,il primo,nu.5. Tertiò limitatur,ut mulier dicatur idonea testis ad probandum testamentum, ut latè per Alberi. in d.l.qui testamento. §. mulier.ubi disputat hanc quæstionem,eam ad partes examinando; Quartò limitatur, ut mulier possit esse testis in testamento inter liberos cõdito, & per cõsequens potest probare testamentum inter liberos, etiam non rogata,ut habetur per Doct.in l.fin.C.de codi. & in l. hac consultissima.§. ex imperfecto.C. de testa. & declarat Bal.Ang.& Imo.in l.quoties.§.1.de hæred. institu. & Ruinus consi.73. nu.6.uolu.2. & sequitur quoque opinionem istorum Lanfran.in c.quoniam contra,de probat.in uersi. testes,num.80.& Soci.in d.reg.419.in 1.fallent.& Thobias in loco præcitato, nu.3. ubi ampliat conclusionem istam in quatuor casibus. & communem esse ait Clarus, in tract. de testam.lib.3.q.8.uer.secundo infertur. sublimitaturque isthæc limitatio in testamento patris bastardum instituentis,quia tunc mulier in testem adhiberi non potest, secundum Bal.in auth. quod sine,col.2.C.de testa. & in l.qui testamento.§. mulier.ff. de testa. circa fin. cuius opinionem sequitur,& latè declarat Mãtua in suis apophtheg. apoph. 74. & aduerte hanc quod codicilli nõ exigũt,ut testes sint in conspectu testatoris,uel codicillãtis.unde si testes probe intelligebãt quod agebatur,licet esset aliquid inter medium

Cõis opi.

Cõis opi.

dium, ita quod codicillantem ipsum non uidebant, codicilli adhuc ualerent. ut in specie firmant Alex. nume.7. & Iasi.nu.8.in l.si non speciali.C.de testam. & Mathes. singu. 123. postremo limitatur, ut in testamento militis mulier ipsa testis esse possit, secundum communem opinionem quam citat Bauer.in §.plane.numero.5. institu. de testam. milit.

OPINIO CCCLXXXIII.

Testis idonea potest esse mulier de iure ciuili in causis criminalibus, secundum Specu.in titu.de teste, uersic.quid si mulier §.1.Alex.consi.99.col.fin.lib.1. consi.24. numero

Cõis opi. secundo,uolu.secundo,& consi.11.nu.5.uol.1. & Caro.Moline.in add.ibi,& istam attestatur esse communem opinionem Grammat.consi.crimi.12.nu.16. & seque. & Iacobus Nouellus,in sua practi.crimi.in rubr.incip. crimina obiecta,nu.46. & seq. & præstantissimus iuris interpres Perusinus. D. Thobias Nonius super institutio. in tit. de testa. in §.testes autem, nume. 18. contrarium uero reperitur cautum de iure Canonico, uidelicet, quod mulier in causa criminali propter eius grauitatem testificari non potest text.est, in c.forus.§.testes,ext.de uerb.signi.ubi glo.in uersi.fœminas, & in c. mulierem.23.q.5. ubi etiam glo.& idem tenet glos. in c.ex eo.25.q.3.Floria.in l.ex eo.ff.de testi.Ioan.de Platea,& Ang.Aret.in §.testes autem,institu.de testi.Bertran.consi.189.nu.2.uol.1.Maranta, in tract. iudiciorum, in 4.parte prin.nu.29.cum alijs abunde traditis per Marsi. in consi.22.consil.18.col.antepen.nu.34.consil.59.col.fin.

Cõis opi. consi. 101.col.1.& consil.130.nu.34.Abb.& alij,in c.quoniam,de testi.ubi aiunt istam esse communem opinionem, & Deci.in l.fœminæ,nume.33.ff.de reg.iu.& ita consuluit Alex.consi.11.circa primum,col.pen.lib.1.& Oldra.cons. 145. Interpretatur isthæc conclusio communis de iure Canonico, non habere locum, quando in delicto commisso non adfuerunt, nisi mulieres, utputa Titius fuit interfectus in præsentia duarum mulierum, nec interfuerunt alij testes, tunc exploratum est, ex quo aliter ueritas haberi non potest præfatum homicidium posse probari per mulieres, quia in subsidium, & in causa criminali mulieres in testes reci-

recipiuntur,secundum Ioan. And. post Guido. de Suza. in add. Specu. in titu. de teste. §. 1. uersi. item ꝙ mulier, Abb. in c. fin. per illum tex. ext. de testi. cog. & in c. quoniam ubi, & alij Doct. de testi. & Alberi. in l. in testimonium. ff. de testi. Alex. consi. 64. uiso themate, in prin. lib. 1. consil. 102. circa fin. uol. 7. Deci. consi. 363. col. 2. Marsi. consi. 5. consil. 102. & consi. 127. col. 2. & in l. Diuus, nu. 9. ff. de quæstio. in l. infans, nu. 43. ff. ad legem Corne. de sicar. & in l. de minore, nu. 25. ff. de quæstio. Deci. in d. l. fœminæ, nu. 34. circa medium, Alcia. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 47. & Io. Nicolai, in add. ibi, Grammat. consi. crim. 45. nu. 20. & Curtius, in l. admonẽdi, nu. 104. ff. de iureiu. ubi hanc limitationem latè, & abundè declarat, & Deci. in loco superius citato.

OPINIO CCCLXXXIIII.

Testis idoneus est frater in causa fratris, secundum Bar. in l. qui testamento. §. quæcunque, nu. 6. ff. de testa. glo. Innocen. & Imo. in c. insinuante, de offi. deleg. Bertran. consi. 212. col. 4. uol. 1. inci. supposita, Fely. & oẽs Doct. magis cõmuniter, in c. cum oporteat, col. 3. cum alijs seq. de accusa. & in c. in literis, ext. de testi. col. fin. Ioã. de Amicis consil. 119. nu. 3. & Thobias Nonius Perusinus iuris utriusque studiosissimus, in §. sed neque hæres, institu. de testa. nume. 1. cum alijs seq. ubi explicat istam esse communem opinionem, & limitat copiosissimè in sex casibus. & Lancillotus Conradus, in tract. seu pract. de decur. lib 1. c. 9. §. 2. in uer. fratres, num. 45. fol. 60. & Bal. consi. 285. uol. 4. ubi citat, & sequitur Bar. in d. §. quæcunque, & licet ipsemet Bal. teneat contrarium, in l. nulli, C. de epis. & cler. ob hoc fatuum esset recedere à dicta communi in iudicando, & consulẽdo, quam communem sequuntur quoque infiniti Doct. uarijs in locis iuris nostri, & Alciatus, in tract. de presump. in prima reg. præsump. 23. nu. 2. & 6. qui quidem Doct. uno ore omnes declarant, ac explicant prędictam communem nõ procedere, quando fratres sunt, uel reperiuntur in potestate eiusdem patris, uel quando simul habitant, & Lanfranc. in c. quoniam contra, de probatio. in uer. testes. num. 62. & Cellus ibi, in add. declaraturq; similiter hoc non habere Cõis opi.

locum

locũ in causa Criminali, in qua, nota, frater pro fratre non est idoneus testis, ut consuluit Alex. consi. 70. uiso processu col. pen. uol. 1. quia accusator uolẽs ad intentionẽ suã probandã producere fratres, tunc nõ recipiũtur secũ. glo. Bar. Bal. Albe. Saly. Pau. castrẽ. cæterosq; oẽs in d. l. parentes, & Nonium in d. §. sed hæres num. 2. ubi attestatur istam fore communem opinionem. sed animaduerte quia ad probandum innocentiam fratris inquisiti Crimina. pro delicto frater esset idonæus testis pro fratre, & perconsequens frater inquisitus de homicidio põt probare per fratrem se cõmisisse homicidiũ ipsum ad sui defensionẽ secundũ Bal. & Saly in d. l. parẽtes, Areti. in tract. maleficio. in uer. & dictus Titius se defendẽdo col. 7. Alex. cõsi. 212. col. fin. lib. 2. & cõsi. 4. in fin. uol. 6. Marsy. sing. 508. Fely. in d. c. cũ oporteat in. 5. not. & alios quãplures relatos supra in uer. testes affines, socij, amici, & domestici, ubi latius explicauimus istã materiã, item frater religiosus uti uir bonus recipitur in testem in causa sui fratris secun. Io. de imo. in c. cum. R. canonicus de offi. deleg. quẽ refert, sequiturq; Marsi. in sua practi. crimi. in. §. principium nu. 11. & quamuis frater pro fratre testificari possit, nihilominùs ipse frater contra fratrem testificari non cogitur. l. lege Iulia de testibus, & notat Abb. num. 8. & Fely. num. 16. in. c. literas de præsump. & Bar. in. d. §. quæcunq; nu. 6. & hoc habet locũ tam in causa Ciuili, quam in causa Criminali, ità tenet, & probat glo. in. d. l. lege Iulia, cum qua sentiunt omnes Doct. communiter teste ibi Iacobino de sancto Georgio, nu. 2. & eã sequitur Abb. etiam in. d. c. literas, nu. 8. & omnes in. d. l. parentes.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCLXXXV.

Testis esse potest Christianus de iure contra Iudeum, ut not. in clemen. 1. & in. c. Iudei de testi. & in. l. quoniam. C. de hæret. ueruntamẽ ipsi Iudei haudquaquã possunt testificari, aut recipi in testes contra Christianos, ut in præcitatis iuribus, & not. Specu. in titu. de teste. c. Iudei. §. fin. uers. itẽ & est Iudæus, Ioan. de Ana. in. c. 1. col. 1. d. hæret. Bar. in. l. cunctos populos col. 4. C. de Summa Trini. Imo. & Cardi. in. d. clemẽtina. 1. & Alex. consi. 35. col. fin. & consi. 70. col. pen. lib. 1. & consi. 379. prope fin. uol. 2. cũ alijs relatis per Iaco.

Iaco. Nouellum in sua pract. crimi. super forma inquisitionis contra producentes falsitates, nu. 19. & ista uidetur indubitata, & communis sententia quæ comprobatur ista optima ratione, secundum Marquardum de Susannis, in tract. de Iudæis; & infidelibus, in 2. parte, cap. 5. nu. 11. quia cum commorentur Iudæi in superstitione reprobata, dicuntur esse semper in delicto, ut not. Docto. post glo. in l. non erit §. diuus. ff. de iureiur. aliam uero rationem adducit, & assignat Ias. in rub. ff. de iusti. & iure in 4. nota. quoniam in teste necessario requiritur iuramentum, quod per Iudæum præstari nequit, sed huiusmodi rationem optime, & nō ab re mordet, & reprehendit Marquardus de Susannis in dicto tract. de Iudæis, cap. 5. nu. 10. Amplia hoc etiam procedere in Iudæo de proximo ad fidem Christi conuerso, & baptizato, qui quidem non potest esse testis contra Christianum, sicut antea non poterat, ut uoluit glo. in c. constituit. 17. q. 4. Felyn. in c. iudæi, de testi. Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 5. ff. de quæstio. in sing. 107. priuilegium dignitatis, & singu. 273. incip. notissimum est, Tiraq. in tracta. cessante causa, in 6. limita. num. 10. & istam ait esse communem opinionem, Soci. in l. sciendum. §. fin. ff. qui satisda. cogan. In contrariam uerò sententiam inclinauit Ant. Franci. de Doctoribus, in d. c. iudæi, in add. ad Abb. & Marquardus, in d. tract. de iudæis, in 2. parte, cap. 5. num. 12. ubi hanc partem corroborat pluribus apparentibus rationibus, & tandem fatetur audacter eam esse ueriorem, sed rationes illius parum, aut nihil me mouent ad discedendum à prædicta communi opinione, fallitq; primum dicta conclusio in crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis, in quo crimine admittitur in testem iudæus contra Christianum. c. contra Christianos, de hæret. in 6. & tenet Hierony. Gigas. in tracta. de crimine læsæ maiestatis, lib. 2. q. 10. Fallit secundo loco in contractibus, & ultimis uoluntatibus, & in quasi cōtractibus, & maleficijs, in quibus omnibus admittitur, & recipitur in testem iudeus contra Christianum, ut per Bar. in l. quoniam. C. de hæret. & Alex. in prima constitutione. ff. ueteris, in add. Bar. in uer. in iuramento, &c.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCLXXXVI.

Testis esse potest cæcus si contrahentium uoces notas habet, secundũ glo. in c. testes. 3. q. 9. nec obstat, q cæcus in uoce decipi possit, ut in c. nec aliqua. 27. q. 1. nam & pariter usu quis decipitur, ut c. quomodo. 31. q. 1. & d. glo. in c. testes sequitur Accurs. in §. si uero absunt, in uer. uidisse, in auth. de hær. & falci. col. 1. dicens nõ reperiri prohibitũ, idẽ tenet Specu. in §. 1. uer. nunquid cæcus, in titu. de teste, Siculus, in c. præterea, col. 3. de testi. Angel. Perusinus, in l. si non speciali post glo. ibi. C. de testa. & Nellus de sancto Gemi. in tract. de testi. in §. cæcus, & Marsi. in repeti. rub. C. de probat. num. 353. Limitaturq; hoc in duobus casibus non procedere, secundum Salyc. in l. testium. C. de testi. primo in confectione inuentarij, ut in d. §. si uero absunt, & secũdo in testamentis, ut in d. l. si non speciali, sed animaduerte hic q cæcus potest testificari de eo, quod uidit ante cæcitatem indubitanter, secundum Spec. in d. §. 1. Bart. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testi. Ang. in d. §. si uero, Bal. in sua margarita, in uer. testis, Roma. in rub. de arbi. col. 7. Felyn. in d. c. præterea, prope fin. & ista est communis opinio, de qua testantur Doct. in tract. de testi. quamuis, & malè Siculus, in c. cum causam de testi. uideatur tenere contrarium.

Cõis opi.

OPINIO CCCLXXXVII.

Testificari, uel testis esse potest Colonus pro Domino, nec aliquo pacto pro eo repellitur à testificando, secũdum Innocen. in c. in literis, ext. de testi. & Specu. in tit. de testi. §. 1. uer. item excipere, Ang. in l. quoniam. C. de testi. & Ias. in add. ad Portium, in §. pater, instit. de testa. & Nellum, in tract. de testi. in 9. c. incip. domestici, & c. quorum opinionẽ scribunt esse communem Moder. in tract. de testi. & de cõsuetudine dicit seruari Soci. iunior consi. 135. num. 8. lib. 2. In contrariam uero sententiam inclinauit. glo. & Abb. in d. c. in literis, Albe. in l. etiam. C. de testi. & Lanfran. in cap. quoniam contra, de probat. in uer. testes, nu. 64. ubi scribit istam esse communem opinionem, tamen prima pars uidetur uerior, ut optimè demonstrauit Soci. in d. consil. 135.

Cõis opi.

Cõis opi.

nu.

nu.6.& 8.item uassallus admitti debet in testem,ac ad testificandum pro domino suo,secundum Ioã.And. post alios antiquos signatos per eum,in add. Specu. in tit.de teste.§. 1.uer.sed nunquid uassallus, Bal.in l.qui testamento.§.potestatis.ff.de testa.Alu.in c.1.§. si enim.quid sit inuesti.& in c.1.per tex.ibi. si de inuesti.inter domi. lis oriatur,And.de Iser.in c.1.si de inuesti.inter domi.& uassal.ubi per iura allegata per eum ait hoc nõ habere dubitationem aliquam, Nellum,in tract. de testi.in uer.uassallus,Bal.consi.420.uolu.4.& consi.468.uol.3.& consi.445.uol.5.Crotum,in tractа.de testi.in 3.par.nu.89.Parisi.consil.75.nu.23.uol.1.& Afflict.decisio.304.ubi recitatis decem alijs cõtrarijs opinionibus per eum asseuerat fuisse decisum in sacro regio Concilio Neapolitano, ꝙ uassallus possit esse testis pro domino suo, etiam si haberet aduersus eũ merum, mistumq; imperium,ac ei iurasset fidelitatem. sed aduerte ꝙ contra dominum ipse uassallus esse non potest,imò si deponit contra dominum suum priuatur feudo, secundum Gratum cõ si.5.nu.22.uol.1.

OPINIO CCCLXXXVIII.

Testes esse non prohibentur aliquo modo in testamento legatarij.§.legatarijs, institu.de testa.l. dictantibus. C. eod. titu. & l.qui testamento.ff.eod. tamen legatarius non potest testificari super suo legato, & sic non admittitur ad probandum legatum sibi factum, sed uniuersaliter poterit interrogari super toto testamento, & eo casu non dicitur deponere super facto suo principaliter, sed in consequentiam.l.omnibus.C.de testa.cum allegatis per Fely. in c.insuper,col.5.de testi.ita tenet,& firmat etiam Bar. & Areti. in d.l.qui testamento,Albe.in tract.de testi. quando testes repellantur ratione affectionis,col.8. Ias. & Riminal.in d. l.dictantibus,Alex.consi.14.col.5.uisis,& consideratis,uolu.6.& Afflict.in decisio.400.num.3. Tiraq.in trac.res inter al.ac.sub.1.limit.fol.par.4.& Lanfranc.in c.quoniam contra,de probat.in uer.testes,nu.70.post prin. & istam dicũt esse communem opinionem,Alex.in d.l.dictantibus,Portius,in §.legatarijs, & ibi Moder. institu. de testa. & Curtius iuni.consi.178.nu.18. & D.Thobias Perusinus, in d.§. Cõis opi.

legatarijs ſub nu.9.& ſeq. ubi eam limitat in tribus caſibus & ꝙ legatarius ſit idoneus, & integer teſtis in teſtamento probatur multis rationibus per Doct. præcitatos,& ea maximè, quia eſt approbatus à teſtatore,& ſic redditur habilis teſtis legatarius in teſtamento, nihilominus non habet locum ubicunque deponeret ſuper legato ſibi facto,& perconſequens ad proprium commodum,& utilitatem,tūc.n. ut ſupra deduximus ex communi opinione non probaret. ſed quando teſtamentum reperiretur in ſcriptis cōditum, ac in eo uni ex teſtibus, ſeu omnibus foret legatum aſcriptum legatarius poſſet eſſe teſtis, conſequiq; legatum ſibi relictum,ſecundum Nicol.de Mathare. Bal.& Corne.in d. l.dictantibus,Pau.caſtren.& Imo.in d.l. quod teſtamētum, Cōis opi. in prin.Fab.Aret.& cęteros,in d.§.legatarijs, ubi D.Thobias,nu.8.exprimit iſtam eſſe communem,ac indubitatam opinionem.item quando nuncupatiuum extitiſſet conditū teſtamentum, quod à notario reaſſumptum in publicā formam non eſſet, tunc ſi teſtibus ibi legatum eſſet,teſtamentum utique ualeret, atq; hæreditas ex eo adiri poſſet,& legatarij in eodemmet teſtamento teſtes eſſe poſſent, ut uoluerunt Bart.Bald.Imo.Pau.caſtren.Areti.& cæteri,in d.l. qui teſtamento.in prin.contra glo. ibi contrarium aſſeuerantem, idemq; firmauit Corne. in d.l.dictantibus, Faber, Cōis opi. & Areti.in d.§.legatarijs,& iſtam eſſe communem ſententiam meminit Soci.in l.ſi quis ita,nu 5.ff. de reb.dubijs,& Thobias,in d.§.legatarijs, nu.9. licét ibi teneat cōtrarium ſimul cum alijs relatis per eum.

OPINIO CCCLXXXIX.

Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro fideiuſſore ad probandum ꝙ non principaliter fideiuſſerunt, ſecundum Cyn.Bal.Ang.& Saly.in l.dictantibus.C.de teſta.Bart.in l. ſi quis ita.per illum tex.ff.de rebus dub.Bal.in l.fin.§.1.col. 2.C.de executio.rei iud.& Ronchegallum,in tract.de duobus reis,lib.ſeu lege.11.reos principium,nu.50. fol.462.& Marſili.in repeti.rubr. nume.449.& ſequen.ff.de fideiuſſo. Cōis opi. Tiraque.in tract.res int.al.ac.ſub limit.1.fol.par.4.& iſtam opinionem dicit eſſe communem, Iaſ.in l.dictantibus,nume:

me.8. Interpretatur hoc non procedere, secundum Saly. post Bal. in d.l.fin.§.1. si creditor noluit eum, ut fideiussorem accipere, sed ut principalem, certè tunc non habet beneficium discussionis, quia est uere correus debendi.l. si nō singuli.ff. si certa. peta: qnem sequitur Alexan. consil. 78. col.2. uolu.1. licet Angel. tenuerit contrarium, in §.legatarijs, institu. de testa.

OPINIO CCCXC.

Testis idoneus potest esse fideiussor pro principali reo, seu debitore si esset soluendo, secus si non esset soluendo, secundum Specu.in titu.de teste.§.1.uersi. quid de fideiussore, Bal.Flor.& cæteros, in l.si cui legetur, in fin.ff.de leg. 1. Marsi. in rep.rub.ff.de fideiusso.nu.448.& Ronchegallū, in tract.de duobus reis lib.seu lege 11.reos principium, nu. 53.ubi istam sententiam communem esse referunt, sed tamen Ioan.And.in add.Specu.in d.uersi. quid de fideiussore uidetur tenere contrarium dicens fideiussorem habere interesse saltem ne litibus, & sumptibus uexetur. l. minor uigintiquinque annis.ff.de mino.& c.2.de arbi.præcipueq; cum fideiussor renuntiauit per modum qui traditur, & no. in glo.1.c.1.de arbit.idem uidetur tenere Dyn. Ang.Imo. Pau.castren.& Areti.in l.fideiussor.§.fin.ff.de lega.1.idem Ioan.And. in add.Specu. in titu.de iudice delega.§.superest, uers. sed nunquid fideiussor, Ange. in l.ab executore.§. alio.ff. de appellatio.& in l.asinam, in prin. per illum text. ff.de appella. Ant.& Fely.in c.insuper.de testi.Ang.consil. 295.& ista est communis opinio. teste Ias. in l.si cui.§.fin. ff.de leg.1.post Aret.ibi adijcientes Bal.Floria.& Alexan. interpretari, ac tenere præfatam communem opinionem procedere, quando fideiussor renuntiasset beneficio excussionis, uel debitor principalis nō esset soluendo, uel si debitor esset præsens, & soluendo, & fideiussor nō renunciasset beneficio de fideiusso. tunc bene posset esse testis, & iudex, quia tunc non potest haberi regressus contra fideiussorem, & nullum damnum, aut præiudicium potest esse fideiussori.ita concludit Ias.in d.§.fin.& Fel. in d.c.insuper, & Caro.Ruinus consi.189.nu.21.uol.1.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCXCI.

Cõis opi. Testis propter solam paupertatem à testimonio non repellitur, ut tenet glo. communiter approbata à Doct. in c. si qui testium, ext. de testi. quam communem celebrat, sequitur, & attestatur Ias. in authé. præterea, col. fin. C. unde uir, & uxor, Io. de Amicis consi. 78. nu. 9. Ioan. Bapt. Zilet. cum alijs innumeris relatis per eum, in add. ad Ferrarien. in sua pract. papien. in for. iuramenti testium. §. protestante in litera. g. Dominus Cornel. Benincas. Peru. in tract. de paupert. q. 4. ubi reddit rationem. nu. 45. fol. par. 42. & Marsil. in l. 1. §. 1. nu. 9. ff. de quæstio. in l. ex libero homine, nu. 7. & seq. eod. titu. & in d. l. 1. §. fin. nu. 13. & in sua pract. crimina. in §. principium, nu. 9. ubi declarat quando testis pauper admittatur in testem, & Soci. in tracta. fallent. in regu. 289. pater ad testimonium, nu. 2. & seq. & licet testis pauper recipi possit in testem non obstante eius paupertate, ut supra docuimus, nihilominus iste testis pauper non est omni exceptione maior, secundum specu. in titu. de teste. §. 1. uers. item quod est pauper, Alex. consi. 15. uiso, uol. 3. hinc est, quod non poterit idem testis iurare in supplementum probationis, nec iurare poterit uigore statuti disponentis credi iuramento damnum passi, uel creditoris, aut alterius, ut per Parisi. in consi. 164. nu. 2. incip. illustrissima, uolu. 4. & aduerte circa præmissa quod pauper ille dicitur, qui non habet ultra aureos quinquaginta in bonis. l. nonnulli, de accu. & intelligitur illa lex de aureis quorũ septuaginta duo faciunt unam libram auri. l. fin. C. de suscep. & arca. lib. 11. & not. glo. in l. fin. in prin. C. communia de lega. & Cyn. in l. si quis. C. de donat. & pariter pauper est qui in bonis non habet quantum est causa, de qua agitur, glo. est singularis, in §. si uero. in auth. de hære. & falci. & Io. de Amicis consi. 78. nu. 11. tenet, & firmat, & Deci. consi. 163. num. 4. tamen ueritas est, quod arbitrio iudicis committitur, relinquiturque quis dicatur pauper, secundum glo. in authen. præterea, in uer. locuples C. unde uir, & uxor, quam dicit communem Cõis opi. Deci. in c. sedes, num. 25. de rescrip. & in d. auth. præterea, nu. 10. & Marsi. in l. quæstionis modum, nu. 8. ff. de quæstio. & scripsimus latius, in 2. par. in opinione arbitrio iudicis.

ſed prædicta communis, ꝙ pauper poſſit eſſe teſtis procedit in cauſa ciuili, in criminali uero cã in teſtem nullo modo admittitur, nec recipitur, ſecundum Tancr. Ant. & omnes, in d.c.ſi qui, & Soci. in d. reg. 289. nu. 1. & ſeq. ubi meminit iſtam eſſe communem opinionem, & Io. de Amicis, in d. conſi. 78. nu. 9. & Deci. in d. conſi. 163. nu. 4. Cõis opi.

OPINIO CCCXCII.

Teſtificari poſſunt contra clericum laici, & mulieres, quando agitur ciuiliter. c. quoniam, de teſti. ubi Abb. & omnes ſcriben. hoc not. & tenent pro conſtanti, & in c. tam literis, eod. titu. Fallitque hoc in cauſis criminalibus, in quibus mulieres, & laici non ſunt idonei teſtes, nec poſſunt ferre teſtimonium contra clericum. c. forus, de uerb. ſig. & d.c. de cætero, & c. teſtimonium iuncta glo. ibi. 11. q. 1. ſublimitatur hoc dictum, ubi ex natura negocij ueritas actu, & habitu aliter ſciri nõ poteſt quã per laicos, utputa, quia agatur de probando actu facto ruri, in quo ſolet unus ſolus ſacerdos tantum adeſſe, tunc enim laici admittuntur contra clericos, ſecundum Syculum, Areti. Felyn. & alios Canonis. communiter, in d.c. de cætero Alex. in conſi. 64. col. 1. uol. 1. Iaſ. in l. fin. col. fi. C. de his quibus, ut indi. Marſi. in ſua pract. crimi. in §. diligenter, nu. 81. & Grammat. cõſi. crimi. 45. nu. 20. & ratio dictæ communis opinionis allegatur iſthæc, per citatos Doct. ne delictum remaneat impunitum, deturq́; in poſterum clerico delinquendi occaſio, & dicta cõmunis limitatur in quinque caſibus, quos ponit, refertq́ue abunde Abb. in d.c. de cætero. & Lancillotus Conradus, in practi. ſeu tract. de decurionibus, lib. 1. c. 9. §. 11. de offi. prætor. nu. 77. & ſeq. fol. 106. hiſque neceſſariò adde unum ꝙ quemadmodum laicus contra clericum teſtificari nequit, ut ſupra docuimus, ita ſciendum eſt clericum non poſſe admitti, nec recipi in teſtem in cauſa criminali contra laicum coram iudice ſeculari. c. nullus. 11. quæſtio. 1. tenet Specu. in titu. de teſte. §. 1. uer. item quod eſt clericus, & ibi Ioan. Andr. in add. & Guido Papæ, in quæſtio. 63.

Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCCXCIII.

Testis si deponit mutuum, uel depositum fuisse factum penes Titium,& interrogatus de ratione,& causa suæ sciẽtiæ dicit,quia præsens fuit, dato non deponat aliter, quòd audiuit. uel uidit huiusmodi mutuum, tamen probat quia testis ipse deponens de præsentia sua propria includit intelligentiam,secundum glo. in l.1.in uersi. præsentibus.C. de errore aduocato.Specu.in titu.de teste.§.1. uers. item ꝙ iussum,Abb.Imo.& alios,in c.peruenit,de testi. cogendis, Bar.in l.1.§.fin.ff.de autho.tuto.& in tract. de testi.col.3 5. Bal.Ang.Imo.& omnes per illum tex. in l.hæredes palam. ff.de testa.Doct.omnes,in c.cum causam,de test. Bal. & Saly. in l.testium.C.de testi. & istorum Doct. opinionem sequitur etiam,tuetur,& dicit esse communem Alex. nu. 10. & Ias.nu.20.cum alijs seq.in l.2.§. uoluntatem autem.ff.so lu.matr. & Pomates,in add.ad Bar.in d. §.fi. super litera.h. & a. Interpretaturq; ista communis conclusio non procedere ubicunque testis deponeret de præsentia alterius testis simul cum eo commorantis in aliquo loco, tunc enim deponendo illum contestem fuisse præsentem intelligitur deponere duntaxat de nuda præsentia illius testis,non autem de intelligentia, & ita procedit, & intelligitur opinio Bal.& sequacium,in d. §. uoluntatem contra dictam communem, quia quando unus testis interrogatus super uno capitulo respondit se nihil scire,& reprobatur per alios testes, qui dicunt ipsum fuisse præsentem, tunc ipse testis qui nihil scire dixit non potest torqueri pro eruenda ueritate, quia non sequitur talis fuit præsens tali actui ergo uidit,& intellexit.l.diem proferre.§.coram.ff.de arbit.& ita tenet, & concludit Bar.in d.§.fi.qui dicit, ꝙ si testis deposuit aliũ fuisse præsentem, non sequitur ergo intelligentem, potest enim esse,ꝙ unus esset separatus ab alio,ita quòd non intellexerit,& ita tenent omnes Doct.præcitati,& Marsi. in singu.408.ubi dicit magnum uerbum. se iuuasse in facti cõtingentia quendam tabellionem inquisitum de falso propter prædicta, sed quotiescunque testis allegaret, seu nominaret Titium in aliquo negocio interfuisse secum in aliquo loco,tunc si ipse Titius examinatus negaret ibi præsentem

Cõis opi.

fuisse

fuisse alter eorum mentiretur, & sic daretur uia iudici inquirendi alterutrum. l. de duobus.§.fin.ff. de iureiuran. & ita tenet,& concludit Bal.in d.l.testium,col.4.intantum quod isto casu neutri credendum est, secundum eundem Bald.in d.c.cum causam,col.5.& ita consuluit Alex.consil.90.col. fin.uolu.4. ideoq; talis contrarietas inter ipsos duos testes operatur,ut nemini ex ipsis credendum sit, quia nemini fides adhibenda foret,quando unus testis alteri contradicit, secundum Ioã.Andr.& omnes magis communiter,in c.in nostra,de testi.Federi.de Senis consi.142.Bald. consil.33. quidam tabellio,uol.3.& istam doctrinam Io.Andr. & sequacium scribunt esse communem Moder.in d.cap. in nostra,& Grammati.consi.criminali.26.nu.20.& seq.& consi.31.nu.8.& ita consuluit Alex.consi.34.col.fin.uolu.3.& consi.43.uol.4. Cõis opi.

OPINIO CCCXCIIII.

Testis unicus, & solus deponens de facto proprio in causis ciuilibus probat, & plenam fidem facit; præsertimq; in fauorem alterius.l.quæro.§.fin.de edil.edic. per quẽm tex. ita uoluit consulendo Pau. de Castr. in aliquibus consilijs suis,& legendo similiter.in l.seruos.C.de testi.in l.quicunque,in fin.C.de ser.fugi.& huic sententiæ inhęret ẽt Oldr. consi.95.col.pen.Saly.& Bald.in l.si quis decurio.in 4.oppositio, per illum text.C.de fal.& alij quãplures relati per Tiraque.in tract.de utroque retract.in §.1.glo.14.num.47. cum alijs seq. fol. 98. & per Petrum de Benintendis decisio.63.dubium erat in certa causa. In contrariam uero partem inclinauit Cyn.in d.l.si quis decurio.in 4.opposi.Bar. in consil. incip. in quæstione proposita,Innocen.in c.dilectus,de acc. Ant. de But.in c.cum à nobis,col.pen.de testi. Alex.in l.1.§.si absens.ff.si ex noxa.cau.aga.col.pen.ubi respõdet ad iura,quæ in contrariũ allegantur,& ait hanc opinionem esse ueriorem, & in consi.192.col.quinta,uolu.sexto,& communem dicit Boerius decisio 221.nume.16.tamen in tã magnis Doct. altercationibus casu eueniente in iudicando,& consulendo intrepidè sequerer primam opinionem tanquam in iure uerissimam,cui inhęret ẽt Boe.in d.decisio.221.hoc idẽ promittendo,& nonnulli alij Doct. Cõis opi.

congesti

congesti per Tiraque. in præcitato loco, & ita iudicauit sacrum Concilium Neapol. ut refert Afflictus decisio. 369. nu. 6. sed opiniones istas quamoptimè ad realem concordiam reducere nititur Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis, in d. decisio. 63.

OPINIO CCCXCV.

Testis In ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum. c. in omni negocio, & c. licet, ext. de testi. & l. ubi numerus. ff. eod. titu. declaraturque hoc nõ procedere in iudicijs possessorijs, in quibus dicitur agi de leui præiudicio, & probatio per unum testem, uel per famam publicam in hoc casu habet uim plenæ probationis, ità q iste testis unicus in causa possessorij plenè probat possessionem absque alio iuramento necessariò in supplementum probationis; etiam si agatur de possessione magnæ rei, secundum Barto. in l. 1. C. quorum bono. & clarius, in l. 2. in fin. C. ubi in rem acti. Mathesi. in notab. 2. Alex. consi. 91. col. 1. uol. 5. Soci. consi. 137. col. 6. & consi. 266. nu. 26. vol. 2. Ias. in repeti. l. admo-
Cõi. opi. nendi, nu. 187. in 2. lectu. ubi istam opinionem ait esse communem. Franc. s. de Curt. nu. 203. ff. de iureiuran. quam cõmunem sequitur similiter Calca. consi. 100. col. pen. Deci. consil. 251. col. 1. & in l. 2. C. de Carbo. edic. nu. 2. Cagno. in l. in pari. nu. 7. ff. de reg. iur. Gratus consi. 42. nu. 7. & seq. uol. 2 Crauet. consi. 158. nu. 12. & Marsi. sing. 433. & Gramma. consi. ciui. 77. nu. 11. in contrariam uero partem, q in iudicio possessorio non sufficiat semiplena probatio, & unus testis nõ probet inclinauere Bar. in extrauag. ad re-
Cõi. opi. primen. in uersi. summariè, cuius sententia communis est, teste Alex. consi. 87. num. 3. uol. 7. & Petro de Benintendis post alios signatos per eum decisio. 62. nu. 10. & seq. ubi recitat ita fuisse decisum in Rota Bononiensi. Sed limitatur isthæc communis non habere locum ubicunque contra dictum unicum testem, seu semiplenam probationem apparerent aliqua indicia, hoc enim casu unus testis, uel probatio semiplena non probaret possessionem, ut uoluit Bal. in l. qui accusare, col. fin. C. de eden. Grat. consi. 40. nume. 29. uolu. 2. & ita fuit iudicatum in sacro Concilio Neapolitano, ut refert Afflict. decisio. 364. nu. 4. & seq. alios uero casus,

ſus, & circiter.30. in quibus unus ſolus teſtis plenè probet ponit Specu.in titu.de teſte.§. reſtat,in uer. hoc tamen fallit,Innocē. & alij,in c. accedens,il primo,de teſti.& Iaſ.& Moder.in d.l.admonendi,uerum præfata omnia procederent iudicio meo in iudicio ſummario retinendæ,ſecus uero in iudicio poſſeſſorij plenarij, quia hoc caſu requiruntur plenæ probationes, nec ſufficeret probare poſſeſſioné per unum teſtem præcipucq; ubi actor remedium.c.reintegranda.3.q.1. intentaret,ut per Bart. in extrauag.ad reprimen.in uer.ſummarie,Bal.& Pau.caſtren.in l ordinarij.C. de rei uendi.Bal.in l.iudices.C.de iudi.ubi alij Doct. Pau. de Caſt.conſi.3.uol.2.ſecundum nouam impreſſionem, & in antiquis cons il.5.Iaſ. in l.naturaliter.§.nihil commune, col.pen.ff.de acq.poſ.Fran.de Curt.in d.l.admonēdi.d.nu. 203.in fin.& Gratus conſi.200.col.1.& ſeq.uol.2.& Afflic. in præcitata deciſio.364.quia datur remedium.d.c.reintegranda contra titulo poſſidentem,ut latè docuimus ſupra, in uer.ſpoliatus.

OPINIO CCCXCVI.

Infamis poteſt eſſe teſtis in teſtamento ubicunque non eſſet notoriè infamis, & ſic infamis occultus admitteretur in teſtem,ſecundum glo.Bar.& omnes,in l.cum lege.ff. de teſta.glo.Bar.Bal.& alios,in l.1.C. eodem titu. & quamuis Ange. & Saly.ibi, & præcipitanter quidem uelint contrarium,tamen opinio dictæ gloſſ. communiter approbatur, ſecundum Mod.in c.cũ non ab homine,de iud.& Pomate. in add.ad Bar.in d.l.cum lege.Alex.in l.1.nu.11.C.de teſta. & Clar.in tract.de teſtam.lib.3.q.55.in fi. Teſtis Cõis opi.

OPINIO CCCXCVII.

Tabellio rogatus ad ſcribendum teſtamentum in eo cõputatur,& inſeritur in numero teſtium,& ſic eſſet idoneus teſtis ubicunque citatus, & productus eſſet in iudicio ad probandum per uiuam uocem ipſum teſtamentum, tunc quippe examinatus per iudicem probat teſtamentum,aliàs ſecus.ſecundum glo.& omnes Doct.antiquos,in l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.face.poſſ.Bar.in l.Domitius,num.3. ff.de teſta.& iſta eſt communis opinio omnium Doct.teſte Teſtis Cõis opi.

Afflicto,

Afflicto in decisio. 25. in causa petitionis hæreditatis,nu. 4.Alex.consi.152.col.fin.consil. 146.col.2.& consil.133.in fin.uolu.2.ubi declarat istam communem sententiam latè, & abundè,& Franciscus Marci quoque decisio.144.

OPINIO CCCXCVIII.

Testes plures,ac plures examinans tabellio scribẽdo dictum primi testis extense,uel per extensum,si postmodum ipsemet Notarius scribat secundum testem idem dixisse,ac deposuisse in omnibus, & per omnia, & ita in alijs testibus assertiones, ac dicta istorum testium ualent, simul ac probant secundum magis communem opinionem Docto.in l. sed & si me putem.ff.de condi.indeb.quam sequuntur,& citant omnes Moder.inibi,præsertimq; Ias.nume.1.& inquit æquiorem fore Abb.in c.nihil,in fin.de uer.sig. intelligeq; hoc cum grano salis procedere si testis,quem Notarius nõ examinauit extense sit bonæ famæ, eo casu indubitanter eius dictum ualet,& tenet,secundum Bal.in §.fin.uer.idem sacramentum,in ex.in titu.de pace constan.quem sequuntur Doct.in c.nihil,de uer.sig.& Fely.in c.super his,de accusatio.col.pen. sed in Regno non accidit circa hoc dubitare quia habemus Regiam pragmaticam exordientem statuimus super articulis,& positionibus disponentem examinantem, & depositionem testium fieri extense per Notarium,& non per alia breuissima uerba.ideo non ab re Specu.in titu.de teste.§.nunc tractandum, uersi.cautiorem reprobat notarios, scribentes non integrè dicta testium, sed dicentes secundum, uel tertium testem idem dixisse per omnia,quod primus scriptus deponit.

Cõis opi.

OPINIO CCCXCIX.

Testis dicens, ac deponens aliquid extra iudicium sine iuramento, & postmodum iuratus in iudicio contrarium respondens,tunc stabitur secundæ,& posteriori depositioni ob iuramenti religionem, & iudicis authoritatem. c.sicut nobis,de testi in 6.c.1.in princ. quid sit inuesti,nec punietur iste testis falsi pœna hanc opinionem tenet gloss. fin.in c.cum causam,de testi. cõiter ab omnibus scribẽ. recepta,quam dicit ordinariam Bal. in l.nullum,col.1.C. de te i.

Cõis opi.

testi. ac eam sequuntur, asseruntq; esse cōem Abb. & Deci. in c.per tuas, de probatio.col.fin.Fely.in c.cum in tua,col. fin.de testi.& in c.inquisitionis.§.tertiæ,de accu.col.fi.Bal. consi.486.uol.3.Alex.consi.222.uol.2.nu.13.Roma.consi. 505.Craue.consi.6.col.1 r.& idem Alex. consi,68.uolu.1. Francus,in c.1.circa fin.de electio.in 6.Aufreri. in capella Tholo.280.Capicius decisio.142.nu.6.Marsi. in l.eos,nu. 11.& 22.ff.de falsis,& sing.222. asserens ibi hanc sententiā esse communem,licet Bar.in d.l.eos,num.4.asseueret contrarium, uidelicet dictum testem esse puniendum pœna fal si, nec eius testimonio adhibendam esse fidem aliquam, tñ ista Bar.opinio cōiter improbatur à Doct. ut supra ostēdimus,& procederet, secundū Abb. & Deci. in d.c.per tuas, Fely.in d.c.cū in tua,in fi.Deci.consi.189.nu.10.& Craue. in præcitato consi.6.nu.15.ubi ex secūdo testimonio appareret testis periuriū, quia prius contrarium iuratus depo. suisset,contra uero præfata,ac allegata superius,vt consuleret Petrus de Vbaldis in consi.28.quod reperitur inter cō silia criminalia diuersorum nuper edita, uidelicet,q testimonium primo loco prolatū extra iudiciū præferatur secū do testimonio prolato in iudicio,cui quidē cōsilio nōnulli Doctores celebres se subscripserūt,ut ibidem est uidere.

OPINIO CCCC.

Testis statim, & incontinenti corrigens propriam testimonij depositionem eius ultima depositio ualida, & legitima esse uidetur.c.præterea,de testi.cog. gl.in auth.de testi.§.quia uero,vbi correctio testis fit prius quàm Notarius responsionem priorē scripserit gl.singularis,in c.apud misericordē.32.q.1.quā dixit esse ualdè notabilem Alex.in l. qui bona.§.si quis stipulatus.ff.de dam.infe.Lanfran.in repeti.c.quoniam contra,de proba.in uer.testes,nu.136.Ias. in l.error,col.2.C.de iuris,& facti igno,potest & alio modo testis corrigere dictum suum antequàm exeat conspectum iudicis,seu partibus loquatur, & tunc statur secundæ depositioni,secundum Ab.in d.c.præterea,ubi abundè declarat,qñ dicatur testis dictum suum incontinenti corrigere, & prædicta reuocatio permittitur etiam si error non probetur,ideo testis corrigens dictū suum incontinēti non tenetur

tenetur dicere de errore,gl.in d.c.apud misericordē,Abb. col.3.& Fely.nu.5.in c.cum uenerabilis,de exceptio. idem Abb.in d.c.præterea,col.2.Fel.in c.qualiter,il primo, nu. 30.de accus.Dec.in c.causam,de appella.col.2.Rom. cōsi. 70.col.3.Barba.consi.43.col.2.uol.2.& glo.optima,in c.vltimo,de iureiu.in 6.& ista est communis opinio,ut asseuerant Doct. superius citati.

Cōis opi.

OPINIO CCCCI.

Testis ostendens se errasse,uolensque errorem suū corrigere ex interuallo admittendus est prius ostenso errore, & confessione erronee facta,sed confessio erronea sine erroris probatione non potest per eundem testem reuocari, secundum Doct. communiter,in c.2. de rescrip. lib.6.de qua communi attestantur Boerius decisio.89.nu.4. imo testis ex interuallo absque erroris probatione respondens contraria uidetur periurius,secundum scriben. communiter uarijs in locis, & passim in iure nostro , ac etiam pœna falsi iste testis uenit puniendus.l.eos,ubi Bar. & Doct.omnes.ff.de falsis, & magna curia vicariæ admisit testem ex interuallo post eius depositioné in facti contingentia ad corrigendum dictum suum,teste Capic.decis.61.in prin.tamē introducta causa hac eadem in sacro consilio fuit decisum in eo de huiusmodi repetitione,seu correctione,utrum fieri potuerit habendam fore eam rationem quæ de iure habenda erit in calculo, ac decisione causę,ut meminit Cap. d. decis. 61. sed tamen pulchrum est hic disquirere utrum priori testimonio, uel posteriori fides sit adbibenda dic audacter primam depositionem non posse tolli per secūdam ex interuallo ab eodem teste,etiam iurato propositam.patet ex ratione tex.in c. sicut nobis,de testi.ubi ad infringendum fidem testimonij necesse est alios testes,non aūt eosdem produci , ideoque primum testimonium ualidum est, nec secundum tollitur,secundum Panor.& Fely.nu.4.in d. c.cum in tua,Cardina.in d.c.sicut nobis,col.2.& in præcitato c.cum in tua,nu.4.& sequen. Innoc. in c.præterea,de testi quorum opinionem asserit esse communem Corneus consi.27.col.pen.lib.3.Deci.consi.175.nu.7.& consil.189. nume.10.

Cōis opi.

Cōis opi.

ōis pi.

OPI-

OPINIO CCCCII.

Testes singulares sufficiunt ad probandum quid in genere, utputa usuras, famam, iurisdictionem, hæresim, possessionem, & cætera his similia, nam genus cōstat perficiturq; ex pluribus, speciebus, & particularibus, ideo licet testes deponant de diuersis actibus, tamen quia huiusmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem unius generis non repelluntur testes tanquam singulares, secundum Bar. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. Bal. in l. de quibus, col. pen. ff. de legi. Calderi. consi. 5. in titu. de testi. vbi loquitur de usura, Pau. de Cast. consil. 51. col. 2. & consil. 113. col. 2. uol. 1. ubi loquitur de aditione hæreditatis, eademque opinio amplectitur, & comprobatur per Crauet. consil. 73. col. 8. & sequen. Anchara. consi. 277. col. 4. Geminia. consi. 217. col. 2. Alex. sibi contrarium consil. 141. col. 2. uol. 1. quod uidetur repetitum consil. 10. uolu. 1. idemque tenet Alex. consi. 85. col. fin. consi. 86. col. 3. consi. 117. col. 2. consi. 172. col. 2. uol. 2. consi. 41. col. 3. consi. 112. circa fin. lib. 4. consi. 92. col. 4. lib. 5. consi. 13. col. fi. & consi. 147. lib. 7. col. pen. in quibus locis audacter asseuerat istam esse ueriorē, magisque communem opinionem, quamuis in aliquibus consi. relatis per Crauet. in d. consi. 73. uoluerit contrariū, & Federi. de Senis consi. 17. & consi. 64. prope fin. quos sequuntur Ias. & Deci. eorum authoritate freti uarijs in locis, & præsertim Deci. in c. licet causam, nu. 69. de probat. tamen, si uidissent tot consi. Alex. supra relata ad saturitatem fortasse non ita faciliter discederent ab hac opinione communi, siquidem Alexā. ipse in duobus, seu tribus locis tenuit opinionem q̄ testes singulares nō sufficiant ubi agitur de probando quid in genere, sed reuocando postea sententiam, iudiciumq; in melius in decem, uel undecim alijs locis constanter firmauit contrarium, hinc est q̄ quotiescunque Doctor reperitur sibi contrarius in duobus locis illa opinio sequenda est, ubi plenius scribit. l. diui. ff. de iure patro. notat Abb. in c. bonę, col. fin. de postulat. prælat. quapropter potius est amplectenda sententia ipsius Alex. in 12. illis consi. relatis, in quibus plenissimè scripsit, quàm in alijs tribus de quibus facit mentionem Crauet. in præallegato

Cōis opi.

Cōis opi.

adde [illegible] per Capit. ... [handwritten marginal note, partly illegible]

allegato consi.73. super quibus parum scribit, & eandẽ opinionem ꝙ testes singulares admittantur, ubi agitur ad probandum quid in genere, tenet etiam Aret.consil.42.col.2. Ang.consi.233.col.3.Guid.Pap.in quæstio.544.Soci.consi.295.col.3.uolu.2.& Boeri. decisio.23.col.14. & decisio.239.& Augu.Berous, in d.c.licet causam, nume.40. ubi ait istam opinionem esse communem, idemq; firmat Iac.Mandel.consi.25.nu.1.ubi cõsuluit, quod testes singulares probant, quando tractaretur de probãdo quid in genere, idest mulierem uixisse impudice.nihilominus idem Boer.in decisio.342.titubanter inclinauit in contrariam sententiam, & ita consuluit in terminis Ioan.de Amicis consi.127. ubi meminit, nu.1. opinionem istam, ꝙ quando agitur de probando aliquid in genere testes singulares minime probent esse magis communem, & ueram. (Cõis opi.) cæterum in Regno Neapoli. quæstionis tollendæ gratia, & ad euitandum præfatũ dubium, uidelicet, an per testes singulares probetur quem usurarium. fuit emanata, & in lucem prodita per Regem Ludouicum pragmatica exordiens Ludouicus, & Ioa. & cætera, disponens ꝙ ad probandum usurariam prauitatẽ admittantur testes singulares, & istam materiam latius declarauimus supra, in uer. testes singulares non faciunt fidem, & c. item testes singulares probant minorem summam, si deponant aliquid de maiori, secundum Corne.consil.181. nu.60, lib.2. hoc modo loquitur Deci.consil.100. nu.4. testes non fore aliquo pacto contrarios, quando de facto unus minus, quàm alius deponit, & communem scribit Alcia.in l.1.§.si stipulanti, nu.40.ff.de uer.oblig.& posuimus latius supra in opinio. in testium depositionibus in maiori summa, & 12.alios casus, in quibus testes singulares probẽt tradit Lancillotus Conradus, in tract.de decurionibus, lib.1.cap.11.§.2.nu.23.& seq.

OPINIO CCCCIII.

(Testis) Litigator non consentiens testibus productis per suum aduersarium generaliter eos reprobando potest postmodum eis uti, secundum glo. & Docto. omnes, in c. præsentium, de testi. & ista est communis opinio, (Cõis opi.) teste Boe. in decisio.245.nu.6.& scriben.in d.c.præsentium, sed si contingerit

gerit dictum suum litigantem protestatum fuisse ante probationem se uelle reprobare testes productos, & deposita per eos, tunc testes deponendo aliquid in fauorem istius protestantis nõ faciunt fidem in eius fauorem, quia per ipsam protestationem uidetur declarare se nolle aliquo pacto ipsis testibus fidem adhibere de hoc est tex. in d.c. præsentium, in fin. ubi hoc tenet Fely. in ulti. not. & Francis. de Aret. ibidem, col. antepen. & pen.

OPINIO CCCCIIII.

Testis respondens unum in iudicio nullo, ac inualido, & apud iudicem incompetentem, & aliud penitus diuersum in ualido, tunc standum est eiusdem testis posteriori testimonio, secundum Spec. in tit. de teste. §. 1. nu. 27. ideq; tenet gl. in c. cum causam, de testi. & omnes Docto. ibi cõiter, & in l. eos. ff. de falsis, Boe. decis. 112. nu. 8. Crauc. cons. 6. nu. 7. in quibus locis asserunt hanc esse communem opinionem, & hoc idem refert Capicius decisio. 142. nu. 8. ubi similiter congerit Doct. contrarium asseuerantes. Cõis opi.

OPINIO CCCCV.

Testis præstito sibi iuramento asserens se aliter deposuisse quàm à tabellione fuerit scriptum Notario potius, quàm testi credendum est, utpote quia pro Notario præsumitur. l. si quis decurio. C. de falsis, & c. ad audientiam, de præscrip. hocq; notant, ac expresse tenent Alexã. consi. 70. uol. 1. & consil. 65. col. 1. uolu. 2. Deci. in c. cum parati, col. fin. de appellatio. Crauet. consi. 74. nu. 3. Capic. decis. 61. in causa Magnifici Carrafelli. nu. 5. & seq. Fel. in d. c. ad audiétiam, ubi Panor. scribit hoc procedere, ac uerũ esse in causis Ciuilibus, non autem in Criminalibus, in quibus ex iurata depositione testis uacillat fides Notarij, argu. l. fin. C. de probatio. idem Abb. & Felyn in cap. cum causam, circa fin. de testi. Canonistæ omnes, in d. c. ad audientiam. Specu. in titu. de testi. §. 1. numero. 48. Alciat. in tracta. de præsump. reg. 3. cap. 13. nume. 20. & ista est communis opinio, teste Grammati. decisio. 60. nume. 18. Ioan. de Amicis consil. 119. nume. 5. & Moder. in d. c. ad audientiam; hoc uero non procedit quando Notarius examinaret testes, & habe-

ret scriptorem, qui examen scriberet, eo enim casu si ambo deponerét utique probaret contra dictum testem se ita dixisse, secundum Abb. in c. cum causam, de testi. & hoc asserit se uidisse seruari in practica Alciat. in præcitata reg. 3. nu. 13. & quatenus superius docuimus, quod si testis dicat in ciuilibus causis se aliter deposuisse, quàm Notarius scripserit, tunc potius credédum esse Notario, dic habere locum hoc, nisi testis esset persona multum notabilis, secundum Panor. in d. c. ad audientiam, in 5. not. hoc idem asserit ipse Panor. tenere Specu. in titu. de testi. §. 1. uer. sed pone, quod iudex, & in tit. de instru. editio. §. restat, uer. quid si attestationes, & hoc dictum Panor. sequitur Felyn. in c. super his, de accusatio. & Marsi. in l. 1. §. ad quæstio. colum. quarta. ff. de quæstio.

Côis pra.

OPINIO CCCCVI.

Testes de auditu deponentes in contractibus, uel quasi licet cortina, uel paries sit in medio inter ipsos testes, & cótrahentes sufficienter probant. c. præterea, ubi Docto. ext. de testi. tenent hoc etiam indubitate Bar. Alex. & alij Doc. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Ioan. Andr. in c. ex literis post glo. ibi, in uer. audierint, de consuet. Cyn. & Docto. in l. si non speciali. C. de testa. & ista est communis opinio, de qua testatur Aret. in §. plane, nu. 4. institu. de testa. milita. & Moder. in rub. ff. de uerb. obliga. & in l. 1. eod. titu. & eam sequitur, & approbat Alex. de Neuo consil. 12. nume. 3. & sequen. Marsi. post alios relatos per eum, in rep. rub. C. de probat. nu. 351. & seq. ubi recitat quodam exemplum congruum dictæ communi quod certè notandum, ac scribédum foret literis aureis ab omnibus officialibus, & aduocatis tanquam necessarium, & isti testes tunc, & eo casu probant, quum deponant affirmando se audiuisse, nó autem uidisse contrahentes, & quando haberent notas uoces contrahentium, & ita intelligunt dictam communem prædicti Doct. & Cepolla, in tract. cautelarum, caut. 230. circa fin. falliturque dicta communis conclusio in testamento, quia testes testameti debent necessario uidere testatorem. d. l. si non speciali, ubi Cyn. & Docto. hoc communiter tenent, in d. §. idem Labeo, ubi Bar. col. 1. & istam communé opinio-

Côis opi.

Côis opi.

opinionem esse scribit Cæpolla in præcitata caute. 230. nu.2.& Alex.in d.l.si non speciali,nu.6. ubi Doct. ponunt exemplum.ꝙ si extaret cortina, uel paries inter testes, & testatorem non ualeret testamentum, etiam si dicti testes consueuerunt habere notam uocē ipsius testatoris, & eandem opinionem sequitur, & citat etiam cum alijs allegatis per eum Clar.in tract.de testam.lib.3.q.59.detegendo maxime turpitudinem ibi cuiusdam mulieris procurantis decipere proprium eius uirum. In alijs uero duobus casibus limitat, & interpretatur communem præmissam Marsil.in d.rub.de proba.nu.352.& seq.quos uidere poteritis.

OPINIO CCCCVII.

Testes cum iuramento necessario tenētur exhibere eorum testimonium, & per consequens iurare debent pro utraque parte dicere ueritatem,secundum glo.in auth.sed iudex.C.de episco.& cleri.& glo.in l.2.C. de eden. cū qua transeunt omnes Docto.ibidem,in c.fraternitatis,de testi. & Maranta attestatur hanc esse communem opinionem, in tract.de iudicijs,in 2.parte,super 6.actu; imò testis tenetur plenè deponere factum pro utraque parte, secundum gloss. in l.Lucius ponderatam à Docto.ibi.ff. de infami.ad hoc ut iudex non laboret ad ueritatem inquirendam,& talis examinatio istius testis non careat qualiquali boni uiri suspitione,secundum Bal.in c.1.§.sacramentum,de consuetu. recti feudi, & casu quo testis non deponat iuratus, eius dictum est nullius momenti, etiam ꝙ ille testis sit religiosus,ut est tex.not.in c.super nobis,de testi.etiam si esset episcopus.c.fin.de iura.cal. imo uero si esset Cardinalis,ut tenet glo.in c.cum olim,in uer.fratrum,de priuileg.quam dicit singularem Panormi.ibi,col.2.& Alexan.consil.180.in causa,col.2.uol.2.Fely.in c.tuis,in prin.de testi. & in c. sicut, circa fi.de senten.excom.& in multis alijs locis,Ias.in repetit. l.admonendi,col.69.uersi.decimò prædicta regula.ff.de iureiu. ubi illam singulariter declarat cū col.seq.& Deci.in c.tertio loco.3.not.de proba. singularē esse asseuerat,& licet ad fidē testimonij requiratur iurm̄,id tamē præsumitur si Notarius scripserit Mæuiū testem iuratum deposuisse,ut per Bar.in l.Theopompus,col.1.ff.de dot. præ- Cōis opi.

leg.post glo.ibi,quam dixit singularem Bal.in c.cum in iure,col.2.de offic.deleg.notant Abb.& Fely.nu.6.in c. tuis, de testi.quia pro Notario præsumendum est.c. ad audientiam,de præscrip.l.si quis decurio.C.de falsis,Bal. in l.Imperator,col.2.ff.de sta.hom.cautius tamen erit,ut res tuta sit,nec aliquod dubium habeat,ꝙ ipse Notarius expressim scribat formam,& solemnitatem ipsius iuramenti.

OPINIO CCCCVIII.

Testium depositiones etiam non publicatæ coram uno iudice probant coram altero iudice præcipueq; subrogato,ut per Legistas omnes communiter, in l. gesta. C. de re
Cõis opi. iudi.& Canonis.in cap. causam quæ de testi.quam quidem communem opinionem declarant,celebrant,& citãt Moder.in præcitatis locis,maximeq; Deci.in d.c.causam quę, nu.9.

OPINIO CCCCIX.

Testis Per duos testes actor probans se mutuasse Titio centũ, & reus probans se soluisse dicta centum per unum testem solummodo,tunc obtinebit reus, & sibi per iudicem deferendũ esset iuramentũ in supplementũ. ita Bar. in l.admo-
Cõis opi. nendi. ff. de iureiu. cum quo sentiunt omnes communiter ibi,Bal.& Saly.in l.in bonæ fidei.C.eod.tit. Pan.in c.fi.ext. de iureiu.& Mod. in d.l.admonendi,ubi testantur de dicta communi,præsertimque Curtius, nume.305.& his occurrit unum uerbum nunquam obliuioni tradendum, quòd si duo testes deponant Mæuium mutuasse pecuniam Sépronio, sed nesciant quantitatem, alij uero duo testes dicant ipsum Mæuium petijsse à Sépronio decem, tunc profectò probatũ est mutuum in decem, ita singulariter tenet Bart. in d.l.admonendi,col.2.uersi. quæro quid si testis deficiat,
Cõis opi. quem sequuntur ibi omnes,Ant. in d.c.fin. & Alex.consil. 69.col.2.uol.2.& consi.189.col.fin.uol.6.

OPINIO CCCCX.

Testis Coram duobus testibus duntaxat, etiam fœminis pater
Cõis opi. potest inter liberos facere testamentum, secundum glo. & Docto.in auth.quod sine.C.de testam.quorum opinionem com-

communem ait Grat.consi.90.nu.3.uol.2.imo pater absq; ulla partium præsentia per suam simplicem scripturam, ac priuatam inter liberos testari potest puta si sua manu scribat cedulam, & in ea disponat inter liberos pro testamento seruabitur eius voluntas, tamen requiritur necessario, ꝙ pater declaret in huiusmodi cedula uoluntatem illam habere pro perfecta, & tunc proculdubio ualebit ut testamẽtum uolũtas patris, quamuis nulli testes interuenerint. per doctrinam Bar. in l.fin.ff.de testam. Alex.consil.4.attentis, lib.7. & ista est communis opinio, teste eodemmet Alexã. consi. 105. super his, in fin.uol.3.& Ias.consi.57.uol.2.præsuppositis, & Boer.decisio.240.nu.4.& Clar.in tract.de testam. q.14. ubi ponit alios quamplures casus utillimos, & communes circa cedulæ prædictæ ualiditatem. Cõis opi.

OPINIO CCCCXI.

A pari procedit, ꝙ testamentum fiat coram iudice, uel coram principe.l. omnium.C. de testam. sed ubi fit coram principe requiruntur aliqui testes, ut tenet gl. Bal.Ang.Saly.& Alex.ibi, licet non aperiant quot testes, Ang.uero requirebat septem, Saly.tres, Ferrarien.in sua practi. papien. in for.libel.quo petitur hæredi.ex testa.§.uallatum sub nume.3.fol.paruo.389.unum.sed Bart.Bald. & Alex.duos, & hæc est communis opinio prout testatur Soci.iunior. cõsi. 138.col.fin.uol.1.& Couarru. in rubr. de testam. in 2.par. nu. 2. Testis Cõis opi.

OPINIO CCCCXII.

Testes duo sufficiunt ad condemnationem cuiuscunq; delinquentis in causa criminali, tex.est, in c.1.& 2. 2.q.5.& not.Panormi.in c.at si clerici, in prin.de iudi. Ampliatur mirabiliter hoc quòd duo testes etiam sufficerent ad condemnandum summum Pontificem, & Imperatorem, secundum glo.singularem, & communiter ab omnibus Doct.approbatam, in c.præsul.4.q.5.& ita not.Pan.in d.c. at si clerici, in 1.not.in c.licet uniuersis, de testi.& in c.per tuas, de maio.& obe.& ibi latè Fely.ponens de intellectu, d.c.præsul, Decius consi.342.& Pau.de Cast.consi.303. Ampliatur prædicta similiter procedere in causa hæresis, ubi duo Cõis opi.

testes sufficiunt,ut uoluit Cardi.in clemen.1.§.pen.de hæreticis.

OPINIO CCCCXIII.

Testes duo sufficiunt ad probandum consuetudinem, & hoc casu diceretur plene probata ipsa consuetudo, ita tenet Hostien.in summa,in tit.de consuetu.in §. quot,& per quos testes,Cyn.& Barto.in l.2.C.quæ sit longa consuetu. Ioan.Fab.in §.ex non scripto, institu. de iure natura. idem Bar.in l.de quibus,in 4.q.prin.ff. de legi.Abb. & omnes.in c.at si clerici,de iudici.& consi.53.uolu.2.& istam opinionem declarat Rochus Curt.in repeti.c.fin. de consuetu.in 4.sectio.nu 66.fol.146.& Moder.in d.c.at si clerici,& in d. l.de quibus aiũt esse communem, nota etiam nec unquam obliuiscaris, ꝙ ad probandum solutionem Canonis Emphyteotici per emphyteotam,similiter requiruntur duo testes,secundum glo.& Doct.in l.in emphyteoticarijs.C. de iure emphyteo.quam sequitur,tuetur,& dicit esse communem ibi Ias.nu.134.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCCXIIII.

Testis

Contractus fieri, ac confici potest in ultima uoluntate, nec recipit naturam ultimæ uolũtatis, sed seruat naturam suam,& erit contractus inter uiuos,secundum glo.& Bart. in l.hæredes palam.§.fin.ff.de testa.Alex.Imo.Ias.& alios, in l.nemo potest.ff.de leg.1.& Cæpol.in tract.cautelarum, cautela.129.& istam aiunt esse communem opinionem Pomates,in add.ad Bar.in d.§.fin.Deci.consi.196.& 293. Moder.in d.l.nemo potest,& Boer. decisio.353.nu.4. & ꝙ iste contractus seruet naturam suam, ut sit reuocabilis tenet, & decidit etiam Bal.Saly.Pau.de Cast. & Alex.in l.si auia. C. de iure delibe. ubi si quis de hæreditate sibi delata disponat in testamento, eo casu uidetur eam simul adire, licet reuocet testamentum, non tamen reuocatur cõtractus aditionis,& sequitur Areti. in d.§.fin. & Ripa,in d.l.nemo potest, num.35.similiterq; probatur hoc alio exemplo,uidelicet si testator legaret Titio decem, quæ confiteatur ei præsenti debere,licet postea reuocet testamentum, tamen dicta confessio firma manet,nec reuocatur,tradit hoc Bar.

Cõis opi.

in l.cum quis dicens.§.codicillis.ff.de leg.3.Imo. in d.§.fi. Pau.de Cast.in l.3.§.fin.nu.5.ff. de liber. & posthu. Oldra. consi.144.factum tale, Alex. consi.45.col.2.& seq.uolu. 1. Roma.in l.ex hac scriptura,in prin.ff.de leg.1. Ruinus cōsil.169.& Deci. in d.consil.196.col.2.& Ripa.in d.l.nemo pōt, nu.34. & nota iste contractus factus in ultima uoluntate ꝙ non indiget probatione septem testium,ut requiruntur in testamento,sed sufficit numerus duorum testium,nā per duos testes potest probari, sicut probantur cæteri contractus regulariter. l. ubi numerus. ff. de testi. & ita tenet Alex.& Imo.in d.l.nemo potest,col.1.Cæpolla,in d.caut. 129.Iaf.in l.2.col.4.C.de bono.poss.secundum tabu.& Ripa,in d.l.nemo potest,nu.32. ubi ait hanc esse communem opinionem,& Deci.in d.consi.293.col.2. Cōis opi.

OPINIO CCCCXV.

Mandatum regulariter potest probari nō solum per instrumenta, uerum etiam per literas domini etiam ad iudices missas,secundum glo.& omnes Doct. in l.1.C.de satisdan.potest similiter probari per testes,ut uoluit gloss. in l. maritus.C.de procurato.gl.& Panormi.in c.1.ext.de procurato.Azo.in summa,de manda.prin.Bar.Bal.Ang.& cæteri communiter,in l.non solum.§.qui alieno.ff.de procurato. Iaffredus decisio. 190. ubi attestatur expresse istā esse communem opinionem,& Boerius decisio.281.nume.1.& sequitur,declarat,& limitat Marsi.in rep.rub.C.de proba. nu.38.cum alijs seq.& Iaf.in l. 1.C. de procuratoribus,nu. 6.& seq.ubi reijcit alias contrarias opiniones. Ampliatur istud dictum commune non solum procedere in mandato, sed etiam in reuocatione ipsius,quæ quidem reuocatio potest reprobari per unum testem cum delatione proprij iuramenti,secundum doctrinam Ioan.Andr.in c. pro causa, de procurato.quæ obseruatur quotidie in practica,ut asserit,& fatetur Corsetus in sing.in uer.mandatum,& limitatur quoque præmissa communis per Iaf. in quinque casibus,in d.l.1.nu.9.

Testis. Cōis opi. Cōis opi. Cōis pra.

OPINIO CCCCXVI.

Testis productus per me contra,& aduersus partem ad-

uersam in eandẽmet causam si postmodum produceretur contra me amplius reprobari non potest, secundum gl. in l.si quis testibus.C. de testi. communiter ab omnibus scriben.approbatam ibi;Amplia hoc procedere similiter si ille testis esset infamis,aut periurus.d.l.si quis testibus,& c.si quis.4.q.3. Amplia secundo loco dictam communem habere locum non modo si essent producti testes in eadem causa, uerum etiam in alia re producti, & examinati extitissent,secundum nonnullos Doct.sed Odofredus, in præcitata. l. si quis testibus tenet contrarium in alia instantia, quem sequitur inibi Alberi.asseuerans opinionem Odofredi in iudicijs,& praxi communiter obseruari,& Boeri. decisio.245.nu.6.cum 2.seq. dictamq; communem opinionẽ ita ampliatam limitat in tribus casibus Felyn.in c.præsentium,de testi. & Stepha. Aufre. in tractat. de reprobatione testium,in uer.prodigo.nu.82.

Cõis opi.

Cõis pra.

OPINIO CCCCXVII.

Testis respondens falsum in uno capitulo, seu articulo redditur falsus quoad alia capitula, & per consequens propter falsitatem unius capituli uitiatur eius depositio in omnibus,secundum Crau.latè consi.6.nu.14.Alex.& Alcia. in l.1.§.sed si mihi.ff.de uer.obli. & Afflict. in constitutio. eos qui scienter,num.25.lib.3. rub.55. cum alijs congestis per Tiraq.in tract.de pœnis temperandis causa. 44. nu.42. ubi declarat hoc habere locum si falsum fuerit cõmissum per testem in committendo, non in omittendo, & Docto. communiter,in l.si ex falsis.C.de transa.quam quidem opinionem communem esse asseuerant scriben. inibi,præsertimq; Alex.nu.12.& seq.& Alex.de Neuo consi.2. num.4. Ampliatur ista communis ꝙ dictus testis qui in parte iurauit falsum,in totum,& in omnibus alijs casibus amittit beneficium legum, & statutorum in eius fauorem faciẽtium, & amittit beneficium similiter, & facultatem iurandi pro se,& alijs,secundum Deci.consi.83.in causa,col.pen.Alex. consi.114.col.11.uol.4.& consi.27.uol.2.& in d.l.si ex falsis per illum tex.ubi Ias.etiam,& omnes Docto.communiter,& his accedit utiliter, ꝙ non est idoneus testis dicẽs in parte falsum,& ista est communis opinio,teste Soci.consi.

Cõis opi.

Cõis opi.

255.uol.2. Limitaturq; isthæc sententia communis nō habere locum in capitulis prorsus diuersis à falso, nam falsitas commissa in vno capitulo, siue articulo exploratum est non uitiare cætera capitula omnino diuersa à falso, ut per Bal. in l.iubemus.C. de testamē.Fely.in c.fraternitatis,col. pen. Deci.in c.1.de proba. & ista est cōis opinio, quam citat,& nonnihil commendat Boer.decisio.253.nu.6. Com opi.

OPINIO CCCCXVIII.

Testium dicta non reprobantur propter falsitatem per eos commissam non tangentem negocium principale, ut per Bal. in l.pen.C.de transac.quem sequitur ibi Saly. subdens ita in practica seruari quotidie,& ita consuluit Deci. consi. 100.col.3.& Grammat.cum alijs Docto. relatis per ipsum deci.60.nu.17.& Ruin.consi.36.num.3.uol.4.unde sciendum est indubitanter,q̄ testis dicens falsum super accessorijs,& non super facto principali probat,& ualet eius depositio, uerbi gratia, si quis est mihi affinis aliqua leui, uel longa affinitate, & deponit in aliquo negocio meo, & super interrogatorijs sibi fact si est meus affinis dicit, & deponit q̄ non,certè eius dictum ualet,nec aliquid minuitur de fide ipsius, sed bene pro tali mendacio debet puniri crimine stellionatus,secundum Iaco.But.in l.Lucius.ff. de infamibus,quem sequitur Ang.consi.194.uisis processibus causæ,col.2.ubi dicit hoc esse notatu dignum,& Marsi.singu. 76. communis opinio Doctorum est, & in repetitio.l. fin.fol.45.post prin.C.de probatio. Com. opi.

OPINIO CCCCXIX.

Testis falsum testimonium deponens,siue tacens veritatem, uel aliquid accipiens à litigantibus ne ferat testimonium,punitur criminaliter, aut ciuiliter,secundum qualitatem facti.l.1.in prin.& §.1.& l.falsi pœna.ff.ad legē Corne. de fal. sed in Regno habemus pragmaticam nouissimā inchoantem Ferdinandus Aluares, in qua sancitum reperitur testem falsum testimonium dicentem in causis criminalibus incurrere pœnam ultimi supplicij, in ciuilibus uero falsus testis eiusdem pragmaticæ dispositione punitur pœna mutilationis manus, ac perpetui exilij, & intantum

prædicta

prædicta sunt, ut testis falsum testimonium deponés teneatur non modo in foro contentioso, de falso testimonio, uerum etiam de omni damno ex illo testimonio contingente, ut per glo. in c. presbyterum, de homici. & in c. imputari, de reg. iu. lib. 6. in foro uero conscientiæ tenetur duntaxat de falso testimonio secũdum communem opinionem omnium Canonistarum, in c. 1. de custod. Eucharist. quam communem sequuntur, & attestantur inibi Doct. & passim in iure nostro, & Corsetus, in singul. in uers. testis l'ultimo. inchoante. si aliquis dixit falsum, &c. Limitaturq; dicta pragmatica, seu statutum non procedere si testis deposuisset de eo, quod est extra articulos, uel capitulos, uel extra causam, siue de eo, quod non noceret partibus, vel cu rijs in absoluendo, uel condemnando etiam ꝙ falsum sciẽter, & dolose deponeret non tenetur pœna dictæ pragmaticæ, siue statuti, sed alia mitiori pœna erit puniendus, ita in specie consuluit Bal. consi. 106. cum peteretur, uol. 1. ad limitationem statuti Mediolanensis, & sic nota utiliter, ꝙ falsitas quæ nemini nocet non potest puniri pœna falsi ordinaria siue per testem, siue per Notarium, uel alium fuerit commissa, & ista est communis opinio, secũdum Alex. consi. 145. uisis, uol. 6. & Soci. consil. 103. in facto, & consil. 104. post reditum, uol. 1.

Cõis opi. (margin, twice)

OPINIO CCCCXX.

Testium solam corruptelam probare non sufficit, ut sententia lata per falsos testes retractetur, seu annulletur, sed debet probari falsitas ipsorum testium, secundum Inno. & omnes, in c. licet causam, de probat. quorum quidem opinionem sequitur, declarat, & ait esse communem Deci. ibi, nu. 156. cum alijs seq. Ioan. And. uero, in d. c. licet causam, & Bar. in l. Diuus Adrianus, num. 7. ff. de re iudi. inclinauerunt in contrariam partem, uidelicet, ꝙ testi corrupto indistinctè non credatur, & sufficiat proponere testes pecunia corruptos ad hoc, ut sententia lata per falsas probationes retractetur, idemq; uidetur, tenere glo. & ibi Bart. in l. is qui iudicio. ff. de accusat. ubi concludunt, ꝙ si testis ob pecuniam receptam accedit ad testificandum repellitur à limite iudicij, tamen in iudicando, ac consulendo non foret

Cõis opi.

cutum discedere à dicta communi ob rationes,& argumen tá allegata per Moder.& Deci.in d.c.licet causam,& similiter ad hoc ut competat restitutio in integrum aduersus sententiam latam sub prætextu falsorum testium sufficit probare solam testium falsitatem absque eo, ꝙ probetur corruptela partis,secundum gloss. in d.l.Diuus Adrianus, quam declarat, & interpretatur ibi Ias.nu. 18. & ait communiter approbari,sed hoc non procederet ubicunque libellans se astringeret ad utrunq; probandum, & proponeret in libello testes falsum deposuisset corruptos in eadem oratione,eo casu utrunque tenetur,& debet probare,scilicet falsitatem,& corruptionem,secũdum Bar. in d.l.Diuus Adrianus.nu.3.cum quo transeunt ibi Ang.Imo.Rapha.& omnes,Abb.& alij,in d.c.licet causam,& Ias. quoque,in d. l.Diuus Adrianus, nu.20. ubi assenerat istam esse communem opinionem; Interpretaturq; isthæc sententia non habere locum, quando pars in libello deduceret in diuersis orationibus dictos testes falsum dixisse, & fuisse corruptos,& sic copulatiue,uel repetitiue,tũnc profecto non uidetur se astringere ad utrunque probandum,uerum alterũ probare sufficit, uidelicet corruptelam, uel falsitatem, secundum glo.& Doct.in c. 2.de rescrip. & omnes communiter,in d.c.licet causam,de probat.Bar.in d.l.Diuus Adrianus,num.4. post alios congestos ibidem per Ias.ubi scribit istam esse communem opinionem. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCCCXXI.

Testis, uel Notarij contrarietas, quæ non nocet partibus non est punibilis in his, quæ fiunt extra negocium principale,ut latè per Ias.in l.si ex falsis,col fin.C.de transact. & per Grammat.decisio.43.& Deci.consi. 103.nume.143. tamen ubicunque testis esset sibi contrarius in eadem depositione, & in causa principali non extra negocium reijceretur in totum tanquam falsus secundum communem opinionem omnium Doct.de qua attestatur Alcia. in tractã.de præsump.reg.2.præsump.29. Cõis opi.

OPINIO CCCCXXII.

Testis unicus de uisu semiplenam probationem facit c. ex insinuatione, ext. de procurat. & c. fin. ext. de succe. ab intestato, & ita tenent Ioan. And. Ant. & alij Canonistæ, in c. fin. ext. de iureiur. & Legistæ, in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eod. tit. & istam ait esse communem opinionem Curtius iunior consi. 122. nu. 7. & ratio dictæ communis per Doct. assignatur isthæc, quia si duo testes faciunt plenam probationem, ergo unus semiplenam. l. ubi numerus, de testi. & c. omni genere, ex. de testi. quam semiplenam probationem Bar. in l. fin. ff. de quæstio. uocat indicium, & præsumptionem, sed aduertendum est quod istam semiplenam probationem non facit unicus testis, nisi sit omni exceptione maior, ut per Bar. Ang. & Ias. nu. 30. qui ait omnes ita tenere, in d. l. admonendi, ideo ad hoc, ut semiplena probatio sit facta non sufficit probare per unum testem, sed oportet etiam deducere, & probare, quod ille testis sit omni exceptione maior aliàs succũbere debet. Bart. in l. 1. §. si quis neget. ff. queãd. test. aper. col. fin. & ibi Ang. sequitur Alex. consi. 82. nu. 7. uolu. 1. Deci. consi. 37. & c. 1. de app. col. peu. Cæpolla consi. 57 Barba. consi. 47. num. 9. uol. 1. & Grammati consi. 35. num. 37. & seq. fallitq; hoc in causis criminalibus, in quibus nemini dubium est ex vnico teste, & semiplena probatione non deferri iuramentum in supplementum, ita Bar. in d. l. admonendi, in ultima char. uer. pro cuius declaratione, & ratio huius limitationis uidetur ista, nēpè in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores. l. fin. C. de probatio. & ibi Bal. imo. regulariter in criminalibus non damnatur quis ex suspitionibus, seu præsumptionibus, uel indicijs, seu coniecturis. l. absentem. ff. de pœnis. l. fin. ubi Bar. ff. de quæstio. & dictam limitationem tradit Bart. etiam, in l. fin. ff. de in litem iurã. idem Bar. Ang. & Doct. in l. 3. in prin. ff. de iureiur. & in d. l. in bonæ fidei, Panor. cæteriq; Canonis. communiter, in c. fin. ext. de iureiur. Ioan. And. in c. cum sint partium, de re gu. iur. lib. 6. Specul. in titu. de iuramenti delati. §. 1. uer. at autem, cum sequen. Hostien. in summa, in titu. de iureiur. §. ut super, Archidia. in c. si quis presbyter. 2. quæstio. 5. & Bal.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Bal.in l.1.C.de his qui pœnæ nomine,& ista est communis opinio,ut per Moder.in d.c.fin. quod intelligo cum grano salis non habere locum in causa criminali parua, siue ubi ageretur de modico præiudicio, quia tunc posset deferri iuramentum in supplementum,ut uoluit Panorm.in c.fin. ext.quòd metus causa,in prin. Bal. post glo.in auth.minoris debitor. C. qui da. tuto. poss. ubi dispositio prohibens accedere debitorem ad tutelam non intelligitur de modica quantitate, uel re; intelliguntúrque prædicta sane, secundum Roma.in d.l.3.ff. de iureiuran. procedere in causis criminalibus criminaliter intentatis ad uindictam publicam, secus autem in ciuiliter intentatis ad pœnam pecuniariam, & sic in quibus tantum ueniat pœna pecuniaria imponenda,& ista fuit opinio originaliter Ant. in cap. fin.de iureiuran. tamen Imo. ibi,& malè affirmat indistinctè contrarium, animaduerte ob hoc quòd licet ex semiplena probatione quis condemnari nequeat,tamen unicus testis de uisu,qui deponat uidisse Titium uulnerantem,uel occidentem Mæuium, uel committentem aliquod simile delictum, dummodo iste testis sit omni exceptione maior facit inditium non solum ad inquirendum,uerumetiam ad torquendum,secundum glo.& Doct.in l.si quis.C.ad legẽ Iul.maiest.Doct.omnes,in d.l.admonendi,Bart.Alexan. & Marsi.in l.1.§.item Cornelio,& in l.maritus,& in l.fin. de quæstio. ff. & Iacobum Nouellum, cum alijs ibi congestis per eum,in sua pract. crimi.super forma inquisitionis contra producentes falsitates, nu. 8. & ista est communis opinio,teste Carrerio,in practi.crimi. nu. 100.uersi.primum, & cæte. Mod. in locis supra citatis, & Boerio decisio.163. nu. 3. coarctatur hoc ubi testis non esset omni exceptione maior, quia omnis minima qualitas, & defectus impedit, ut non faciat inditium ad torturam,ut per Bar. & Alexan. in d.§.item Cornelio,& Paris.consi.160. & si considerata, numero.64.& sequen.uolum.quarto. nisi concurrat leuitas uitæ Rei,secundum Carrerium,in d. uersi. primum, & hoc uerificatur in teste quotiescunque eius fides uacillaret, seu in aliquo eliderestur, ut quia esset affinis ꝓducẽtis, amicus,uel similis,tunc profectò nõ faceret semiplenã probationẽ,nec induceret iudicẽ ad opinionẽ,seu ad suspitionem,

Cõis opi.

nem,

nem,secundum Barto. in d.l.admonendi, quem sequuntur Bal.& Roma.ibi,& idem Bal. in l.1.C.qui, & aduer. quos, & in c.1.de controuers.inuesti. Ant. & Panor.in c.fin. ext. de iureiu. quoniam modicus defectus impedit huiusce semiplenam probationem unius testis, nec mirum, quia satis exorbitat fides unius testis domestici à iure communi, secundum Bal.in c.1.§.sacramentum, de consuetu. recti feudi,& in c.à nobis,& in c.innotuit,ext.de testi. & sic unus testis domesticus non facit semiplenam probationem, nam non reputatur idoneus,& integer.l.etiam.C. de testi. c. in literis,ext.de testi. item infamis infamia facti non esset integer,& idoneus testis, secundum Bart.in d.l.admonendi, col.fin.ubi Ias.cæteros refert, nec non subditi producētis, Compatriotæ,homines malæ conuersationis, uel de facili litigantes, uel celeriter nimis respondentes, & alij his similes relati per scriben.præsertimq; per Moder.in d.l.admonendi, & animaduerte, ꝙ ille dicitur testis omni exceptione maior,qui aliqua ex parte,& causa non potest repelli,ut per glo.not.in c.1.ext.de consang.& affini. quam pōderat ibi Panorm.ad statuta facientia mentionem de testibus omni exceptione maioribus, & idē si diceret idoneis, quam ad hoc idem ponderant Moder. ibi, & idem Panor. in c.at si clerici,de iudi.& Alber.in l. optimam, circa fi.C. de contrahen.& commi.stipu. & ꝙ testis dicatur omni exceptione maior, quando nulla imputatio contra eum fieri potest,& nihil penitus patiatur,tenet glo.etiam in §. item, institu.de inutili.stipula.Bal.in l.maritus.ff.de quæstio.Io. de Ana.consi.17.nu.8.Bald.in rub.de controuer.inuesti.& dictam regulam communem ꝙ unus testis faciat semiplenam probationem limitat Curtius,in repe. dictæ.l.admonendi in septuaginta septem casibus, & ponit,& optimè declarat Lancillotus Conradus,in tract.seu pract.de decurionibus,lib.1.c.11.de prætore.§.11.de offic.prætor. nu.1. & seq.

OPINIO CCCCXXIII.

Testimonium unius testis facit semiplenam probationem,non autem plenam,ut latè supra deduximus, etiam si consensus ambarum partium litigantium præcesserit,quæ

rem

rem omnem aſſeuerationi, ſeu depoſitioni dicti teſtis com miſſerint, unde iudex hoc caſu ex conuentione, & conſenſu litigantium non tenetur, nec poteſt unius teſtis aſſertioni ſtare, ſecundum glo. Dyn. & Raineri. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. idem tenet Bar. in l. 1. §. fin. nume. 2. ff. de uer. oblig. ubi Alcia. nu. 23. & ſeq. ait hanc opinionem eſſe communem, & Alex. conſi. 47. nu. 4. uol. 1. & conſil. 54. nu. 1. uolu. 2. idemq; fatetur Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione, col. 2. ff. de iureiu. in contrariam uero partem, quod conuentione, & conſenſu litigantium fieri poſſit, ut teſtimonio unius teſtis plena fides adhibeatur inclinauerunt Specu. in titu. de teſte. §. reſtat. 24. fallentia, Roma. Alexan. Areti. & Moder. in d. l. 1. §. fin. ff. de uerbo. oblig. Crotus, in tract. de teſtibus. 6. parte, col. 2. hoc idem ſenſerunt, glo. in c. ueniens, el primo, & in c. licet uniuerſis, de teſti. ubi Doct. ſequuntur eandem opinionem, quam aſſerit communẽ Iaſ. in præallegato. §. fin. nu. 8. & iſtam ultimam ſententiam mihi ſequendam fore conſtitui, tanquam magis æquam, & melioribus rationibus uallatam, quæ communis opinio, ita amplexa intelligitur cum grano ſalis procedere, quando cõſenſus præſtatur certę perſonæ, & nominatim quoad certũ negotium, ne aliter prębeatur anſa fraudibus, & falſitatibus, ſecundum Angel. in l. pactum inter hæredes. ff. de pact. ſententiæ cuius nititur Iaſ. in repeti. l. admonendi, nu. 100. & 200. ff. de iureiuran. Areti. nume. 40. Soci. nume. 3. Iaſ. nume. 9. & Alciat. nume. 28. in d. l. 1. §. fin. ff. de uerbo. obli.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCCXXIIII.

Teſtis unus deponens de ueritate, & fama publica, & alius teſtis deponens de fama publica duntaxat plene probant, ſecundum Bal. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſthu. & iſtam Bal. doctrinam aſſerit eſſe mirabilem, perpetuoq; memoriæ commendandam, ex eo quod non habet contradicentem, Alex. in d. §. ille caſus, & alij Doct. ibi, & Moder. in l. admonendi. ff. de iureiur. ideoq; in conſulẽdo, iudicandoq; ſuadendum eſſe duxi ſequendam fore doctrinam Bal. tanquam communem, & ueriſſimam, quia ſecundum Pau. de Caſt. conſi. 152. uiſo puncto, col fin. uol. u. 2 & in l.

in l.si uniuersę, col. fin.C.de leg.in causis decidendis non est parua Bal. opinio, præsertimq; ubi non habet contradicentem, imo tutum, ac irreprehensibile est iudici, secundũ opinionem Bal. iudicare, maximèq; ubi non habet contradicentem, ut refert Deci.consi.283.col.2. & Ias.in l.si quis in fundi uocabulo, col.3.ff.de leg.1.

OPINIO CCCCXXV.

Testis Per unum testem actor probans semiplene, & succumbens, quia non ipsi actori, sed Reo est delatum iuramentũ non condemnatur in expensis, quasi per illum testem uideatur habuisse iustam litigandi causam uerisimiliter credendo q̃ sibi deferretur iuramentum, secundum Ioã.And. Pet.de Ancha.Butri. & communiter omnes Canonistas, in c.finem litibus, ext.de dolo, & contu. Bald.in l.1.C.de aduoca. diuerso. iudi. Alexã.in l. properandum.§.sin autem Reus.C.de iudicijs, quam quidem communem sequuntur, & attestantur Doct.passim, & præsertim in præcitato.c. finem litibus, & Moder.in repeti.l.admonendi.ff. de iureiuran. & ista communis procedit, secundum præcitatos Docto. quando testis productus per actorem erat omni exceptione maior aliàs secus.

Cõis opi.

OPINIO CCCCXXVI.

Testis unus, & confessio facta absente parte faciunt plenam probationem. casus est, in c.fin.de successio. ab intest. & not.Io.de Amicis consil.76.nu.9. pariformiter unus testis, & fama eo casu, quo fama facit semiplenam probationem plenè probant.c.1.de appella. ubi glo. & l.3.§.eiusdẽ. ff. de testi. & ita decisum extitit in sacro Regio concilio Neapol. teste Afflict. decisio.337.& idem dicendum est in similibus casibus, & quamuis istæ duæ semiplenę probationes sint diuersi generis, tamen si tendant ad unum finem faciunt plenam fidem iudici, secus uero si ad diuersa tendãt, quia tunc duo imperfecta non facerent unum perfectum, idem dicendum est in duabus semiplenis probationibus eiusdem generis, utputa in duobus testibus, tũc nemini dubium

bium est, quod duo testes faciunt plenam probationem, ita, & taliter conclusiuè, & formaliter, tenet Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. cuius opinionem sequuntur Doct. communiter, ut refert Saly. in l. in bonæ fidei, uers. uisis his quæ semiplenam probationem faciunt. C. de iureiur. & inter cæteros Doct. ei inhærent Bal. in l. si ex cautione quæstio. 12. C. de non nume. pecu. in l. unica, in prin. C. de confessis, in l. per hanc. C. de temp. appella. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. & in l. 2. C. de bono. posse. secundum tabu. idē Bald. & Panor. in c. cum causam, ext. de probatio. Panor. & Ant. de Butr. post gloss. in c. ueniens, el primo, ext. de testi. Anchara. consi. 277. uisa diligenter, Panor. consil. 16. Albe ri. post gl. in l. instrumenta. C. de proba. Ang. Aret. in tract. malefi. in ver. quod fama. uer. & an fama sit sufficiēs indiciū ad torturam, num. 41. & Alex. consi. 116. animaduersis his, col. pen. uol. 2. & Iaffredus Lanfrancus decisio. 56. & dictā opinionem communem quod duo testes eiusdem generis faciant plenam fidem iudici intelligerem procedere, ubi essent contestes in omnibus prædicamentis traditis, per Bal. in l. de quibus, circa fin. ff. de legi. & in l. testium. C. de testi. secus uero si essent singulares, quia non coniungerentur, cum tenderent ad diuersa, non autem ad idem probandū. c. cum dilecti, & ita tenet Ant. de But. in d. c. ueniēs, ideoq; unus testis de una confessione absente parte, aliusq; de alia non iungerentur, secundum Anto. de But. in c. licet ex quadam, col. 3. ext. de testi. & Panorm. in c. cum causam, col. 4. ext. de probatio. dicentem ibidem idem esse si unus testis deponat de uero mutuo, & alius de cōfessato, idem firmat Bal. in c. fin. ext. de confinet. & in l. 2. §. fin. circa fin. ff. si cer. peta. quod uberius declarat Lauren. Syluanus consi. 51. nu. 12. & ita fuit iudicatum in sacro concilio Neapolitano, ut refert Afflictus decisio. 364. nu. 3. Cōis opi.

OPINIO CCCCXXVII.

Testis unus de ueritate, & alius de confessione emanata præsente parte, seu duo testes de emanata confessione parte absente, seu de fama publica plenè probant simul iungēdo, ita Bald. in rubr. de controuer. inuesti. & in l. si quis ex

argentarijs, in princ. ff. de eden.& Pau.de Cast. sequendo Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu.in consi.229.uisa petitione, ubi tenet unum testem de uero numerali actu, & duos de confessione absente parte plenè probare, & circa hoc abundè scripsimus supra tenendo præcitatam opinionem tanquam uerissimam, & Canonicam, & latè probat Lauren.Sylua.consil.51.nu.12. si uero,nota,confessio esset facta in ciuilibus extra iudicium præsente parte, & probaretur per duos testes faceret utique plenam probationem, & præiudicaret hæredi confitenti,secũdum Bal.in l.1. col. fin.C.de delicto defunctorum,& Soci.consil.228.col.1.uolu.2.& Alex.consil.19.col.4.& consil.22.col.1.uolu.4.ubi asserit ꝙ ultra præsentiam partis requireretur etiam acceptatio, nihilominus obseruatur communiter contrarium, uidelicet,ꝙ non requiratur dicta acceptatio,ut omnes Doct.o.passim testantur,& Moder.in add.ad Alex. in præallegatis consilijs,& Doct. relati per Petrum Duennas,in suis regulis,reg.119.numero.1.ubi attestatur contrariam opinionem esse communem post alios quamplures congestos per eum.

Cõis obse.

Cõis opi.

V

OPINIO CCCCXXVIII.

Venditor de iure ciuili,canonico,& in conscientia agere potest ad interesse contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ,& fuit in mora soluendi pretium.l.curabit, ubi tex.glo.Bar.Bal.& Doct.C.de actio.empt.cum hoc tamen ꝙ huiusmodi interesse petitum non excedat considerabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum, cum pro percipiendis,& non perceptis non teneatur uenditor ad interesse erga emptorem ob precium non solutũ, & ista est magis communis opinio,ut refert Soci. in l.de diuisione,nu.13.cum seq.ff.solu.matr.ubi Bar. & alij Docto. Pau.de Cast. in l.Iulianus.§. ex uendito.ff. de actio. empt. Lauren.de Rodulphis,in tract.de usur.in 2.parte.4. oppositio. Ioan. de Anan. in cap. in ciuitate, circa princip. de usuris.

Cõis opi.

OPI

OPINIO CCCCXXIX.

Vendens rem cum pacto francandi non potest agere aliqua reali actione contra illum, in quem ista res per emptorem alienata fuit, sed tantũ contra primũ emptoré actione personali, ut per Alex consi. 10. uol. 1. ferè per totum, & Gozadi. in repeti. l. 2. C. de pact. inter empt. & uendi. num. 44. cum alijs seq. quam Alex. opinionem licet Soci. impugnauerit consi. 80. uol. 3. in prin. sequendo Pau. de Cast. & Cuma. tenentes contra Alex. in locis ibi à Soci. citatis, & quorum opinionibus dixit Soci. non minus esse deferendum, quàm authoritati Alex. & quamuis contra Alex. sententiam tenuit Cuma. Ioan. de Anan. & Ant. Burgos locis citatis à Cagnolo, in repeti. d. l. 2. nu. 133. tamen Alex. opinio magis communiter recepta est à Docto. eam enim sequuntur Fulgosi. in l. si cum uenderet. ff. de pignora. actio. Ias. in l. ab emptione, col. 3. ff. de pactis, Ruinus consil. 32. uol. 1. Ripa, Ferdinan. Deci. Curt. Senior, & Cassaneus in lecturis, & consilijs citatis à Cagnolo, in d. l. 2. nume. 134. à qua quidem communi nullatenus est recedendum in consulendo, & iudicando iuribus, & rationibus uulgaribus. Cõis opi.

OPINIO CCCCXXX.

Venditio iurata cum clausula prægnanti ex certa scientia, & alijs apponi solitis in contractu uéditionis, casu quo in ea, nota, uenditor esset læsus ultra dimidiam iusti pretij utique non posset rescindi, secundum Bar. Bal. q. 4. Saly. q. 7. Pau. de Cast. & omnes, in l. 2. C. de rescin. uendi. ubi Moder. attestantur hanc esse communem opinionem, & Cassadorus decisio. unica, in titu. de emptio. & uendit. ubi ponit istam esse communem sententiam omniũ Doct. utriusque censuræ, & constat etiam hanc esse communem ex cõgestis per Barba. consi. 55. nu. 20. uolu. 2. & consi. 41. nu. 31. eod. uol. & Boer. decisio. 142. nihilominus Rota Roma. in contingentia facti consuluit contrarium, & dictam communem reprobauit, ut refert Cassadorus, in d. decisio. unica, quæ quidé authoritas Rotæ uidetur uerior, & æquior, eamq; casu eueniente in iudicando, & consulendo constanter amplecterer per arguméta, & rationes relatas, per Ab. Cõis opi.

in c.quintauallis,col. 15.de iureiuran.& Caſſador.in d.deciſione unica per totam.

OPINIO CCCCXXXI.

Venditor dans,tradens,donans,& donare intendẽs emptori illud, ꝙ plus ualebat res alienata, ac uendita poteſt optimo iure uenditionem ſub prætextu deceptionis ultra dimidiam iuſti pretij reſcindere ſi conſtet ignorauiſſe ualorem illius rei alienatæ,ſecundum Guliel.de Cu.in l.ſi tibi decem,in prin.ff.de pact.Azo.in ſumma,de reſcin. uenditio.Barto.in l.2.C.de reſcin. uenditio.& in l.ſi quis cum aliter.ff.de uer.oblig.Bald.Alex. Iacob.de ſanct.Georg. & Iaſ.col.4.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.ſecus uero ſi ſciebat ualorem rei uenditæ ipſe uenditor, tunc enim perdit omnino remedium.d.l.2.nec uenditio per læſum ultra dimidiam iuſti pretij reſcindi poteſt,& iſta fuit diſtinctio Bar.in d.l.ſi quis cum aliter,in 11.q. cum quo ſentiunt omnes Doct.communiter ibidem,& in præcitata.l.2. ubi Moder. ſequuntur,& atteſtantur dictam communem, & Boerius deciſio.142.ſed nonnulli Doct. tenuerunt contrariũ, quorum rationes latè proſequitur Abb. in c. cum contingat,de iureiuran.& in c.quintauallis,eod.tit. col. 15.& ſeq. ubi refert Bald.dicere cõiter in practica obſeruari ꝙ non obſtante quacunque uerborum cautela ob enormem læſionem peti poſſet reductio ad arbitrium boni uiri, tamen non eſſet tutum à prædicta communi diſcedere aliquo pacto,quia difficile foret contra eam obtinere in practica.

Cõis opi.

Cõis pra.

OPINIO CCCCXXXII.

Venditor non tenetur præciſè rem tradere,ſed præſtando intereſſe liberatur,per text.in l. 1.ff.de actio. empt. ubi concordat.l.ex empto.§.etiam,eod.tit.& not.Aret.in §. 1. inſtitu.de donatio.alibi uerò glo.diſtinguit,in §.pretium, inſtitu.de emptio.& uendi.quod uenditor habens facultatem tradendi rem uenditam poteſt cogi præciſe manu militari,& etiam per pœnas,& mulctas ad tradendum poſſeſſionem realem rei uenditæ emptori,nec liberatur pręſtando intereſſe, quam glo. meliorem de corpore iuris appellat

lat Areti. ibi, & eius opinionem dicit æquiorem glo. in d. l. 1. eamq; sequuntur ibi Bart. Bald. Pau. de Cast. & Fulgosi. Bar. nu. 5. Pau. de Cast. col. pen. Alex. col. 2. Ias. nume. 21. & Deci. col. 6. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Bar. in l. sti pulationes non diuiduntur, in 8. q. ff. de uerb. oblig. & post eum inibi Roma. nu. 58. Alex. nu. 30. Ias. nume. 35. Claud. Aquen. nu. 40. & Rui. num. 30. dicunt, ac audacter fatentur hanc esse communem opinionem, idem dicit Alexan. in l. certi condictio. nu. 12. ff. si cer. peta. Deci. nu. 2. Pau. castrē. in l. si traditio. C. de actio. empt. Ias. in l. quotiens, num. 34. C. de rei uendi. Fely. post. Imo. in c. cum Ioan. nu. 35. de fide instrū. Boeri. decisio. 48. col. 1. Pet. And. Gamma. in tracta. permutatio. num. 29. Fabia. de Monte, in tract. de emptio. & uenditio. in 6. q. princip. nume. 38. ubi citat infinitos Docto. & denique ibi fatetur hanc esse ueram, & communem opinionem, & Couarruuias, in tracta. resolutionum iuris ciuilis, cap. 19. numero. 1. libr. 2. & Tiraquel. in tract. constituti possesso. in prima parte, nume. 35. declaraturque ista communis utiliter, quòd nec liberatur uenditor ab actione personali ex empto per cōstitutum de possidendo nomine emptoris, uel precario quin teneatur tradere possessionem prout est facti, & non iuris, & sic possessionem realem, manualem, & effectualem, & corporalem, secundum gloss. in l. Iulianus. §. ex empto. de actio. empt. Bal. Ang. Pau. castren. in l. ab emptione, de pact. & Cyn. in l. 1. in fin. C. quando liceat ab empt. discedere, & ista est communis opinio, teste Ruino consil. 94. numero 1. uolu. 1. nec ab re hoc firmant præcitati Doct. quòd precisè teneatur ad tradendum rem uenditor constituens se precario possidere emptoris nomine, quia res est effecta emptoris, ut per Bal. in repeti. l. Emilius, col. 10. uersi. ego cogitabam defendere. ff. de minor. declaratur quoque dicta communis intantum procedere, ꝙ promittens uēdere alicui teneretur ad rem tradendam præcisè, quia promissio de uendendo dicitur indiuidua. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obl. ubi Bar. & oēs hoc tenent, & idem Bar. in l. cui ususfruct. ff. de usufru. leg. & istam ponunt esse cōem opinionē Ruinus consi. 27. nu. 1. & 6. uol. 4. & Curti. iuni. consil. 74. in princip. & procedunt de plano omnia

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

prædicta si pretium rei emptæ fuerit solutum, uel aliter eo nomine satisfactum, tunc enim bene tenetur uéditor præcise rem ipsam tradere aliàs secus, imò rem prædictam potest retinere loco pignoris. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & d. l. ex empto, in prin. & hoc uidetur sentire expresse Bal. in l. fin. C. commo. ubi dicit q uenditor potest retinere rem uenditam pro precio non soluto, imo etiam pro uno nummo nõ soluto potest optimo iure totam rem retinere, ut latius declarat Fabianus de Monte in loco præallegato.

OPINIO CCCCXXXIII.

Vendere rem propriam nemo inuitus cogédus est. l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere. C. de iure delibe. l. inuitos. C. loca. & minus potest cogi uendere pretio uiliori. l. si fideiussor. §. fi. ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. §. cura carnis, de offi. præf. urb. Fallitq; isthæc regula, seu declaratur non procedere in casu, in quem respublica grauaretur annonæ inopia, tunc enim & si quis merces uenales non exposuisset, nec eas publicè uenditioni obtulisset, nihilominus ad earum uenditioné cogédus est, ubi respublica annonę inopia præmitur, & quidem iusto pretio à Principe, uel magistratibus definito, ne quis liberè res necessarias hominum alimentis quocunque precio grauissimo quidem ob rei penuriam uendant, & hoc colligitur ex. l. 1. C. de episcopa. audien. ubi Bar. & scriben. omnes communiter, Panor. & alij Canonis. uno omnium ore, in c. 1. de emp. & uendi. Bar. in l. annonam. ff. de extraordi. crimi. Lucas de Penna eleganter, in l. 1. C. de quibus muneri. liceat se excu. uerb. temp. Ias. in l. 1. col. 2. ff. de legi. Afflict. in 3. q. in proœmio constitu. Neapo. Bal. & Ang. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de usufruc. per tex. ibi, & Fely. in d. c. 1. de empt. & uédi. ubi Moder. & in locis præcitatis attestantur hanc esse communem opinionem; Fallit prædicta regula secundo loco ubicunque quis exponeret publice res proprias uenditioni, & illæ res pertineāt ad uictũ, & uestitum hominũ, etenim æquum est tunc, ac Reipublicæ conueniens, etiam cessante inopia rei q publicus uenditor cogatur iusto pretio uendere res, quas uenditioni exposuit tex. est, secũdum

Alb.

Alb. & Burgens.col.5.in d.l.1.C. de episco.audien. glo.in l. non enim.ff.re.amota. Marsi.in l.1.§.cũ quidam deponere,nume.6.ff.de quæstio.Dyn.& Bar. in d.l. non enim,& quamuis Iaſ.in d.l.nec emere contrarium tenuerit, tamen in his,quæ pertinent ad uictũ procedit de plano prior ſententia, ſecundum Alberi. in d.l. non enim poſt alios huius opinionis authores, quorum opinio communis eſt, ut audacter aſſeuerant Moder. in d.c.1. & nonnulli Doctо. iam relati. Fallit ſimiliter præfata regula in multis alijs caſibus, quibus cogitur quis uẽdere iuſto pretio res proprias, quos tradiderunt glo. & Doct.in d.l.inuitum,gl. & ibi Alberi.& Iaſ.in d.l.nec emere,Roma.in l.2.nu.7.ff.ſolu. matri.Afflict.in d.procemio conſtitutio.Neapoli.q.3.Bald. & Ang.in d.§.ſi quid cloacarij,Rube.conſi.92.Marſil.in d.§. cũ quidã deponere,& Tiraq.in trac.de retract.lib.1.in pręfatio.nu.15.& in §.3.gl.3.nu.1.& Soci.in tracta. fallent.in reg.435.uendere rem ſuam nemo compellitur. Cõis opi.

OPINIO CCCCXXXIIII.

Venditor licet certo ſciat litem motam fuiſſe cõtra emptorem rei ſibi uenditæ, nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam,niſi emptor nunciaret ſibi litem motam,ſecundum Bar.in l.non ſolum.§.morte.ff.de oper.no.nun.Specu.Ioan.And.& Anchara. in c.ſi.de emp. & uendi.in fin.Bar.Bal.& Ang. per illum tex.in l.qui abſentem.ff.de procu.Alex.nu.12.& Iaſ. nu.26.& ſeq.in l.2.§.uoluntatem.ff.ſolu.matrim.qui dicunt hanc eſſe communem opinionem,& Ripa ibi,numero.17.& Deci.conſil.74.col. fin. Cõis opi.

OPINIO CCCCXXXV.

Vendens, ſeu donans eandem rem duobus ille præfertur in dominio detinendo, cui prius res ipſa tradita fuit, non attento cui fuit uendita prius, uel donata. l. quoties. C.de rei uendi.ubi Doct. dicunt hanc eſſe firmiſſimam iuris regulam,& Ruinus conſi.157.nu.6.uol.4.& Marſi.ſing. 82.incip.uolo tibi dare aliquas notabiles,& ſic emptor ſecundus, cui res tradita fuerit præfertur priori emptori, & ratio dictæ regulę uidetur iſta,quia dominium regulariter

non potest in alium transferri aliter quàm per traditionē. l.traditionibus.C. de pactis, igitur ex duobus emptoribus is potior censebitur quoad dominij acquisitionem, & retentionem, cui res prius tradita fuerit, licet in contrahendo posterior fuerit.l. siue autē.§. si duobus.ff. de publicia. & l.si ea res.§.fin.ff. de actio.emp.huiusmodique rationem tradidit glo. & omnes scriben. communiter, ut refert ibi Ias.in d.l.quoties.nu.3.in fin. sed declaratur isthæc regula primum non procedere ubicunque res ipsa esset uendita duobus, quorum prior Ecclesia, uel Ciuitas est, in quas, nota, ex priuilegio dominium absque traditione transfertur iuxta.l.fin.C.de sacrosan.eccl. hoc enim casu prior iste emptor Ecclesia, uel Ciuitas præferendus est, etiam si alteri postmodum res uendita, uel tradita fuerit, secundum Ioã. And. Ab. & omnes, in c.cum continebatur de his quæ fiũt à præla.glo.Bart.& alios, in d.§.si duobus, & omnes, in d.l. quoties, ubi Ias.nu.4.supponit istam esse communem opinionem, & Mod.in l.qui duobus.ff.de falsis, quam quidem communẽ sequitur Roma.consi.298.circa præmissam dubij consultationem, Panor.consi.91.nu.7.lib.1.& Gozadi, consi.13.nu.13.& Marsi.singu.82.incip.uolo tibi dare aliquas notabiles, & utiles limitationes, Interpretatur secundo loco præfata regula non procedere, qñ Princeps uenderet, uel donaret eandem rem duobus, hoc casu pręfertur primus emptor, quia ex solo cõtractu, seu donatione Principis transfertur dominium, secundum Io. And.in c.olim, de uer.sig.Aret.in l.3.col.2. ff.de acqui. poss.Ang.in l.officium.ff.de rei uendi.Bal. & Iser.in c.1.§.inuestitura, nu.2, de noua forma fidelit.Doc.omnes, in d.l.traditionibus.Roma, in d.consi.298.Abb.consi.94.col.fin.uol.2. Alex.consi. 187.col.fin.lib.2.consi.3.nu.7.uol.5. & Ias.in d.l.quoties, nu. 10. qui dicit dictam opinionem non habere contradicentem, & Pari.consi.2.nu.58.uol.1.dicit cõem, & Doc.in d.l.traditionibus; Limitatur prædicta regula tertio non habere locũ, seu claudicare in ecclesia, & ecclesiasticis personis uẽdentibus eandẽ rẽ duobus, quia tunc primus emptor secundo pręfertur, ét si traditio realis facta fuerit priusquã primo emptori, secundũ Host.& Io.And. in d.c.cũ cõtinebatur, Ro.in d.consi.198.& in auth.similiter.C. ad leg.falci.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

ci. & Marsi.in d.sing.82.& in d.l.qui duobus,nu.3. in contrariam uero opinionem inclinauit, quòd præferatur in isto casu primus emptor.Ant.de But. Cardin.Floren. Anchara. & Abb. in d.c.cum continebatur. Barto.Soci. consi.29.libro quarto,Ias.in l.fin.nume.29.C.de sacrosan. eccles. & in d.l. quoties, nume. uigesimo, ubi asseuerat hanc esse communem opinionem,& Alexan.quoque consi.122. libro quinto,col. secunda,Parisi.in d.consi.undecimo, nu mero uigesimo. Fallit similiter procedere,quando secundus emptor bonam fidem habet, nam si secundus emptor sciens fuerit uenditionis primo loco alteri factæ eiusdem rei, licet eidem tradita sit cum fraude, tamen per primum emptoré res ipsa ab eo reuocabitur,& euincetur per actio nem in factum prætoriam competentem ad reuocandum alienata in fraudem,secundum glo.communiter approbatam,in c. si tibi absenti,de præben.lib.6.Bald. in rub.C. de reuocan. his quæ in fraud.credito. glo.Alberi. Saly. & Ias. nume.26.in d.l.quoties,Marsi.in d.l.qui duobus, num. 10. & istam limitationem sequitur quoque cum alijs ferè innumeris relatis per Tiraquellum,in tract.de iure constitu. posses. prima par.in prin.nu.22. & sequen. ubi firmat istorum sententiam communiorem fore.Fallit postremo ubicunque uenditor constitueret se in prima uenditione precario nomine primi emptoris possidere, hoc enim casu,& si possessionem corporalem, actualem, ac realem minimè tradiderit primo emptori,si deinde uendiderit,atque tradiderit possessionem eiusdem rei, nihilominus ob huiusmodi precarij,& constituti clausulæ adiectionem erit potior primus emptor,secundum Bal.consi.506. uenditor cõstituit,uol.4.Io.And.in add.Spec.in tit.de empto. & uẽdi. in §.sciendum,col. 16.& Marsi.in d.sing.82.in 3.limitatio. in contrariam uerò partem vr inclinare copiosè Rota,seu Conciliũ Neap. teste Afflicto decisio.40.sed aduerte,quia ibi oppositum,& probatum extitit simulatio primæ uendi tionis per pactum de retrouendendo,modicitaté pretij,& possessioné 40.annorũ,& sic præscriptionem,ideó non mirum istis concurrentibus si Concilium determinauerit esse præferendum secundum emptorem primo non obstãte clausula precarij, & constituti in eius fauoré concurrẽtis, quo-

Cõis opi.

Cõis op.

quoniam dominium ex contractu simulato non transfertur,nec possessio ciuilis per pręcarium, secundum Bald.in l.ex testamento.C.de fideicommiss. ubi concludit,ꝙ si non ualet contractus, nec tenet precarium, & sequitur Afflict. in d.decisio.40.num.17.Alex. in l.1.§.si uir,col.2.ff.de acqui.poss.& Curti.Seni.consi.70.sub nu.2. ubi in hoc appellat Alex.aureum:iccirco redditur uerissima prædicta ultima limitatio, nec ei obstat memorata decisio Neapol. per relatas rationes,& authoritates.

OPINIO CCCCXXXVI.

Vēditio. Contractus emptionis, & uenditionis, uel alius similis contractus, ut dici possit pignoratitius, usurarius,& simulatus requiritur necessario probari tria. modicitas, seu tenuitas precij,pactum de retrouendendo,& consuetudo fœnerandi,uel ꝙ emptor sit solitus fœnerari,& concurrentibus istis tribus,contractus ipse iudicandus foret simulatus, nec duo ex iam dictis sufficerent aliquo pacto ad probandum simulationem,ut uoluit Bal.in c.1.de feud. dato in uicem legis commisso.Archidia. in c. quia plerique.14. q.3. Ioan.And.in c.illo uos,de pigno. Iaco.de Aret.Cyn.Saly. & alij, in l.emptione.C. plus ualere quod agitur Cardi. & Anchara.in c.ad nostram,de emptio.& uendit.Gozadi. in repet.l.2.C.de pact.inter empt.& uendit. alios referens,& Cagnolus,in repet.l.2.C.de rescin.uendi.& istam opinionem ait esse communem Alexā.consil.109.col.fin. uolu.4. Deci.consi.167.Grammati.decisio.76.num.26. & sequen. & Cassadorus decisio.1 nu.1.in titu.de usuris;& ita consuluit Boerius consi.12.& Alex.de Neuo consi.95.nume.21. Cōis opi. In contrariam uero sententiam,uidelicet,ꝙ contractus est iudicandus fœneratitius solummodo ex duobus,scilicet ex precij modicitate, & pacto de retrouendendo absque eo, ꝙ emens sit solitus fœnerari inclinauit, gloss.in c.conquestus,de usuris,& in d.c.ad nostram,quam sequitur ibi Innocen Hostien.Ioan.And.Imo. But.Abb.Bal.Alberi.Pau.de Cast.& Fulg. in d.l. in emptione, ubi asseuerant prædictorum opinionem esse communem,& Alexā. reuocando iudicium in melius consi.120.uol.4.& consi.46.in prin.uol. 3.ubi Cōis opi.

3. ubi dicit aperto ore hanc partem esse magis communé, & Boeri.decisio. 181.nu. 10.& ita uigore dictæ secundæ, & ultimæ opinionis magis communis consuluit sacrum con cilium Neapol. teste Afflicto decisio.65. & Grammatico, in præcitata decisio.76.nu.30.cum alijs seq.& Rota Rom. ut refert Cassadorus,in dicta decisio. 1.& ita cõsuluit quoque Crauet.consi.156.nu.8.& ista est uerissima, canonica, & magis communis opinio, & obseruanda in practica, ut attestatur Iacob. in l.rogasti.§.si tibi dedero.ff.si cer. peta. & Afflict.decis.40.sub nu. 17.& seq. pro qua semper intrepidè iudicarem, & consulere casu eueniente, ut secundum eam consuluit etiam eleganter,& doctè Marcus Ant.Natta consi. 198.uiso,& bene considerato themate,&c.

OPINIO CCCCXXXVII.

Verbum conuenit appositum, uel prolatum in instrumento non impedit stipulationem,secundum Bart.in l.lecta.ff.si cer.peta.cuius opinionem fatetur esse communem Ripa ibidem,nu. 16.& D Pontanus Perusinus,nu. 2.& Marcellus Berincu.in rub.ff.de uer. oblig. & Cremensis singu. 139.licet Ias.in l.lecta, & Fortunius Garzi. in l.1.ff. si cer. pet.audacter asseuerent aliam sententiam contra Bart. esse communem. cæterum prima opinio uidetur magis communis,ut per Ripam,in d.rub.ff.de uer. oblig.num.26.quæ quidem tanquam uerissima limitatur primum non procedere,qñ dictum uerbũ conuenit reperiretur apud acta,tũc profectò calore iudicij importaret stipulationem,non autem pactum nudum,secundum Bal.in l. sciendum, in 2.lectu,ff.de uer.oblig. cuius dictum pro singulari, & peregrino recensuit Cremensis sing. 139. Secundò coarctatur,ꝙ est uerum ꝙ uerbum conuenit in dubio non importat stipulationem, nisi proferatur interrogatiuè, ut per Zasium, in d.rub.ff. de uerb.oblig.puta habeo hoc à te? & Soci.loco de quo supra,num. 16. & Alciatus,in l.1.§.si quis ita.ff. de uerb.oblig.sed tamen contra hoc tenet Azo.in summa, uel in rub.C.de inutili. stipu. at magister meus D.Restaurus Perusinus, dum publicè interpretabatur. d. rubr.ff. de uer.oblig.asserebat ueritatem esse contra Azonem,& eius lecturam ibi esse corruptam.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCCCXXXVIII.

Verbum promitto redactum in instrumēto,seu scriptura importat stipulationem.§.si ita scriptum, institu. de inutili.stipu.& hæc est communis opinio glo.Barto.cæterorumque, in l.1.C.de contrah.& commit.stipu.Bar.Fulgo. Alex.& Deci.in l.lecta.ff.si cer.pet.ut fere omnes attestantur,in rub.ff.de uer.obliga.Cagnolus,nu.88.latè per duas, col. in d.l.lecta, & Moder. Hispani.in l.iurisgentium.ff.de pactis,in prin. Ampliatur dicta communis nō solum procedere in scriptura publica,uerum etiā priuata, ut in apodissa,& super hoc est aliqualis controuersia inter Doct.sed communis conclusio Doct. est, secundum Marcellum Berincutium,in rub.ff.si cer.peta.quòd idem sit, ac in scriptura publica, & de ista communi opinione attestatur etiam Ioan.Bapti.Caccialup.in tracta. de pact. in 4. q.& Moder. Mediolanenses,in l. 1.nu.31.ff.de uerb. oblig. contrarium tamen tenuit Soci.Antiq.consi.267.lib.2.præsens,& Iaco. Baue.in l.1.C.de committen. stipu. ubi ait quòd scriptura priuata facit fidem si fiat à persona non indocta, secus si fieret à mercatore Soci.iunior consil.131. lib.3 iam diu, ubi dicit quòd. §. si ita scriptum non habet locum in priuata scriptura facta à mercatore, & nota cum eris iudex, an instrumenti appellatione ueniat scriptura priuata, & an ueniant testes est facienda distinctio, an simus in odiosis, uel in fauorabilibus,& de hoc uide Deci.in c.1. de fide instrumen. & clemen. 1. de procurato. in terminis, & l. prima. C.de iure calum.uidelicet, ꝙ in fauorabilibus appellatione instrumenti ueniunt testes,& priuata scriptura,aliàs secus in odiosis; Limitaturq; primo dicta communis conclusio nō procedere in testibus deponentibus aliquē promisisse, tūc explorati iuris est uerbum prolatum à testibus non importare stipulationem secundum communem opinionem omnium Doct.in l.sciendum.ff.de uer.obli.quam allegat nouissimè ultra alios Marcellus Berincutius, in rub.ff.de uer.obl.Limitatur secundo loco,ꝙ uerbum promitto positū in instrō importat stipulationem,qñ sunt uerba de præsenti,secus de præterito,secundū Sal.in l.1.C. de commit. stipu. Tertiam limitationem tradunt Moderni, in

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

in d.l. sciendum, quando testes dicunt talis promisit Titio præsenti, nam tunc importat stipulationem. secus si non apponerent illud uerbum præsenti, ut per Matthæum de Afflictis decisio. 120. sed contra hoc facit glo. communiter approbata, in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Cōis opi

OPINIO CCCCXXXIX.

Verbum Rei capitur generaliter, & comprehendit bona, iura, species, & seruos, & alias quascunque res, secūdum Deci. latè, in l. 1. ff. si certum petat. nume. 7. & sequen. in secunda lectu. & ultra eum probatur hoc institu. de rerum diuisio. in princ. & institu. de rebus corpora. & incorpo. ubi hæreditas, usufructus, obligationes, & actiones ueniunt appellatione rerum; sed tamen aduertendum est, quòd nō comprehenduntur liberi homines appellatione rerum. l. 1. ff. de statu hominum, cum alijs concordantibus relatis, per Deci. in l. 1. inde Niger sumpta occasione ibi infert ad quæstionem de statuto disponente, de qualibet re soluí gabellam, quod non habebit locum in libero homine, & non soluetur gabella, quem sequuntur communiter Moderni, in d. l. prima, ut ponit expresse Bolognettus ibi, numero uigesimosexto, licet ipse cōtra huiusmodi dictum nonnulla satis urgentia opponat. Cōis opi.

OPINIO CCCCXL.

Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata regulariter non disponunt, & nihil operantur. l. ex his uerbis. C. de testa. mili. glo. & Doct. in l. 1. in glo. magna. C. de fals. cau. adiec. & in c. fin. de successio. ab intesta. Limitaturq; primo ista regula, seu conclusio quòd uerba enunciatiua incidenter propter aliud à pagano prolata non dispo nant, tamen saltem faciunt semiplenam probationem in fauorem tertij, ita singulariter, tenet Bar. in l. admonendi, col. 8. uer. item quæro si instrumentum publicum. ff. de iureiuran. quem sequuntur communiter Canonistæ, in cap. fin. de iureiuran. ut asserit expressè Ias. in d. l. admonendi, & in d. l. ex his uerbis, nume. 2. Claudicat secundo præfata regula fauore piæ causæ, secundum Bar. in repetitione. l. 1. C. de sacrosan. eccle. col. pen. & probat. text. in d. c. fin. ubi Hostien. Cōis Reg. Cōis opi.

Hostien.Ioan.And.& alij ad hoc notant, idem affirmat Panormi. consil. 11. in causa quæ uertitur inter hospitale, col.3.uol.1.& Cardina.Floren.in c.iudicante, col.4. & sequen.de test. sed tamen contra Bar.præfatosq; Docto. audacter fatetur esse magis communem opinionem, Soci.iunior.consi.109.col.antepen.uol.2.& Craue.in tract. de antiqui.temporum, in 4.parte, nu.60. & pro dicta quæstione, uide Parisium consi. 73. lib. 1. Coarctatur tertio dicta regula, quando uerba enunciatiua essent iurata, tunc quippè disponunt, siue testator enuncians iuret, seu asserat se iurasse omnia, & singula contenta in instrumento esse uera, secundum Ange. in d.l.ex his uerbis, in lectu.Perusina, per auth.quod obtinet.C.de probatio. si quidem iuramentum habet uim clausulæ, ut actus ualeat omnimodo. l. cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2. & hoc ante eum tenuit Bar. in l ex hac scriptura, col.3.& seq.ff. de donat. Anchara. in clemen. 1.de probatio.Bal.in d.l.ex his uerbis, col. 1.Facit. l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3. ubi Barto. & opinionem Bar.ibi dicit esse communem Alex.consi.127. lib.7.& ita etiam consuluit idem Alexan.consi.17.lib.3.ut refert Grammat.in uoto.16.num.5. & in octo alijs casibus limitat dictam regulam Ias. in d.l.ex his uerbis, quos uide. nu.2.& sequen. & his utiliter accedit, q̀ dicta uerba enunciatiua inter partes plenè probant, etiam quando principaliter disputetur, de enunciatio. secundũ Bar.in d.l.sciendũ, col. 11. in authē.si quis in aliquo documento, col.fin.C.de eden.& in l.gerit.ff.de acquiren.hær.col.3. quem sequitur Deci.consi.539.nu.5.& latè ponit Soci.consi.68.nu.7.uol. 4.& Bald.in d. auth. si quis in aliquo documento, & in l.2. C.de nupt.& in c.transmissa, ext. de restitu. spoliat. & in c. series, ext.de testi.& alij congesti, per Soci. in d.consil.68. ubi scribit istam esse communem opinionem, & mentem Legistarum quem refert, & sequitur Deci. in præcitato consil.539.numero sexto.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCCXLI.

Verbum relinquo adiectum vniuersitati bonorum, vti quando refertur ad legitimam, hoc casu certum est quòd

importat

importat institutionem.l.his verbis in princi.ff.de hæredi. instituen. & l.diuus.§.ego te hæredem,&'ibi Bar.nn.3.ff.de milit.testamen.& est communis opinio secundum Alex.in rub. ff.sol.matr.nu.30.& Couarruuias cnm alijs citatis per eum,in c.Rainutius.§.1.nu.5.& seq. de testa. & Vasquium, in tracta. de succes.processu. lib.1.§.3.nu.13.quæ communis profecto non procedit, quando dictum uerbum relinquo adijciatur certę rei,uel quantitati, siquidem tunc non importat institutionem, sed legatum,ut per Bar.Bal.& Ange.in d.l.his uerbis,& Ias.in auth.nouissima, num.33.C.de inoffi.testa.Deci.consi.496.& Ripam, in l.in quartam, nu. 142.ff.ad leg.falci.Bar.& alios, in l.cogi,in prin.ff.ad Trebel.Imo.in c.Rainutius,de testa.& Alex.consi.321. nu.20. uol.2.& ista est communis opinio,ut per pręcitatos Doct. & Soci.tertium post Alexã. & Ias. in rub.ff.de leg.1.& copiosè Couarru.in c.Rainaldus.§.1.nu.5.de testa. ubi deducit opinionem contrariam, uidelicet,ꝙ uerbum lego adiectum uniuersitati bonorum inducat hæredis institutioné, esse pariter communem.& idem testatur Vasq.in d.§.3.nu. decimotertio, & sequen. Cõis opi.

OPINIO CCCCXLII.

Verbum dispon ere ex propria significatione importat ultimam uoluntatem,non autem importat dispositionem inter uiuos, & sic uerbum hoc trahitur ad ultimas uoluntates,& non dispositionem inter uiuos,ut est text. in §.disponat,auth.de nuptijs,& tradit Alex.in rub.ff.solu.matri. nu.16.& ibi Ripa,nume.16.& latè Parisius consi.33. uolu. 3. ubi attestatur de communi opinione,& uide Afflictum, in decisio.370.nume. 12. Cõis opi.

OPINIO CCCCXLIII.

Vsurarius manifestus nulla cautione præstita de restituendis usuris non potest facere testamentum. c.quanquã, de usuris,lib.6.Zabare.consi.91. & necesse est ad testamenti ualiditatem, ꝙ ipsi usurarij caueant in uita, aliter testamentum est ipso iure nullum,secundum glo. in clem. eos,

de

de usuris,& in c.quanquam,in uer.mandauerint, quam se-
Cõis quuntur communiter omnes Doct. ibi,& in c.quia in om-
opi. nibus de usuris, præsertimque ibi Augustinus Berous, nu-
mero.52.& sequen.quamuis quoad pœnam sepulturæ con
trarium uelit glo.in clemen. 1.de usur.in uersi.manifestos,
& aduerte, quod ista cautio præstanda per usurarium ip-
sum debet esse idonea,nec nuda,& simplex fideiussio suffi-
ceret,secundum gloss.in d.c. quanquam, in uersic. idoneę,
communiter ab omnibus approbatam. teste Couarru.in
lib.3.resolut.cap.3.nume.6.& Clarus, in tracta. de testam.
lib. 3. quæstio. 26. Limitaturque ista conclusio non pro-
cedere,quando usurarius decessit nulla præstita cautione,
dimisso tamen procuratore ad præstandum eam post mor
tem,qua præstita iustificatur testamentum, ut latè disputāt
Canonistæ,& multi hoc tenent, in d. c. quanquam,confir-
matque hoc idem Cardinalis,in c.significauerunt,de testi.
& in clemen. prima, quæstio. uigesimatertia,de sepul. ubi
dicit fuisse decisum publicè Ferrariæ, quòd ualeat dictum
testamentum,eumque sequitur Ioan.Dilectus,in tracta.de
arte testandi, titulo primo, cautela.7. Felyn. in c.ad hæc,
col.1.de rescrip.& in c.quoniam frequenter,colum.quar-
Cõis ta,ut lite non contesta. istamque dicunt communem opi-
opi. nionem Gaspar de Cald. & Anchara. inter consilia Car-
dinalis consilio quadragesimo,in facto aliàs prædictæ con
stitutionis, colum. secunda. Fallit ista conclusio secundo
loco, quòd licet usurarius manifestus non possit testari,
nisi prius cautione præstita, nihilominus bene potest do-
nare causa mortis absque dicta cautione,ut uoluit Bald.in
l.executorem. C. de execut. rei iudica. colum. secunda,&
consi.298.uolu. secundo, ubi refert Collegium Mediola-
nense sic consuluisse,idemque tenet Ange.in disputatione
incipiente Astensis Miles,Roman & Imol. in l.tam his,in
princ.ff. de donatio causa mortis,Pau.de Cast.consi.283.
in antiquissimis,Capra consi.92.colu. secunda,Deci.con-
si. 196.circa fi. Probus,in d.c.quanquam,in add.Ioan.Mo-
na.Guliel.Benedi.in c. Rainutius,de testa. in uersic. testa-
Cõis mentum,Ripa in l.2.nume.7.ff.de leg.1. ubi audacter asse-
opi. rit hanc esse communem opinionem, & post eum Socin.
iunior,num.22.& fundatur talis conclusio ista optima ra-
tione,

ctione, quia tex. in d. cap. quanquam corrigit ius antiquum, quo usurarij testari poterant. l. eius qui in prouincia, in princip. ff. si certum petat. & tradit Baptis. de sancto Blasio, in tractat. contradictionum iuris Ciuilis, & Canonici contradictione decimaoctaua, statuitque specialiter, ut omissa cautione sint nulla, nec de contractibus quicquam dixit ergo in eis locum non habet. l. uerba cõtraxerunt. ff. de uerb. sign. Secundo comprobatur ea ratione quòd dicta cautio de usuris restituendis respicit ordinationem, & solennitatem testamenti, quo respectu donatio causa mortis æquiparatur contractui secundum communem opinionem, de qua testatur Ripa, in l. 2. ff. de leg. 1. nume. 10. & D. Pontanus Perusinus, nume. 32. in contrariam uero partem titubanter, & sibi parum constans inclinauit Bald. consil. 294. uol. 2. Lapus in allegatio. 125. post Ioan. Calderinum in disputatione exordiente Canonica institutione, Steph. de Feder. in tracta. de interpreta. iur. in prima parte, num. 43. Lauren. de Rodul. in tractat. de usuris quæstio. 100. Ioan. de Ana. in c. quia in omnibus, nume. decimoquarto, de usuris. Benedi. Perusinus, in rub. de testamen. in 6. Deci. sibi contrarius, in l. discretis. C. qui testa. face. poss. & ante ipsum Alex. in princi. qui fatetur expresse istam esse communem opinionem Io. Dilectus, in tracta. de arte testand. titu. 1. caute. 7. Soci. in d. l. 2. & post eum Ruinus latè, col. 17. cum. 2. sequen. ubi abundè respondet omnibus ferè fundamentis pro contraria parte citatis, sed in ista ambiguitate, & in tã uarijs iuris nostri interpretum sententijs quid cõcludendum? dico quòd casu eueniente ego semper consulerem, ac iudicarem pro ista ultima sententia negatiua, isto argumento potissimum inter alia, nam qui non habet factionem testamenti passiuè non potest etiam ex donatione causa mortis capere. l. Senatus, in princ. ff. de donatio. causa mortis, ergo pari modo, qui non habet liberam factionem testamenti actiuè, sicut usurarius nõ debet posse donare causa mortis, & eandem opinionem reperio sequutum fuisse tanquam magis communem, magis tutam, atque animæ fauorabilem Clarus, in tracta. de donat. libro quarto, quæstio. septima. Limitatur tertio ista conclusio, seu dispositio. d. c. quanquam non habere locum in testa-

Cõis opi.

Cõis opi.

Hh mento

mento Iudæi, secundum Ioan. Dilectum in loco supra ci-tato, qui quidem Iudæi licet sint publici fœneratores, nihilominus possunt testari nulla prius cautione præstita, ut per Areti. consil. 158. copiosè, in 2. dubio, & in hoc sunt melioris conditionis, quàm Christiani usurarij. d. c. quanquam, & not. Alex. consi. 3. in causa, & lite, uol. 2. Soci. consi. 62. in præsenti consultatione, col. 4. & consil. 70. in præsenti, col. 1. uol. 1. Imo. consi. 1. circa fin. cum. 2. sequen. ubi dicit quòd Iudæi possunt, ut Christiani testamenta condere, & Corne. consi. 114. licet primo, col. fin. circa fin. uol. 1. & Cotta in memorali, in uersicu. usuræ trientes, circa fin. Limitatur quarto loco non procedere præallegata conclusio in donatione inter uiuos, ut per Bal. consi. 198. quæritur, lib. 2. & Ioan. Dilectum in allegata cautela. 7. Quintam uero limitationem ponit satis utilem, & communem Clarus, in d. quæstio. 26. & his accedit utiliter quòd usurarius manifestus dicitur probatione legitima concurrente, & fama ut per Abb. consi. 34. attingam, lib. 1. & consilio. 2. lib. 2. & probatur etiam usurarius ex fama, & quibusdam indicijs, ut post glo. tradunt Innocen. & alij, in c. cum diocesi, de usu. cum concordantibus, ut per Fulgo. consil. 138. uisis præcepto, & tradit Gemini. in c. 1. §. & quia, col. fin. de usu. libr. 6. & usura ipsa, seu consuetudo fœnerandi potest per testes singulares etiam probari secundum magis communem opinionem, quam citat, sequiturque Crauet. post alios ibi, per eum relatos consi. 73. num. 32. & accedit quoque prædictis quòd usurarius non dicitur ille, qui tenet pecunias in monte, quoniam non potest petere quando uult capitale secundum communem opinionem omnium scriben. quam allegat, ac sequi uidetur Alexan. in l. item quia. §. 1. nume. 2. ff. de pactis, & Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rub. 4. §. 23. nume. 38. ubi à numero 22. usque ad nu. 53. recensuit uiginti casus, in quibus usuræ permissę sunt. item occurrit quòd uendens rem plusquam ualet censetur usurarius. c. in Ciuitate, & c. nauiganti, ext. de usuris, & ista est communis opinio, ut latè consuluit Abb. consi. 5. in fin. nume. 3. uol. 1. similiterq; occurrit premissis quòd bona usurariorum non præsumuntur pro usurarum restitutione tacitè hypothecata, secundum Ioan. And.

[Margin notes: Cōis opi. (beside "test per testes"); Cōis opi. (beside "do uult capitale"); Cōis opi. (beside "de usuris")]

Andr. & alios Canoniſtas communiter,in d.c.quanquam, quam quidem communem ſequuntur,ſimul ac citant Moder. ibi,& Ant. Neguſantij de Fano, in tracta. de pignoribus,& hypothecis,in ſecunda parte.4.membri,nume.15, in contrariam uero ſententiam inclinauerunt, glo.in cap. tua nos. de uſur.& in d.c.quanquam. in uerſi. facultates,& ſimiliter Couarru. cum alijs ſignatis per eum, in d. cap.3. ſub numero ſexto , uidelicet, quod bona uſurarij non ſint tacite hypothecata pro reſtitutione ipſarũ uſurarum. & ulterius, nota,ad præmiſſorum intelligentiam quòd uſura dicitur in mercatore de intereſſe ante moram reſtituendæ pecuniæ paciſcente, eſto quòd ipſe mercator tantum lucrum in loco mutui ueriſimiliter facturus eſſet ſecundum communem opinionem omnium ſcriben. quam expreſſe citat,& amplectitur Crauet.conſil.87.nume.5.item accedit hoc etiam quòd uſurarius aliquis dicitur quamuis deſierit fœnerari,ſecundum doctrinam Bart. in l. prætor ait. §.is etiam.ff.de edendo, & in l.quis ſit fugitiuus, in princi. ff.de edil. edic. communiter approbatam ab omnibus Docto.ut refert Deci.in d. c.ex epiſtolæ, numero.99. ubi eam declarando nonnihil conatur ſuſtinere, & à plurimis contrarijs amouere, ac diſuellere, & eidem opinioni tãquam magis communi tutiorique animæ inhæret Clarus,in tracta.de teſtam. lib.3.quæſtio.26.uerſi.item quæro.item nota ulterius congruenter hic quòd uſurarius tenetur actori edere rationes ſuas pro intentione eius fundanda quando agitur de uſuris, uel ex cauſa reſpiciente uſuras , ſecus autem ſi contra uſurarium ageretur ex contractu uenditionis,uel ex alia ſimili cauſa,quę uſuras non reſpiciat,ut no. & tenet Anchara.& Cardina.in clemen.prima.§.cæterum de uſuris,& Bald. in c. clerici, col. fin. de uita, & honeſta. cleri. quorum opinionem affirmat eſſe communem Deci. in c.ex epiſtolæ,nume.101.cum ſequen.de probatio. item accedit poſtremo quòd uſurarius eſt infamis . l. improbũ , ubi Barto.Pau.de Caſt. & alij communiter per illum text. C.de infam. Matheſil. in notab.49.incip. nota,& Cotta in memorali,in uer.uſurarij,ubi hoc limitat,& declarat.

Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCCCXLIIII.

Vsufructuarius cui usufructus omnium bonorum fuit relictus, seu legatus tenetur ad onera aliena, simul atque onus æris alieni ad ipsum spectabit, secundum Barto. in l. fin. ff. de usufruct. lega. sed in contrarium facit de directo. l. 1. C. si certum petatur, & l. 2. C. de hære. actio. uidelicet, quòd usufructuarius omnium bonorum non teneatur ad soluendum æs alienum, & isthæc opinio contra Bar. uidetur communis, ut patet ex congestis per Ias. in l. 1. col. 3. & seq. ff. ad Trebel. per Deci. consi. 485. circa fin. & per Soci. consi. 131. in præsenti, col. 6. & Bello. consil. 7. numero 1. idemq; comprobatur ex his quæ scribit Barba. consil. 63. illud, nam creditoribus tenentur satisfacere hæredes de bonis hæreditarijs, ut per Pau. de Cast. in l. fin. §. sin autem æs alienum. C. de bonis quæ libe. ideoque hæres propter æs alienum soluendum, & pro satisfactione potest uendere bona mobilia, & immobilia ante quàm illa usufructuario tradat, & tanto minorem usumfructum habebit usufructuarius. l. usufructu bonorum. ff. ad leg. falci. & ibi Alex. & Bal. consi. 87. super primo, lib. 5. & Pau. de Cast. consi. 335. in causa quæ uertitur, & Deci. consil. 620. ubi scribit istam esse communem opinionem, licet, & malè Goza. consi. 94. asseueret contrarium.

Cōis opi. (margin, beside "uidetur communis") — Cōis opi. (margin, beside "esse communem opinionem")

OPINIO CCCCXLV.

Vsufructuarius cogitur cautionem præstare de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & restituendis rebus finito usufructu quales extabunt. l. si tibi. ff. de usufruct. earum rerum, quæ usu consumunt. & toto titu. ff. de usufruc. quem. caueat. & de soluendo earum rerum extimationem, ut per Federi. de Senis consil. 46. iure cautum est, nec potest testator usufructuario satisdationis necessitatem remittere. l. scire debetis. C. ut in posses. legato. & l. prima. C. de usufru. Soci. consi. 210. satis anceps, prope fin. Ias. consi. 40. tria, libr. 1. nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quem testator remittere non potest, secundum glo. in d. l. scire debetis communiter approbatam ibi à Docto. & in l.

Cōis opi. (margin, beside "quem testator remittere")

nemo

nemo potest.ff.de leg. 1.& ultra Docto. in locis præcitatis attestantur de dicta communi Guido Papæ consil.63.in 2. dubio,& Crauet.consi.174.nu.3.cum alijs seq.& quamuis Bal.in auth.cui relictum.C.de indic.uidui. tollen. per illũ tex.sentiat hodie correctam esse.l. primam, & idem putat Barba.consi.64.clementissimi,lib.2.tamen communis opi nio est in contrarium,ut per relatos Doct.& per Soci.con sil.131. in præsenti consultatione,lib.1. cum allegatis per Deci.consil.607.uiso puncto, proinde scias ꝙ non faceret fructus suos usufructuarius, quos percepisset ante cautionem præstitam,ut per Bal. consi.21. super primo,lib.2.lateque per Deci.in d.consil.607.& quatenus superius diximus testatorem non posse remittere cautionem de utendo,fruendoq; arbitrio boni uiri; dic quòd hoc uerum est, quando scilicet usus fructus est constitutus in ultima uolũtate, secus si inter uiuos, quia inter uiuos potest constitui usus fructus.§.constituitur,institu. de usufruct.& principalis constituens potest remittere huiusmodi cautionem, ut per Bar.in l.1.C.de usufruct.& ita debet intelligi. d.l.scire debetis, & eodem modo intelligi debet argumentum à contrario sensu ibi (minimè in testamento remitti posse) ergo extra testamentum, siue per hæredem, siue per testatorem bene posse remitti, quia quilibet sibi præiudicare potest; Limita etiam dictam conclusionem, ꝙ licet testator nequeat remittere cautionem de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri, potest nihilominus remittere cautionẽ de præstandis legatis,& fideicommissis hæredi.l.2.C.ut in posse. lega. & latè scripsi supra, in uersicu. cautionem de præstandis.

OPINIO CCCCXLVI.

Vxor per maritum relicta in testamento suo domina massaria, & usufructuaria omnium bonorum filijs hæredibus institutis potest habere alimenta sibi condecentia solummodo cum quadam præeminẽtia,& honore prout habebat uiuente marito,secundum Bar.Pau.de Cast. Imo.& Cuma.in l.Titia.§.fin. ff.de leg.2. glo.Bar.Cyn.Albe. Bal. & Saly.in auth.hoc locum.C.si secundo nup.mul. Corne.

consil.257.nu.6.& 12.uol.1.& consil.308.nume.3.uolu.4. Bellon.consi.6.nu.12. Capram consil.72.nu.17. Soci.iun. consi.94.nu.2.uolu.1. ubi dicit hanc esse communem opinionem,& consi.96.eod.uolu. Corne. in præcitato consil. 257.& Deci.consi.54. nu.1. & idem consuluit, idem Soci. consil.99. uolu.1. & hoc idem concludendum est in uiro, quem si uxor relinqueret dominum,usufructuariũ, & massarium, utique non posset habere nisi alimenta uigore legati huius propter identitatem rationis, quæ par est in utroque,ita uoluerunt Bal.Cum. & Flor.in d.l.Titia §.fin. Iasconsi.112.col.pen.uol.1.Curti.Seni.consi.11.col.pen. & Curti.iuni.consi.6.col.12.& Bald.in d.auth.hoc locum. & ista alimẽta potest accipere,ac sumere uxor propter huiusmodi præeminentiam propria authoritate, nec expectare debet,ut sibi ab hærede præstentur,ut uoluit Ioan.And. in add.Specu.in titu.qui fi.sint legiti.§.1.Ang. in l.1.ff.rerum amota.Alex.in l.nemo potest,col.6.ff.de leg.1.& fuit de intentione Bar.& aliorum,in d.auth. hoc locum,Alex. nu.15.Ias.nu.37.Crot. nu.26.Ruin. col.17.& cæteri communiter,in l.nemo potest.de lega.1.Picus,in d.l.Titia. nu. 116.& 133.Deci.consi.418.nu.3.& seq.Parisi.cons.21. nu. 2.uol.2.Gozad.consi.95.nu.11.& Soci.iun.consi.86.nu.7. uol.1. sed si filij morerentur etiam ꝙ habeant substitutum, maximeq; extraneum uxor prædicta debet habere integrũ usumfructum,ut per Bar.& alios,in d.l.Titia.§.fin.& istam scribit esse magis communem opinionem Soci. iuni. in d. consi.94.nu.2.post medium;Ampliatur,ac declaratur hoc etiam procedere ubicunq; filius eiusdem matrimonij moreretur, ac decederet stantibus filijs alterius matrimonij, tunc similiter matri debetur integer usufructus, quia dicta consuetudo Bulgari habet locum duntaxat superstitibus filijs primi matrimonij,ita eleganter tenuit Bald. in d. auth.hoc locum,& Ang.Areti.in tract.de testam.fol.31.tamen Bald.reuocando sententiam in melius tenuit contrarium,in d.l.Titia.§.fin. uidelicet ꝙ hoc casu uxori prædictæ debeantur solummodo alimenta secundum consuetudinem Bulgari, quem sequitur ibi Imo.& ita cõsuluit Ruinus cons.41.nu.4.& 9.uol.3.ubi dicit hanc opinionem esse ueriorem,& æquiorem.

Cõis opi. | Cõis opi. | Cõis & uerior opi.

OPI-

OPINIO CCCCXLVII.

Vxor perdit dotem propter adulterium commissum, & uiolatam pudicitiam.c.plerunque,de don. inter ui.& uxo. tenet glo.in auth.sed hodie.C.de adulte.& Salyc.communiterq; Doct. ibide,& de dicta cõi attestatur Bolognettus, in rub.C.de eden. nu.29. Amplia etiam hoc quòd mulier perdat donationem propter nuptias si maritus eam accusauerit, & sententiam reportauerit quoad separationem thori.l.consensu.C.de repudijs,licet gl. in d.c. plerunque expresse uelit quòd amittat duntaxat paraphernalia,quam quidem glo.dicit communiter approbari ab omnibus scriben.uarijs in locis,Boer.in decisio.338 nume.2.& Couarruuias,in epito.de matrimonio,in 2.par.cap.7.§.6. num.3. fol.paruo 135.& sequitur Gerar.sing.48. & singularem inquit Roma.sing.311.Ias.in l.2.ff.solu.matri. & Marsil. in l. pater marito,nu.3.ff. de quæstio. an autem mulier amittat dotem propter osculum luxuriosum hoc latè, abundeque ad partes discutitur nouissimè per Bolognet.in d. rubr. de eden.nu. 19.cum seq.sed Bal.in c.tuæ,de procurator.tenet q sic,idemq; firmat gl. in l.1.ff.de uarijs,& extraordi,crimi.Ripa,in rub.de iudi.col.3 Curti.iuni.& Bellonus, in d. rub.C.de eden.nu.8 ubi scribit simul cum alijs Mod.opinionem istam Bal. communem fore,& Couarru. in d.§ 6. nume. 3. Fallit dicta conclusio in uxore putatiua, seu de facto, quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium,sicut uera,secundum glo.in d.l.consensu, in uersic. sibi,quam simpliciter sequitur Alex. in l. 2. aliàs cum dotem.§.fin.col.2.ff.solu.matrimo. Bertachi.in suo repertorio,in uer.adulter.uersi.43. in uer. maritus adulter,uer.3. & in uer.Vxor.adultera,uersi.7. & ista gloss. comprobatur per dictum Calderi. post Lapum, in clemen. 1. colum. secunda, quæst.tertia,de priuile. ubi aiunt quòd illa clemen. puniens religiosos non habet locum in religiosis de facto, quorum religio est reprobata, quia eis non conuenit qualitas religionis. quod dictum sequitur Felyn.in c.accedentes,col.3.de præscrip.pro dicta glo.quoque uidetur facere dictum Calderi.consi.1.in titu.de hæret.ubi ait q excom-

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

quòd non priuetur dote vxor propter adulterium, si maritus tacuisset, secundum Bal. & Docto. in l. fin. C. de adulter. Bar, Bal. Ang. & alios, in l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. sol. mat. Alex. consi. 189. uol. 6. & latè Bermondus de publicis concubinarijs, in rub. de adulterijs, num. 72. & ante. & istorum sententiam communem fore, inquit Alex. in d. l. rei iudicatæ, col. 1. Ant. Abb. & Præpo. in d. c. plerunque, & Ias. in l. sororem, in fin. C. de his qui. ut indig. sed marito ignorante adulterium committens ab eius hæredibus ad amissionem dotis accusari posset, ita Cyn. in l. fin. C. de reuo. donatio. Anchara. & Abb. col. 3. in c. fin. de donatio. Præpo. in d. c. plerunque, col. 2. Roma. & Areti. col. fin. in d. §. hæredi, Marsil. in l. vnica, nu. 67. C. de rap. uirgi. Tiraquel. in l. si unquam, uer. susceperit, nu. 176. C. de reuo. donatio. & opinionem hanc scribit communem esse Ripa, in d. l. fin. C. de reuo. dona. q. 61. & seruari in practica ait Alex. in d. §. hæredi. idem uidemus quoque in matre quæ transiuit ad secunda uota superstite filio de hoc non conquerente, his stantibus si filius decedat non priuatur eius hæreditate, quia filius non conquerendo de matre uidetur iniuriam sibi factam per eam remisisse per dictum transitum, ut tradit Bal. in auth. ex testamento, col. 2. C. de secun. nup. Dec. consi. 206. col. 2. Ripa, in l. fin. C. de reuocan. donatio. in q. 61. col. 2. Tertiò coarctatur dicta conclusio non procedere in uidua quæ non priuatur dote propter stuprum in uiduitate commissum, secundum Alex. in l. fideicommissum. C. de fideicommi. licet Pau. de Cast. in l. sororem. C. de his qui. ut indign. in d. l. fideicommissum. & consi. 147. uol. 1. Præpo. in d. c. plerunque, col. 3. Fely. in c. pastoralis, de iudic. Gerar. sing. 48. Marsil. sing. 416. & in d. l. unica, nu. 53. & Ias. in l. 2. num. 6. ff. solu. matrimo. asseuerent contrarium, uidelicet, quod uidua mortuo marito stuprum committens perinde dotem amittat, ac si uiuente marito adulterium commisisset. & quamuis hoc non ausus sit firmare Ruinus consi. 155. nu. 2. uol. 3. propter discrepantiam tantorum patrum, tamen mihi magis placet opinio Pau. de Cast. omissis disputationibus, cæterisq; rationibus, quæ ad confirmationem prædictæ sententiæ Pau. castrensis adduci possent, quia per sese patent, & emicant; Quartò claudicat

Cõis opi.

Cõis opi.

cat dicta conclusio in muliere existente in patria potestate tempore perpetrati delicti, quæ sic adulterando non potest in dote patri nocere,secundum Spe.in ti. de dote post diuor.resti.§.formatis,uersi.quid si filia Dyn.Bal. & alios, in l.2.§.quod si in patris.per illum tex.ff.solu.matr. & Bar. in §.uoluntatem. eadem.l. & Doct.omnes communiter,in c. ex literis, de pigno. si uero mulier sit sui iuris effecta, & sic actio de dote sit in eam consolidata iuxta. l. unicam. §. uideamus.C.de rei vxo. actio. amittit dotem ex adulterio prius commisso, ut eleganter per Barto.in præallegato.§. quod si in patris,circa fin.& Pau.de Cast.ibidem,in uersic. item si uoluntate. Quintò fallit in hoc etiam casu,uidelicet, quòd si sententia diuortij lata foret propter adulteriũ uxoris, & uir fornicetur cogitur uxorem in consortium coniugale admittere,tex est singularis,secundum Abb. ibi in c.ex literis de diuor.Glo.Ancha. Ant. & Anania.in c.fi. de adulter. ubi Abb. recitat istam esse communem opinionem,sequiturque Præpo.in d. ca. ex literis,& communem dicit Fely.in c.lator, nume.9. de re iudi. atque sequitur,& æquiorem, inquit Guliel. Maynerius, in l. in ambiguis pro dote,nu.207.ff.de reg iuris. fallit quoque in uxore suspecta de adulterio,uel de morte uiri sui, quæ ob hoc non potest priuari dote de facto, nec per uim, sed requiritur causæ cognitio,& si spoliaretur ante omnia restitui debet casus est,in l.si maritus.la prima.ubi Bal.in specie hoc notat.C.de donat.inter uir.& uxo. & sequuntur alij signati per Fely.in c.Rodulphus.col.29.de rescrip.

Cõi. opi. (margin)

Cõis opi. (margin)

OPINIO CCCCXLVIII.

Vxor, seu mulier succedit in quarta parte bonorum viri,& sic mariti sui si liberi non sint ultra tres,aliàs succedit in uirili portione secundum indubitatam, & communem opinionem omnium scriben. & legatum factum coniugi non tollit dictam successionem, sed computatur in partẽ. tex.est in auth.præterea.C.unde uir,& uxor; ista uero successio,nota, habet locum, quando matrimonium est absq; dote, uel cum parua dote, ut declarat Alexan. & Ias. post alios Doct.communiter,in d.auth.præterea,& dos ista intelligitur

Cõis opi (margin)

Cõis opi. (margin)

telligitur parua, quando non sufficeret ad alimoniam vxoris,& ista est communis opinio,ut constat ex congestis,relatisq; per Barb.consi.74.scriptis,lib.4.quod quidem procedit etiam si coniugi post acquisitionem huiusmodi quartæ superuenirent diuitiæ, nam post effectum consumatum cessante causa non cessat effectus.l.fin. C. unde libe. & latè per Deci.consi.24. pro uirili; Amplianturq; prædicta ultimo loco similiter procedere si testator expresse prohiberet vxori suæ in testamento detractionem istius quartæ, nam testator per legatum uxori factum non potest prohibere dictam detractionem, secundum glo. in §. si uero expressim,in uersi.hæredem, in auth. de hæredi.& falci.cum qua sentiunt omnes Doct.communiter,ut patet ex congestis per Alex.in d.auth.præterea,& per scriben.in l.si cum dotem.§.si pater.ff.solu.matrim.& confirmatur hoc ex dictis per Bal.in l.filium quem habentem,col. 10.uer.deinde quæritur.C.fami.erciscun.licet Saly.& malè,in d. authen. præterea teneat contrarium; Interpretantur prædicta ulterius quòd illa quarta,quæ debetur ex dispositione. d.authen.præterea marito inopi præmoriente uxore locuplete locum habet,tam condito testamento,quàm ab intestato,& sic contra uoluntatem uxoris,secundum omnes Docto. in d. auth. præterea, & istam ait esse communem opinionem Corne.consi.4.colum.2.& 3.uol.4.& Soci. consi. 121.col.4.uol.4.

Cōis opi. Cōis opi. Cōis opi.

FINIS PRIMI TOMI.

Brunorus à Sole Venetus Iur.Vtr.Doc. Corrigebat.

VENETIIS.

COMMVNIVM
OPINIONVM
EX OMNIBVS VTRIVSQVE CENSVRAE, AVLAEQVE DOCTORVM SCRIPTIS,

Per Alphabeti ſeriem collectarum.

LIBER SECVNDVS.

In quo omnes ferè communes ſententiæ quæ ad ius Pontificium ſpectant non hactenus editæ, nec impreſſæ, docte admodum & diligentiſſime pertractantur.

Authore Clariſſimo Domino FRANCISCO VIVIO Aquilano Vtr. Iur. Doct. celeberrimo.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M D LXVII.

ILLVSTRISS.^mo, ET REVERENDISS.^mo

S. R. E. CARDINALI

Scipioni Rebibæ.

Camillus Viuius. *S. P. D.*

YRVS ille Rex Persarum sapientissimus, Scipio Cardinalis amplissime, omniq; laude præstantissime, dictitare solebat, imperium nemini conuenire, qui illis, quibus imperaret, melior non esset. Id quod tu, cuius opera Pius V. Pontifex uerè pius in orbe terrarum administrando quamlibentissimè vtitur, assiduè, ac multum cogitasti. omnibusq; neruis contendisti, ut, sicut dignitate cæteris hominibus antecelleres, sic etiam ijs sapientia, bonitate, doctrina, omniq; uirtute præstares. Et quia ad uirtutem, vt Hesiodus, Aristoteles, Cebes Thebanus, & cæteri omnes authores ostendunt, ac rationi consentaneum est, sine maximis laboribus perueniri minimè potest, tu sine vlla intermissione studia coluisti, nullumq; recusasti laborem, vt ingenuarum artium, omniumq; magnarũ rerum scientiam consequereris, excellentemq; tibi virtutem comparares. Alij quidem homines in ludis, pestiferis voluptatibus, ac rebus inanibus operam suam locauerunt. Tu verò, qui ab omnibus rebus, quæ ab honestate, laudeq; remotæ sunt, semper longissimè abfuisti, Plutarchi doctissimi Scriptoris, ac sapientissimi viri sententiam secutus pulcherrimas, honestissimasq; voluptates in beneficijs bene conferendis,

ferendis, & in uita laudabiliter agenda suas esse iudicasti, itaque omni tempore te gesisti, atque geris, ut, sicut Sicilia tua nobilissima Patria omnium insularum quæ à mediterraneo mari abluuntur, principatum obtinet, sic tu omnibus uiris, qui ad sacros honores ascẽderunt, in omni laudabili re sis longè præstantior. ex quo fit, ut omnes homines ad te amandum, laudandum, omnibusq; modis colendum impellantur. Ego quoque ijsdem causis, & beneficijs prætereà, quibus propinquos meos affecisti, adductus, quia ingrato homine, ut Ausonius Poeta inquit, nil peius terra creat, statui aliquam meæ summæ erga te obseruantiæ significationem dare. Itaque cum Franciscus Viuius frater meus à primis temporibus ætatis in studijs elaborauerit, &, dum Perusiæ Iurisconsultos Clarissimos audiuit, id oneris susceperit, ut Communes Pontificij, ciuilisq; iuris Opiniones colligeret, maxima quidem molestia se studiosos liberaturum existimauit, si susceptum laborem ad exitum perduceret. Primam igitur Communium Opinionum partem, quæ ad ius ciuile pertinet, anno proximo superiori imprimendam curauit. Nunc uerò, cum secundam earum partem, quæ ad ius Pontificium spectat, edere cogitet, & cum ad hoc consilium capiendum à me impulsus fuerit, librumq; ipsum, quo communes ipse opiniones continentur, ad me miserit. Eum tibi potissimum, qui diuinarum, humanarumque rerum es peritissimus, atque in omni literarum genere excellis, dicandum esse putaui: tum, ut meæ, fratrisq; mei in te obseruantiæ argumentum sit: tum etiam, ut cum tui amplissimi, & clarissimi nominis inscriptione peruulgatus, obtrectatorum linguas uitare possit. Huius autem libri Lectionem,

nem, ubi te maximis, quibus distineris, occupationibus paululum relaxaueris, respirandiq; potestatem nactus eris, non parum delectationis tibi allaturam esse confido. in eo enim non modo innumerabiles ferè clarissimorum Pontificij iuris interpretum opiniones mirificè inter se congruentes, sed plurima etiam è Sanctis, augustisq; Theologorum fontibus hausta reperies. Quapropter te etiam, atque etiam rogo uir amplissime, ut hilari animo hoc tenue munus accipias, & me, fratremq; meum, qui tui obseruantissimi, atque ad ea omnia, quæ tibi grata erunt, agenda maximè propensi, ac parati sumus, diligas, commendatosq; habeas. Extremum illud est, ut tuas manus omni honore dignissimas suppliciter osculatus, Deum Opt. Max. toto animo orem, ut ea omnia, quæ optas consequaris, & diutissimè, atque summa cum felicitate uiuas. Vale amplissimi collegij decus. Perusiæ VIII. Idus Martij. M D LXVI.

COMMVNIVM OPINIONVM CLARISSIMI I. V. DOC. DOMINI FRANCISCI VIVII AQVILANI non hactenus excussarum.

TOMVS SECVNDVS *Feliciter incipit.*

OPINIO PRIMA.



BSOLVTIO à iuramento, ubi dubitatur utrum quis absolui debeat ab ipso iuramento, uel ne, nullus inferior à Papa potest de hoc cognoscere, uel talem absolutionem facere, secundum Ioan. de Imo. in c. cum contingat, in 3. mem. in fin. de iureiu. Alex. consil. 42. uol. 1. & 223. uol. 2. Soci. consi. 115. col. 4. uol. 1. Corne. cõsi. 71. col. fi. uol. 3. & hoc idẽ uidetur innuere, & haberẽ pro constanti Afflict. decisi. 220. nu. 9. & 11. & Fel. in c. 2. ex lr̃is Syluani. de spõsali. Licet ipse, & malè uariauerit, in c. 1. ex. de iureiu. & absolutio ista nihil ꝓdest impetranti parte nõ citata, quoniam requiritur citatio in obtinendo absolutionem prædictam, secundum Io. And. in add. Specu. in tit. de iureiu. super rub. in add. fin. Ant. Imo. & Cardi. in c. debitores de iureiu. Federi. de Senis consil. 300. factum proponitur esse tale, Anchara. consil. 199. prædictis subtiliter, Alexan. consi. 36. uol. 3. & consi. 90. uisis actis, uolu. 2. cum alijs cumulatis per Curti. consi. 43. col. 7. & fin. & consi. 65. col. pen. ubi concludit quòd pars semper citanda est, quan do absolutio concedi non potest sine causa, quod tenet ẽt Soci. consi. 59. uol. 3. nu. 15. & Corne. consi. 45. col. fin. lib. 2. ubi dicit, & firmat quòd semper pars quæ læditur citanda est, quando iuramentum est confirmatorium cõtractus, & Pau. castren. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. inquit fatuos esse iudices, qui putant posse absoluere à iuramento

confirmatorio,& opinionem hanc sequitur etiam Alex.in l.hæres absens.ff.de iudic.ubi ponit esse ueram, & eandem magis communem asseuerat sequendo,& approbãdo Marsil.in repeti.l.de unoquoque,nu. 193.& seq.ff.de re iudi. & consulendo Io.de Amicis consi.34.nu.7.& seq. & pro ista parte ait se pluries consuluisse Cardi.in d.c.debitores. Licet Doct.in c.1.de iureiu.uideantur ponere regulam,absolutoriam à iuramento posse concedi parte non citata, & quòd habilitatio, seu absolutio à iuramento quoad effectũ agendi fieri possit,etiam parte non citata,& est communis opinio omnium scriben.teste Alciato, in d.c.cum contingat,nu.124.& magis communem fatetur Afflict. in d. decisio.220. num. 10.nihilominus quoad numerum illustrium Docto. iudicio meo prior opinio uidetur magis communis,ideo rationabiliter dixit eam magis communem Marsil.in loco præcitato, & eam tanquam ueriorem, & communiorem ipse sequor, & amplector, & sequitur quoque pluribus rationibus, atque limitat in sex casibus Tiraq. in trac.res int.al.ac.in limit.30.fol.par.20. sed ubicunque peteretur absolutio à iuramento ad finem, & effectum dissoluendi contractum penitus, & omnino citatio requireretur,& necessaria esset absque dubio aliquo,secundum Docto.omnes uno ore,in d.c.cum contingat, ubi Alciat. meminit istam esse communem opinionem, & dato citra ueri præiudicium quòd concedi possit absolutio à iuramento interposito in contractu ex causa iusta allegata in rescripto Apostolico quoad effectum agendi absque partis citatione secundum communem præmissam, tamen si Papæ fuit obreptum, uel subreptum in impetratione huiusmodi absolutionis, talis absolutio non ualet, neque tenet, & iudex secularis potest cognoscere de istis causis,& subreptionibus absolutionis prædictæ à iuro,secũm Anch.cons.382. retento ordine, ubi tenet quòd iudex secularis non obtemperat ecclesiastico iudici, nisi, quando ipse processit iuris ordine seruato,aliàs secus,& sequitur Fely.ad id plura adducens,in c.cum sit,colum.5. de foro competen. & sic oppositione facta per partem quòd absolutio est subreptitia potest de hoc cognoscere iudex secularis, & ita fuit decisum per sacrum concilium Neapo.secundum Afflict. in d. decisio.

Cõis opi.

Cõis opi.

decisio.220. numero nono ,& undecimo , ideo aduertere debent impetrantes rescripta à summo Pontifice ab absolutione à iuramento quoad effectum agendi, ut petere debeant relaxationem à dicto iuramento nedum ab uno, sed ab omnibus iuramentis præstitis in contractu,seu contractibus gradatim,ordinatim,& successiuè,ac explicitè,& expresſè,non autem relatiuè,& implicitè,secundum Soci.in d.consi.59. numero. 10.& Fel.in d.c.debitores,ubi allegat Bal.in l.2.ff.de iureiu.in reperi.fol.9.& similiter aĩaduertere debent impetrantes isti absolutionem à iurõ, ut faciant mentionem in rescripto apostolico,ꝙ impetrans ipse iurauit in contractu ei non contrauenire,sed oĩa,& singula uera esse,& non petere absolutionem, etiam ad effectum agẽdi,ubi hoc in cõtractu ipse promisit modo, & forma,ut supra,& prædictis clausulis appositis, aliàs hoc non expresso specificè absolutoria contra tale iurm non ualet, & sic impetrans iste non est absolutus, neq; habilitatus, secundum Bal.& Io.de Imo.in l.hæc scriptura.ff.de condi. & demon. Curti.in d.consi.43.col.8.& seq. & Soci.in d.consi.59.nu. 10. Ant.& alios,in d.c. 1. de iureiu. & Afflict.in d.decisio. 220.nu.11. & seq. cæterum casu,quo quis habilitatus esset à iurõ ad effectum agendi,atq; excipiendi censeretur quoque absolutus ad effectum rescindendi contractum,secundum Pau.castren.consi. 259.col.fin.uol.2.Afflict. in cõstitu.obscuritatem.sub nu.24.rub.40.lib.2.& sacrum regium concilium Neap. teste Afflicto decisio.322.Dominus. sub num. 11.& seq.in contrariam uerò partem uidelicet,ꝙ necessario peti debeat iterum absolutio , & ꝙ prima nequaquam sufficiat inclinauit Fely.in d.c. 1.col.pen.de iureiur. & Rota Bononiẽsis , ut deducit Petrus de Benintendis decisio. 14.quidam fuit absolutus,quorum quidem opinionẽ tanquam tutissimam,uerissimamq; ipse sequor.

OPINIO II.

Actio redhibitoria durat sex mensibus utilibus , ut l. cũ proponas.C.de ædilitijs actio. & l.sciendum.§. fin.ff. eod. tit. & cõceditur actio hæc redhibitoria emptori per actionem ex empto ex quatuor causis, scilicet ob morbum , ob uitium , necnon qñ pronunciatũ est quid adesse, qđ abest, uel

uel abesse,quod adest,itē quando non cauerit uenditor de his,de quibus iubent cauere ædiles,secundum Azo.in summa super.C.de ędili.actio.§.fit aūt,& ut clarius,apertiusq́; hoc intelligas actio prędicta redhibitoria datur, quando emptor si sciuisset rei uēditæ uitiū, eā nullo modo emisset. l.1.§. quicunque.ff.de ædili.actio.ideo agit is intra sex mē ses ad redhibitionem, ut uenditio rescindatur omnino. l. redhibere.ff.de ędil.edi.l.secunda. C.de ędilit. actio. & d. l. sciendum. §. tempus, & actio ista redhibitoria personalis, quanto minoris, & similis competit, etiam contra eum,qui bona fide contractum fecit.l. tenetur.ff. de actio. emp.sed limitatur,seu interpretatur hoc ꝙ actio ista redhibitoria præscribatur,tollatur, & extinguatur quoad utrunque forum pontificium,scilicet,& seculare spatio, & tempore prædicto sex mensium legibus definito, etiam aduersus eum,qui malam fidem habuisset,secundum Pau.castrē. in l.sequitur.§.si uiam,nu.6.post medium.ff.de usucap.Panor.col.3.Fely.col.2.in c.fin.de præscrip.Balbum,in tract. de præscrip.in 2.par.3.par.princ.q.13.Crotum,in l.nemo potest,nu.117.ff.de leg.1.& in l.omnes populi conclus.11.

Cōis opi. ff.de insti.& iur.& istorum opinio communis est, prout testantur Moder.in d.c.fin. & eam sequitur quoque Mathesi. sing.23.Panor.in c.quoniam,col.5.post Butri. & ibi Felynus,col.2.de præscrip.scribit istam esse communē sententiam. interpretanturq́; prædicta similiter non procedere, ut non competant dictæ actiones emptori, qui sciuerit rei emptæ uitium.l.1.§.si intelligatur.ff.de ędilit.actio.& not. Corne.consi.81.nu.1.uol.3.tamen uendens animal alicui, dicensq́; illud uendere cum super ossibus, schinellis, pro bulso,marcio, & fragido, & cum alia quacunque generali protestatione, & ꝙ non uult denique de aliquo alio uitio teneri, tunc si animal hoc morbo antiquo uexatum sit, de quo uenditor ipse quomodocunque, & qualitercunq; notitiam habuisset tenetur specificè notificare proprium uitium,nec sufficit protestatio præmissa sub generalitate uerborum, & quòd non uult teneri, & cætera, & sic uenditor ex quo non notificauit proprium uitium tenetur in hoc casu redhibitoria, & restituere pretium, & reaccipere suū animal,ita in terminis consuluit Corne.in d.consi.81.cæterum

terum extincta actione redhibitoria quanto minoris,& simili adhuc remanet obligatio in animæ iudicio ad damni compensationem iuxta distinctionem san.Thom.in 2. 2.q. 77.arti.3.Maior.in 4.sententiarum distin.15. q.40. arti.3. sylueſt.in uer.emptio.q.19.Caiet.in d.art.3.& Matthesi.in d.singu.23. imo si quis egerit redhibitoria, & succubuerit potest agere postea intra annum quanto minoris,secundũ Bal.in l.pen.col.2.C.de ædilit.actio. Cremen. sing.164. & Cottam in memoriali,in uer.actio redhibitoria.

OPINIO III.

Actio dotis competens mulieri constante matrimonio marito uergente ad inopiam cum iuramento per ipsam mulierem alteri cedi non potest, secundum Bald. col.4.& Saly.col.2.in l.1.C.de priuil.dotis,& Ias. cum alijs relatis per eum,in l.si constante,col.fin.ff.solu matri.Curti.seni. consil. 57. per totum, ubi refert alios doctores contrariæ opinionis,tollitq; omnia obstacula,& sequitur etiam Soc. iuni.consulendo consi.55.nu.11.uol.2.ubi istam opinionẽ æquiorem,communioremq; uocat. Cõis opi.

OPINIO IIII.

Actio Seruiana, seu interdictum Saluianum competit locatori pro rebus coloni illatis,etiam contra extraneum possessorem, & sic pro rebus coloni inuectis cõpetit locatori directum Saluianum ipsum,utile autem locatori cõpetit pro rebus inquilini,& cuilibet creditori etiam, ut est casus,in l.1.C.de salui.interdic. competitq; non solum cõtra conductorem,ac debitorem,aut inquilinum,atque eorum hæredes,ut d.l.1.& ibi Bal.uerum etiam contra quẽlibet extraneũ possessorẽ,ut est tex. in l.1.§.1.ff.de salui.interdic. & ibi Bart. & sic saltem utile Saluianum competit pro rebus inquilini,secundum glo.in uer.coloni,Fabrum, Areti.Ias.& Bellonum,nu.23. in §. item Seruiana,institu. de actio. ubi firmat istam esse communem opinionem, & cum ea sentiunt quoque Bar.in d.l.1.ff.de salui.inter.Bald. & Saly.in l.certi iuris.C.locati,& Negusantius,in tract.de pignoribus,in 2.par.4.membro,nu.133. Cõis opi.

OPI-

OPINIO V.

Actione iniuriarum experiri,atque agi potest contra dicentem tu mentiris per gulã, & sic iste ob hmõi uerbi iniuriosi prolationẽ non obstãte protestatione præmissa, & facta saluo honore, pace,uel reuerentia tua tenetur simul ac puniri põt actione ista iniuriarũ,secundum Dy. Bart.Ang. Pau.castren. Alex. & cæteros oẽs,in l. si quis extraneus,in prin.ff.de acq.hære.per tex.ibi,Abb.in c.cum te,de re iud. Ang.Aret.in tract.malefi in uer.uerba iniuriosa, & contumeliosa,nu.9.& ibi Aug.in add.Albe.de Rosa.in tract. statuto.in 2.par.q.43.Bar.in l.apud Labeonem.§.1.ff.de iniu. Fel.in c.quæ in ecclesiarum,col.34.de constit.Alex.in l.& si pepercerit,nu.5.ff.de libe.& posthu.& Ias. in l.non solũ. §.morte,nu.47.ff.de oper.no.nun.ubi ostendit istam uerã, cõemq; opinionem fore,& eam sequuntur,& limitãt pariter Alex.nu.3.& Ias.nu.3.cũ alijs seq. in l.fi.ff.quod quisq; iuris,& Boeri.consi.4.nu.10.24.25.27.29.& 32.& in consuetu.bitu.consi.1.& Tho.Ferrat. in cautela.39. ubi tradit remedium post alios signatos per eum euitandi actionem iniuriarum in casu isto,quod tutissimum esse reor. Cæterũ hoc coarctaretur non procedere ubicunque quis diceret tu mentiris prouocatus,& ad defensionem suæ innocẽtiæ, tunc.n.iniuria non colligeretur, nec colligi posset ex istis uerbis ita,& taliter prolatis,secũdum Bar. in l.eum qui nocentem.ff.de iniu.Gul.de Cu. Bald.Ang.Alex.nu.3.& Ias. in d.l.fin.quod quisque iur.Abb.in c fin.ex.de iniur. Phili. in d.c.cum te,col.fin.Boeri.in d.consi.4.sub nu.25.& 29.& Alex.in d.l.& si pepercerit,nu.7. Item non haberet locum memorata communis sententia, quando quis improperaret alicui delictum extra iudicium, & per consequens infamaret eũ de certo crimine, uidelicet, ꝙ mitriatus extitit, uel est latro,uel spurius,& crimẽ,ac infamia hæc uera quidem sit,atq; intersit reipublicæ scire, ut infamia ipsa appareat, ne ad dignitates admittatur, non teneretur actione iniuriarum,ut uoluerunt Pet.Cy.& Alberi. in l.si non conuicij,in q.8.C.de iniu.Bar.in d.l.eum qui nocentem,Bald. Areti.& Nico.de Neapo.institu.de iniur.in princ. Alex.in d.l.& si pepercerit,nu.6. ubi istorum opinionem communem

Cõis opi.

Cõis opi.

nem esse perhibet, & sequitur etiam latè consulendo, & cõmunem dicit Boe. in d.cons.4.sub nu.36.cũ alijs seq.& 46. & Paleotus, in tract. de notis, & spurijs, cap. 64. In contrariam uero partem inclinauit sacrum regium conciliũ Neapolitanum, teste Gramma. decisio. 37. nullam mentionem faciendo de communi præmissa. sed aduerte ꝙ compensatio non habet locum in actione iniuriarum, & sic iniuriatus reproperare nequit iniuriam aduersus iniuriantẽ proferendo similem, seu maiorem iniuriam, secundum Doct. præcitatos, Boer. in d.consi.4.num.20. & seq.& Capicium cum alijs congestis per eum decisio. 58. in causa Nicolai de Capullo, ubi recitat in facti contingentia ita decisum fuisse in sacro concilio Neapo.

OPINIO VI.

Actiones datiue non transmittuntur aliquo modo ad hæredes, secundum glo. fin. in l.cum precario.ff.de precario, & in l.fin.§.fin ff.de eden. Ias.cum alijs relatis per eum, in l. iurisgentium.ff.de pact.colum.2. & Couarruuias, in c. possessor, de regu.iuris, lib.6. par.3.§.1. nume. 4.ubi refert istam communem opinionem fore. In contrariam uero partem, uidelicet, quòd ipsę actiones datiue transeãnt ad hæredes inclinauere Deci. cum quàmplurimis congestis per eum, in l. cum mota. numero septimo. C. de transactio. & Gregorius Lupus, in l.7. titulo quarto, parte quinta, & Emilius Ferrettus, in d.l.iurisgentium.§. & ideo, ubi existimat istorum opinionem communem esse; tamen prima opinio uerior apparet, prout ostendit Couarruuias, in d.c.possessor, atque ei tanquam magis communi inhærere tutissimum existimamus. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO VII.

Actiones reales iure canonico, & ciuili tolli non possunt per præscriptionẽ 30.uel 40.annorũ, sed actiones personales utiq; extinguuntur præscriptione inducta iure ciuili 30.annis, ẽt mala fide, scd'm Host. in sum. de præscrip. rer.immob.§.res, col. 1.uer.actiones psonales Bar.in l.hæc

autem

autem iura.ff.de seruit.urb.prædio.Bal.consi.437.uolu.1.
Bart. & Roma.in l.sequitur.§.si uiam.ff.de usucap.Bonifa.
in clemen.col 3.de re iudi.Corne.consi.206.uol.2. & con
si.296.uol.3.Bellameram,in c.fin.de prǽscrip.decisio.Tho
losa.73.Papien.in sua practi.in for.responsionis rei conuē
ti super uerb.præscriptionis,& Moline.ad Alex.consil.99.
Cōis col.2.uol.4. qui præsupponunt istam opinionem,ac distin
opi. ctionem ueriorem, & communem fore, & in practica ob-
seruari. in contrariam uero partem inclinarunt Panor. &
alij omnes,in d.c.fin.glo.Ancha.& Francus,in reg.posses-
sor malæ fidei,de reg.iuris,lib.6.Pau.castren.consi.98.lib.
Cōis 2.Alex.d.consi.99.col.2.uol.4.& consi.102.uolu.1. in fin.
opi. Ancha.consi.5.quorum opinionem sequuntur,& explicāt
communem esse Imo. nu.19.& Fely.col.2. in d.c.fin.Balb.
in tracta.præscrip.in 2.par.3.par. prin.q.13. Imo.in d.§. si
uiam.Crotus,in l.nemo potest,col.4.& ibi Ripa,num.116.
ff.de leg.1.Gratus consi.41.col.fi.vol.1.& Gomesi. instit.de
actio.in prin. nu.68. & eandem sententiam tuetur Fortun.
in tract.de ultimo fine. illat.2. & tenet Matthesi. singu.23.
uidelicet, quòd actiones personales præscribi non possint
à debitore, qui sciuerit se debitorem esse, etiam triginta,
uel quadraginta annorum curriculo,ac spatio,& sic actio-
nes pariter personales cum mala fide nullo tempore præ
scribuntur,secundum opinionem istam ultimo loco rela-
tam,quæ ex deductis magis communis apparet,& ab ea in
iudicando,consulendoq; tanquam magis communi since-
ram iuris ueritatem profitendo nullo pacto discedendum
esse existimo. & hinc deducitur alia conclusio quòd actio-
nes ipsæ personales de iure canonico, & in conscientia cū
mala fide debitoris nullo modo præscribuntur spatio tri-
ginta,uel quadraginta annorum, & præcipuè interueniente
te iuramento,secundum Ang.& Roma.in d.§.si uiam. glo.
Bald. & Imo. in d.c.fin. & Iaffredum post alios complures
relatos per eum decisio.148.actiones personales, nam ubi
de peccato uitando agitur lex secularis cedit,& subijcitur
pontificiæ, quoad utrunque forum,glo. est ordinaria,in d.
reg. possessor,cum qua transeunt ibi Francus, & omnes, &
Fely.in c.in causis,col.2.de testibus,& in c.1. col.8. & in c.
ecclesia,col. 16.de constitu.

OPI-

OPINIO VIII.

Aduocatus poteſt compelli ad ſuſcipiẽdum delegationem, ſecundum Bar.in l.ſancimus, la prima, nu.2.C. de aduoca.diuerſo.iudicio.& ſimiliter ipſe aduocatus cogi poſſet litigantibus conſulere, ſecundũ gl. in l.2.C.de proxi.ſacro.ſcri.lib.12. & Bar.in d.l.ſancimus, quorũ certè opinionem affirmat eſſe communem Fely. in c. ſi pro debilitate, col.fin.de offic.deleg.Iaſ.in l.3.aliàs cum qui res, nu.13.C. de procuratoribus,& Ripa, in tract.de peſte, in titu. de remedijs ad curandam peſtem, nu.89.ſed idem aduocatus cogi non poſſet ad ſubeundum officium aduocationis,& poſtulationis, niſi urgente neceſſitate, ut per Bar. in d.l.ſancimus in ſummario,& aduocatus iſte pro ſuo patrocinio poteſt petere,& conſequi ſalarium, & mercedem, ſecundum qualitatem negocij, conditionem clientuli, conſuetudinẽ loci, & grauitatem, facundiam, & excellentiam ſuam, dũmodo non excedat centum aureos. l.1.§. in honorarijs.ff. de uar.& extraordi.cognitio.per quem text.ita uoluit glo. in l.1.§.ait prætor, in uer.non habebunt.ff.de poſtu. & Zaſius, in §.tripli, nume.20.inſtitu.de actio.& hoc non modo procedit de iure ciuili, ſed de iure etiam canonico, ut habetur, in c.non licet.2.q.3.& tenet glo.& Cardin. in c. qui ſtudet.1.q.1.& Gui.Pap.in q.190. & ſalarium hoc aduocatus petere poteſt etiam quòd cauſa, & lis non terminetur mediante ſententia diffinitiua iudicis, ſed per amicabilem compoſitionem gl.in l.fin.in uer.ex euentu.ff.manda.Specu.in tit.de ſala.in §.ſequitur, uerſi.ergo ſi litigator, & Iaſ. in §.tripli. col. fin. inſtitu. de actio. quia non ſtat per eum cauſam ipſam adiuuare, & pactum obſeruare, ſecundum Gui.Papæ.in q.101. nu.2. ubi meminit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur Cagnolus, in l.diem functo nu.156.ff.de offi.aſſeſſ. & aduerte, quòd aduocatus pro præſtatione, & ſolutione ſui ſalarij poſſet cogere clientulum ſuum officio iudicis mercenario, ſecundum Barto. & omnes, in l.properandum.§.illo proculdubio, in princ.C. de iudi.immo intrepidè dixit Amanell.in ſingu.253. quòd aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalarium dimittere poteſt clientulum ſuum, hærereq; parti aduerſæ, & eam totis uiribus

Cõis opi.

Cõis opi.

ribus iuuare per glo.in fin. in l. 1.C.de aduo. fisci, sed id agens in Regno Neapo.certè nedum maxima reprehensione dignus foret, sed pœna etiam non leui plectendus ueniret, quod optimè sancitum esse existimo, tam pro conseruanda grauitate aduocatorum, quàm etiam pro falsitatibus excludendis, remouendis, ac penitus euitandis, ideo potius suaderem aduocato, ut totum salarium sibi occasione postulationis debitum amitteret, quàm cum perpetua eius infamia parti aduersæ inhæreret, quinimmo meminisse eos oportet aduocationis officium de iure diuino esse,& Christum Saluatorem nostrum,quandoque pro salute humani generis multorum aduocati subijsse munus, quod eleganter pluribus comprobat Caccialupus,in tract. de aduoc.q. 1.& aduocatus instructus,informatus, ac edoctus de iuribus unius partis, cui promiserat patrocinium præstare,si deinde eam relinquat, & pro altera patrocinetur incideret quippè in crimen falsi,non autem præuaricationis,ut uoluit Barto.in l. 1. ff.de præuaricato.cui omnes communiter inhærent,Alciat. quoque, in l.præuaricatores.ff.de uerb.sig.& Aegidius Bossius,in practi. crimi.in titu.de præuaricatoribus, nu. 2. & 5. fol. 164.ubi facit mentionem de ista communi opinione.

Cōis opi.

OPINIO IX.

Adulteri puniri debent pœna mortis naturalis,vltimiq; supplicij,secundum omnes Doc. per tex.ibi,in l.quamuis. C.de adulte.gl.& cæteros,in c.tuæ,de procurator.ubi Im. inquit quod Legistę ita communiter tenent,& istam magis cōmunem fore asseuerat Alex.consi. 13.num.3.uol.7.nec lex ista contra adulteros lata iniqua censeri debet, cum de ea meminerit in specie Caieta.in 2.2.q.64.articu. 11.Tho. & Palud.in 4.sententiarum distin.37.q.11.articu. 1.& Io.maior.in 4.sententiarum dist.35.q.1. immo similiter lege mosaica erat statuta eadem mortis pœna contra adulteros Leuit. 20.quoniam adulterium est grauissimum crimen, ut per Doct. in c.at si clerici.§.de adulterijs,ex.de iudi.& dicit Bertra.consi.; 16.nu. 12.& 14.uol.2. quod adulterium crimen est læsæ maiestatis proximum, & est furto longè grauius, & ita sunt grauissima facinora adulterium, & raptus

Cōis opi.

quòd

quòd conatus in eis punitur,vt tenet idem Bertran. consi. 169.nume.1.volu. 3. licet contrarium tenuerit Marsil. in raptu,in consil. 105. & hęc mortis pœna in adultero ipso in regno Neapo. mutata non reperitur,teste And.de Iser. & Afflict. in prin. in constitutio. legum asperitate lib.3. rubr.42. & hac met pęna mortis plectebatur adultera quo que l.castitatem,& d.l.quamuis, C. de adult. sed iure authenticorum mutata extitit in aliam mitiorem,uidelicet, vt adultera verberari debeat, & postmodum in monasterium detrudi, iuxta auth. sed hodie, C.de adulter. & not. Placentinus in tract.de accusatio. titu.3. nu.14. constitutione auté regni pręcitata,legum asperitate, punitur adul tera confiscationis bonorum pœna, nisi ex matrimonio violato,seu alio filios habeat,traditurq; uiro suo, vt truncare ei nasum debeat, atque possit, verum si vir hoc agere nolit publicè flagellanda uenit. & sic in iudicio probato adulterio conceditur marito vindicta prædicta trunca tionis nasi, si uerò in actu ipso adulterij maritus reperit vxorem cum adultero, ambos sine mora protracta potest impunè occidere secundum constitutio. eiusdem regni,si maritus vxoré, sed aduerte ꝙ quando maritus recepit mu lieré adulterã,& eam reconciliauit, non amplius pôt eam accusare,ut uoluit Afflic. in cõstit.qui post crimé in 2.lib.

OPINIO X.

Adulter clericus deponitur ab officio, ac beneficio, & in monasterium pariter detruditur toto tempore uitę suę vt habetur in c.si quis clericus. 81.dist.& idem tenet Glo. & Archid.in c.lator 2.q.7. Goffre. Bernar.Lauden. Ioan. And.Abb.& Imo.in c.vt clericorum de vita & honest.cle. Io.de Ana.in c.ut significauit ext.de adul. & ista est cõmunis opinio,teste Ana.ibi; Io.Ber. Diaz in practi. crimi. c. 79. in prin. & Paulo Grillando in tract.de pœnis omnifariam coitus illiciti quæstio. 6. nu.1. cum alijs seq. licet & malè ibi contrarium substinere, probareque audeat. Cõis opi.

OPINIO XI.

Aedificare potest in area sua, seu solo recipiens stillicidium, dummodò seruitus debita stillicidij non impediatur,

diatur,& ædificans ipſe ſtillicidium recipiat,ſecundum gl.
Cõis opi. Bar.Odof.Flor.& oẽs,in l.ſeruitutes.§.fin.ff.de ſerui.urba. præd.quorum opinionem inquit communem Soci.conſil. 141.col.1.& Cæpolla,in tract.ſeruit.in c. de ſeruitute ſtillicidij,q.7.nu.7.licet ipſe aliter ſentiat, & temere quidem, cæterum abſque dubio aliquo procederet communis iſta, ubi recipiens ſtillicidium ædificaret citra,& non ultra, cũ nullum ius competat uicino citra ſtillicidium, ut declarãt Doct.omnes in locis præmiſſis,& eſt text. in d.§.fin.& aduerte quòd ædificans iuxta murum alterius debet relinquere unum pedem per l.fin.ff.fin. reg. ſed unde capiendus, ac ſumendus ſit pes ab ipſo muro,ſeu à loco ubi cadit ſtillicidium,& in hoc iudicio meo inſpicienda foret conſuetudo ciuitatis, cum conſuetudo quemcunque actum regulet. l. quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ędil. edic. Deci.in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iuris,Felyn.in c.1.col.6.de probatio.& ita arguit Cæpolla,in d.tract. ſeruit.in c.de ſolo,& area,nu.2.ſed ubi ceſſaret conſuetudo, & res iuri cõmuni decidenda eſt,pes ſumendus foret à muro, nõ autem à ſtillicidio, præcipueq; ubi area, in qua ſtillicidium cadit eſſet illius recipientis, unde concludendum eſt quod in re ſua quilibet eſt moderator,& arbiter.l.in re mãdata.C.mãdati,ideo ei licebit intra locum,ubi cadit ſtillicidium ædificare, & aduerte ſimiliter quòd d.l.fin.ff.fin.reg. procedit tam in prædijs urbanis,quam ruſticis, ut latè cõcludit Cæpolla,in d.tract.ſeruit.in c.de pariete,& muro,nu.2.ubi dicit ita ſeruari.

OPINIO XII.

Aedificare in ſua area,ac ſolo quis poteſt, & in eo opus facere,etiam quòd uicino noceat,dummodo animo nocendi non faciat.l.1.§. denique. C. de aqua plu. arcen. & ſi ex hoc ædificium uicini ruat non tenetur ædificans,ut probatur,in l.fluminum.§.fin.ff.de dam.infecto,imo ſi ædificium iſtud aliquo tractu temporis præbuerit uicino iuuamen, & poſtmodum uelit dominus amouere alicuius ſuæ commoditatis,& intereſſe gratia nihil ſibi imputandum eſt,ſecundum glo.in d.l.fluminum.§. fin.& ſic ædificans in iſtis caſibus non teneretur de damno infecto aliquo modo,& licet

in

in hoc,& circa hoc stipulatio interponi non debeat, tamé si interposita fuerit,& ędificans se obligasset sponte,ex certa eius scientia, & non per errorem aliquem, & sic sciens non teneri ad damnum resarciendum teneri uoluit, tenetur,& tenaciter obligatur,secundum gloss. Dyn. Iacob.de Aret.& Barto.in d.l.fluminum,§.fin.& Corne. consil.282. nu.5.uol.4.ubi recitat istorum opinionem esse communé, & suadet sequendam fore. Cõis opi.

OPINIO XIII.

Alimenta præstare obligatus,seu qui alere tenetur,tenetur quoque medicinas pręstare sinę quibus corpus langués sanari non potest,secundum Specu.in titu. qui filij sint legi.uer.sed nunquid is,qui præstare,quem sequitur Alex.in l.si cum dotem.§.fin autem,col. 1.ff.solut. matrim.Corne. consi. 145.nu.9.& seq.uol.2.Papien.in sua practi. in forma libelli pro lega.rei singu.nu. 100. fol. paruo.376. & ibi Zilettus,in add. in litera. N. & Deci.in l.de alimentis,col. 1. C.de transact. ubi meminit istam esse communem opinionem, quæ quippè de plano, & absque dubio procederet, Cõis quando alimenta ipsa deberentur ratione sanguinis iuris opi. dispositione,secundum Bar.in l.qui filium,in 1. lect.ff. ubi pupi.edu.debeat,& in tract.alimé.q.2.& Ias. in l.cum hi.§. qui transigit de transac. & appellatione alimentorum ueniunt quoq; omnia necessaria ad uitam,& sine quibus corpus ali,ac nutriri non potest,prout not.Bar.in trac.de alimen.& appellatione alimentorum uenit pariter habitatio l.legatis.ff. de ali. leg. uenit etiam calciarium. l. cum hi.§. de calciario. ff.de transact.quod uoluit expresse Bart. in d. tract.ubi firmat ꝙ uenit etiam lectus, & præmissa similiter ueniunt appellatione uictus,quoniam ut inquit Bar.ubi supra, col. 1. idem iudicandum est de illo, qui habet uictum quod iudicatur de eo, qui debet alimenta. l. uerbo uictus. ff.de uerbo.signifi.& cætera ad materiam ipsorum alimentorum concernentia ponit latissimè Papien.in d.for.libelli pro lega. rei singu. per totam.

OPINIO XIIII.

Alluuio fluminis hoc est additio,uel detractio,quæ fit à

flumine ipso per alluuionem suam transfert dominium l. ergo si insula §.alluuio.ff.de acqui.rerum domi. & §.præterea institu. de rerum diui. sed hoc limitatur, ut non habeat locum in iurisdictione,& confinibus alicuius territorij, qui non mutantur aliquo modo per alluuionem, nec inde diminutionem,seu augumẽtum recipiunt,secundum Bart.in tract.de flumi.in 1.par.versi.acquiritur nobis,Bal. in rub.ff.de rerum diuisio.col.5.Cepol.in tracta. seruit.rusti.prædio. in titu.de flumine priuato, cap. 32. fol. paruo 416.Corne.consi.322.col.2.lib.1. & consi.287.lib.3. Ias. consi.146.col.4. uol.2.Riminal. consil.64. &Soci.consil. 127.nu.5.,vol.1. vbi explicat istam esse cõmunem opinionem, & admonet ab ea non fore recedendum in iudicando, & sequuntur quoque, & aiunt esse communem Riminal.in §.1.institu.quib.alie.licet,uel non,nu.51. & Hierony.Brescianus in tracta.de confinibus c.24.nu.6.fol.paruo 30. & Egid.Bosi.in pract.crimi.in tit.de principe & priui. eius.nu.280.contrariam uero partem tenuit Curti.iunio. consi.56. per plures rationes,argumenta, & authoritates, ponens consilium illud fuisse factum per collegium Papiense,tamen quicquid ipse suadeat sequor opinioné Bar. & sequacium,quam fatetur communem esse ipsemet Cur. ibi col.2.& duas alias limitationes,seu casus,in quibus ius alluuionis non uendicat sibi locum ponit Riminal.in d.§. 1.nu.48.cum alijs seq. & Berous consil. 24.nu. 31. & seq. & Papiens.in sua pract.in forma libe.actio.real.nu.13.fol. paruo 18. sed Riminal.loco de quo supra nu.39.cum multis seq. non solum limitat prædictam regulam in principio positam, uerum ampliat etiam tribus modis plenè, & doctè more suo.

Cõis opi.

OPINIO XV.

Appellans conuictus,simul & confessus tam in criminalibus,quàm ciuilibus non auditur,nec à iudice, qui sententiam pronunciauit,nec ab eo, ad quem pronunciatum est, l.2.& ibi Glo.Bar.& omnes C. quorum appella. non recipi.Areti.in tracta.maleficiorum in versic. præsente Caio, Glo. Abb. nu.5.Præposi.nume.7. Francus nu.5. & cæteri in c. cum speciali §. porrò de appellat. ubi Deci. asserit istam

Cõis opi.

istam esse communem opinionem,& eam sequuntur Dyn. Bar.Imo.& idem Areti.qui pariter fatetur communem fo re in l. creditor §. iussus ff.de appellat. Iaffredus decisio. 451. & latè tradit Carreri.in practi.crimi.in princi.& ponit pro regula cum 8. limitationibus. Petrus Duennas in regula 156.conuictus legitimis probationibus,& sequitur Aegidius Bosius quoque in sua practi. in titu. de appellationibus nume. 27.

OPINIO XVI.

Appellans confessus sponte, etiam si testibus conuictus non sit, nec in ciuilibus, nec in criminalibus regulariter auditur, & sic ad appellandum non admittitur aliquo mo do tex.est in c.cum speciali §.porrò,& in c. romana §. sin autem de appellatio. in 6.ubi Ioan. And. Domi. & Francus,Abb.& cæteri communiter in d.§.porrò, Capella To losana, & ibi Aufre.nu. 176.quorum sententia communis est,& de consuetudine quoque obseruatur, teste Carrerio in practic.crimina.in princi. num. 17.in contrariam uerò partem inclinauere Glo. in d.§.porrò,& plerique alij tenentes admittendam esse appellationem eius, qui ex propria tantum confessione damnatus fuerit, sed opinio hæc procederet, indicio meo, si causa iusta expressim fuerit in appellatione dicta, tunc enim est admittenda appellatio Glo.est in d.§.fin autem in uersi.mandetur,cum qua transeunt ibi omnes, & Deci.in c.3. & in c. consuluit, in 1. de appella.notat Bart.in l.à sententia ff. de appellat.Cuman. consi.60. & Lanfran. in clemen. dispendiosam col. 3. de iudic. vbi uerò error, seu alia iusta causa in appellatione non allegaretur,tunc quippè procederet prima opinio cõ munis,& iudex non obstante appellatione simpliciter interposita sententiam exequi posset,ut clarius,& latius pro sequitur Follerius in practi.crimi. in uer. pœnis debitis fe riantur sub numero 6. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO XVII.

Appellari nequit à sententia interlocutoria de iure ciuili secundum Bar. Pau.Castren.ceterosq; cõmuniter per tex.ibi in l.1.ff.de appe.recip.Glo.Bar.& Ange.in l.fin.C. de senten.& interlo. omnium iudi. Barto. & Bald. in l.2. C.de episcopa. audien. Marant. in tract. iudicio.in 6.par.

Cõis opi. tertiæ par.actu.2. nu.292.fol. paruo.186. & Io.de Amicis consi.128.num.2.ubi meminit istam esse communem opinionem legistarum,& hoc ponit pro regula cum 3.limitationibus Lanfran. in c. quoniam contra de probatio. in c. 10.de interlocutorijs,& appellatio.num.68.& Pet. Duennas cum.14.fallentijs,in regu.52. appellari à sententia interlocutoria. de iure uero canonico contrarium sancitum reperitur,appellaturq; ab interlocutoria,ut uoluit Bart.in l.1.§.fin.ff.à qui.app.non licet, Berous in quæstionibus familiaribus.q.52.nu.9.Maranta.ubi supra, & omnes Canonistæ communiter,in c.sicut Romana, de rescri. ubi Ripa, Cõis opi. nu.20. cum alijs seq. recitat istam esse Canonistarum opinionem. sed retenta prima opinione aduerte quòd appellari minimè debet, ac permittitur ab interlocutoria quotiescunque grauamen illatum per appellationem à diffinitiua reparari posset,ut firmauerunt Cyn.Pau.castren.& cæteri,in l.post sententiã.C.de senten.& interlo.om.iud.Bal. Ang.Saly.Pau.castren.Fulgo.Ias.& omnes, in l.arbitrio.ff. qui satisda.cogan.Bart.Imo.Pau.castren. alijq; in d.l.2.de app. recipien.& Io.de Amicis,in d.consi.128.nu.4. & seq. Cõis opi. ubi ita consuluit, & attestatus fuit istorum opinionem esse communem, ac nullum habere contradictorem, tamẽ reperio Petrum de Benintendis decisio.40. simul cum Bald. alijsq; signatis per eum concludere expresse contrarium.

OPINIO XVIII.

Appellari non potest à sententia arbitri,nec reclamari, nec reduci ad boni uiri arbitrium de iure ciuili, etiam in casibus,in quibus oritur actio ex compromisso.l.1.C.de arbit.ubi Bal.& Imo.Areti.Alex.nu.19.Ias.nu.56.in 1.lectu. cæteriq; in l.nemo potest.ff.de leg.1.qui fatentur istam esse Cõis opi. communem opinionem contra Bart. ibi contrarium asseuerantem,& Maranta,in tract.iudiciorum,in 6.par.in c.de appellatione.nu.259.fol. paruo.184. Sed limitatur primò hæc communis sententia non procedere de iure canonico,nam eo iure à sententia arbitri licet appellare,secundũ glo.in c.iudicibus.2.q.6.Hostien.& Ant. in c.quintauallis, de iureiu.Ancha.in cle.sæpe,de uer.sig.Glo.Hostien.Ioan. And.

And.& Abb.in c.2.de arbit.Bald.& Salyc.in d.l.1.& Alex. cum multis alijs signatis per eum, in d.l.nemo potest, nu. 21. ubi inquit istam esse communem opinionem, atque in practica obseruari. Limitatur secundo non habere locum sententia arbitrorum iuris,electorumque ex forma, ac necessitate legis,præcepto iudicis,uel statuti, à qua potest appellari,secundum Bar.in l.1.C.de nouo.C.compo.Ant.in d.c.quintauallis,Oldra.consi.16.Domi.de S.Gemi.in c.ab arbitro.q.6.de offi.deleg.Marantam in d.c. de appellatione,nu.261.& seq.vbi docet practicam in hoc regni Neapo. & Iaffredum in decisio. 467. vbi meminit ità per Docto. communiter teneri. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO XIX.

Appellari ab exequutore non potest aliquo modo,ut l. ab exequutione C. quorum appella. non recipi.& in l. ab exequutore,& ibi Bar.ff. de appella.& hoc pro regula ponit Soci. in tracta.fallen.in regu.26.cum 5.limitationibus, & Pet.Duennas in reg.41.appellare ab exequutore permissum non est cum 8. fallentijs,& limitat etiam Bertachi. in suo reperto. in uer. appellatio ab exequutione, versi.1.& Maran. in tractatu iudiciorum in 6.par. 3.partis in 2. actu nu.248.fol.paruo.182. & licèt appellari neqat ab exequutione, nihilominùs à pronunciatione, sententiave iudicis de exequendo appellatio permissa est,secundum Glo.Bar. Iaco.But. & Ang.in d.l. ab exequutione, ubi attestatur ita in practica seruari,& sequitur ibidem Sali. exprimēs istam esse communem opinionem,& Lanfranc.in c.quoniam cõtra de probatio.in c. 10. de interlocutorijs, & appellatio. sub nu. 60. & sententiæ huic inhæret quoque Glo. & Ray. in d.l. ab exequutore,& Specul.in tit.de appellatio. §.quibus,versi.5.Bar.in l.si cum exceptione.§.hic autem,in fi. ff. quod met. cau. Abb.in c. quò ad consultationem de re iudi.Io.de Anania consi.36.in princi.& Augusti. Berous.q. 131. latis pluribus sententijs conformibus nu. 3. & Iaffredus decisi.341.exequutor recusari. in contrariã vero partem,videlicet quòd à sententia de exequēdo appellari non possit inclinauere Odofre. Cyn. Bar. contra morem suum sibi contrarius.Bal. & Imo. in d.l. ab exequutore, Gui.de Cõis opi.

Suz, & Fulgo. in d. l. ab exequutione, Alexan. consil. 95. columna 2. uolumine 2. & Deci. in c. nouit, numero 6. de appellationibus, & Corne. consil. 71. numero 20. volumine 1. in quibus locis fatentur istam esse magis communem sententiam, cæterum explosa istorum opinione resideo cum prima Glos. aliorumque opinione, quæ realiter communis est; seruaturque in praxi teste Lanfranc. loco de quo supra, & Alexan. consil. 113. columna fin. uolumine 5. & ita consuluit, obtinuitque Florentiæ Syluester Aldobrandi. prout ipse testatur in addi. Decij in d.c.nouit in litera a.

Cõis opi.

OPINIO XX.

Appellatio admittitur semper, nisi specialiter sit iure prohibita secundum Glos. in l. qui restituere, ff. de rei vendicatio. quæ singularis est, teste Franco in rub. de appellatio. columna 5. & eam commendant Bald. in l. unica columna 2. C. si de momen. poss. & in c. pastoralis columna 3. de appellatio. & Deci. in c. romana columna 4. de appellationibus; ideo in criminalibus appellatio admittenda est secundum Barto. in l. qui vltimo supplicio, ff. de pœnis, & istam opinionem præsupponunt esse communem Bosius in sua practica in titulo de appellatio. numero 4. Felin. in c. quærenti de offi. delega. Abb. & cæteri in c. 2. de iudi. quodque admittunt inibi procedere etiam in crimine læsæ maiestatis humanę cum & in eo admittenda sit appellatio, ut uoluit Glos. & ibi Aretin. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, ff. de acquirenda hæreditate. Deci. in d. c. cum sit romana, §. fina. Carrerius in practica crimina. in princip. numero 85. cum duobus sequen. & Aegidius Bosius in practica crimina. in titulo de appellationibus sub numero 1. & sequen. vbi perhibet opinionem istam ueriorem fore.

Cõis opi.

OPINIO XXI.

Appellatio Iudici subijcienti quæstionibus, & tormentis Reum legitimè conuictum ad effectum, vt Reus confi-

confiteatur ore proprio delictum, ac appareat verè conuictum, & confessum, & tandem appellare nequeat sibi licitum non est aliquo modo, secundum Angelum. & Ioannem Igneum in l. & si certus, ff. ad Syllanianum Augusti. Ariminen. in additionibus ad Angelum in tractatu de maleficijs in uersicu. fama publica, Andreas de Isernia in constitutionibus Neapo. in titulo de homicid. & damnis clandestinis, numero trigesimo tertio, quorum quidem opinio communis est, ut fatentur eam amplectendo Marsil. in l. 1. numero 2. ff. de quæstio. in consilio 51. numero 51. & in practica crimina. §. nunc uidendum, numero 25. & Carrerius in practica crimina. in princip. nume. 188. & eidem sententiæ videtur inhærere Bal. in l. qui sententiam C. de pœnis, ut recensuit Curtius in tracta. de indicijs, & tortura quæstione 5. numero 16. In contrariam verò partem, uidelicet quòd iudex conuictum plenis probationibus torquere possit, ut habita confessione oris sui appellatio admittenda non sit facere valeat, & sibi licitum, permissumque sit inclinauit Bald. titubanter in l. obseruare, numero 9. C. de appellationibus non recipi. & in l. 1. numero 9. C. de iuramen. calum. & Grammati. in uoto primo, columna prima. Sed opinio istorum falsa est, immo manifestè iniqua censetur; nam tormentis locus non est, ubi delictum alijs probationibus apparet, cæterum tunc demum iudices his uti debent, cum alijs probationibus crimen non probatur tex. est in l. Diuus Pius, & l. ædictum ff. de quæstio. & c. illi qui. 5. quæstio. 5. Glo. in summa. 15. quæstio. 6. & hoc uoluerunt Docto. omnes communiter vtriusque censuræ, præsertimque Gandinus in tractatu maleficiorum rub. de quæstio. in princip. Aretinus in tractatu maleficiorum in ver. fama publica quæstione secunda. Pau. in l. si quis in hoc, C. de episcopis & clericis. Albericus in l. 2. C. quorum appellatio non recip. Franciscus Brunus in tractatu de indicijs, & tortura, quæstione quinta, uersicu. sexto, & Carrerius in practica criminal. in principio, nume. 188. Sed bene uerum est posse per iudicem torqueri conuictum testibus ad detegendos socios, & participes criminis

Cōis opi.

Cōis opi.

minus ĩ casibus, in quibus potest interrogari de Socijs crĩminis secundum omnes Doct. præcitatos, & itá quotidiè obseruatur in practica.

OPINIO XXII.

Appellatio admittenda non est à sententia lata super iudicio possessorio adipiscendæ, uel recuperandæ quò ad effectum suspensionis. l. unica. C. si de momen. posses. Sed admitti debet quò ad causæ deuolutionem, secũdum Bar. in l.2.ff de appellatio.recipien.nu.6. Ang. cons. 107. Pan. in c. cùm ad sedem de restitutio.spoliato.nu.30. Specu. in tit. de app. §. in quibus,uer. 6. non appellatur, Aufreri.in cappella Tolosana dec.ult. Bal.in l.2.nu.22.C.de epis.audien.Arch.in §.de possessione.2.q. 6.Cy.Bar.Bald. Ang. Alberi. & alios in d.l. unica, Corne.consi.190.uol.1.Dec. consi.28.Ripam in c.sæpè nu.3.de resti.spolia.& Parisi.cõsil.108. nu.20.uol.1. & opinionem istam in practica receptam esse meminit Afflict.decisio.269.& in li. constitutio. regni in titu. de probatio. in appellationibus in rub. iurisperitorum col.3.& communem ait Maranta in tract. iudiciorum in.6.par.c. de appellatione nu.294. & Parisi. in d. consi.108.nu.20. & procedit de iure ciuili secundum omnes præcitatos Doct. & ponit pro regula cum. 20. limitationibus Io. Antonius de Nigris super capitulis regni in c. 6. incipit,subditorum,à nu. 106.usque ad nu. 127.atque dicit communem post alios signatos per eũ, & ponit pro regula cum quinque limitationibus Petrus Duennas in regula.44.appellare à sententia super possessorio. De iure uerò canonico à sententia lata in possessorio potest appellari, & admittitur appellatio quò ad utrunque effectum suspensionis,& deuolutionis,clemen. 1. & ibi Glo. Cardi. & omnes de sequestr. poss.& fruct. Glo. in d.c.cùm ad sedé,Bal. consi.126.uol.3.Specu.& Io. And.in add.in titu.de appella.§.2. uers.6. Federi.de senis consi.77. & ista est communis sententia teste Abb.in d.c. ad sedem,Dec.in d.cons.28. & Ripa in d.c. sæpè nu.3. & Ioan. Ant. de nigris cum alijs copiose congestis per eum in d.c. subditorum.sub nu.106. Sed prima opinio negatiua de iure ciuili uidetur magis cõ

Cõis opi.

Cõis opi.

munis

munis, & magis tuta, ut attestatur Petrus de Benintendis decisio. 17. ubi post longam disputationem fatetur ità decisum extitisse in rota bononiensi; & ex hoc patet falsum fore, quod asseruerè Gozadi.consi.50. nu.4. & Aufreri. in d.cappella Tolosa. dec.ult. & Petrus de Benintendis decisio.79.nu. 1.6.& seq. tenentes iure canonico appellationẽ à sententia lata in iudicio possessorio non habere effectum suspensiuum, sed tantùm deuolutiuum, quia contrariũ probatur in d.clemẽ.unica, seu. 1. ubi Imo.col.fin.post Lapum hoc ipsum tenent, nec Doct. ab eis citati hoc uoluerunt, nec probauerunt, quod ipsis adscribitur, alioquin nulla foret differentia inter ius canonicum, & ciuile, quam tamen omnes constituerunt, & præsertim Io. Cora.in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 8.ff.de acqui.poss.,

OPINIO XXIII.

Appellationis prosequendæ tempus à iure statutum nõ potest de consensu partium, etiam expresso prorogari, maximè secũdum Bar.in auth.si tamen.C.de tẽp. appel. Abb. in c.ex ratione de appellatio. ubi Deci.nu.33. & seq. asseuerat istam esse communem opinionem idemq; uoluit, firmauitq; Glo. Bar. & cæteri in l. properandum. C. de iudi. Io. And. in add. Specul.in titu. de appel. §. nunc breuiter uers. licet autem, Roma.consi.174. in fin. Alex. consi. 24. circa fin. uol.4.& Matthesi.sing. 24.& sententiam istorum pariter scribit communem esse Maranta in tract. iudi. in 6. par.3. partis in 2. actu.nu.225. cum alijs seq.fol. paruo. 181. ubi, & malè disputãdo post alios multos signatos per eum sustinet contrariam partem, & Lanfran. in c.quoniã contra.de probatio. in c. 10.de interlocutorjs, & appellatio. num. 52. Cõis opi.

OPINIO XXIIII.

Aqua de flumine publico nõ nauigabili, ut est Rhenus Bononiæ ingrediens flumen nauigabile secundũ Padũ licitè ducitur, & diuerti potest dummodò posteà restituatur, & remittatur in flumen nauigabile, & sic, ex quo cessat interesse nauigantium, & usus eiusdem fluminis nauigabilis non læditur, quia aqua ipsa ducta ex flumine publico restituitur

tuitur in flumen nauigabile, hoc prohibitum non est, secũdum Bar. in l. quominus nu. 1. ff. de flumi. Alex. consi. 192. uol. 2. Corne. cons. 268. col. fin. uol. 4. Curti. seni. consi. 33. nu. 2. ubi meminit istam opinionem esse communem, & idem fatetur Ripa in d. l. quominus nu. 17. & eam sequitur ibi Ias. nu. 15. Cepol. in tract. seruit. rusti. prædio. in tit. de seruitu. aquæductus c. 4. nu. 39. & seq. fol. paruo. 295. & seq. & Specul. in tit. de causa pos. & propriet. §. quia uerò uer sic. sextum autem & Egidius Bosius in practi. crimi. in tit. de aquis, & fluminibus nu. 35. fol. 277. imò Corn. in d. con sil. 268. circa fin. istam communem ampliat, ut etiam ex flu mine nauigabili licitum sit aquam ducere dummodò reuertatur posteà in alueum suum, & sequitur, ac approbat Ripa in d. l. quominus nu. 17.

Cõis opi.

OPINIO XXV.

Arbiter testis esse põt ubicũq; ei data esset potestas per partes litigantes procedendi cum scriptis, & sine scriptis, quia partes ipsæ censentur uelle quòd simplici relationi, & dicto ipsius arbitri credatur, ac stetur de dictis testium, & actis secundum Bar. in auth. nisi breuiores in fin. C. de sen ten. ex breu. reci. Ang. in repeti. l. sciẽdum. ff. de uer. obli. Abb. in c. quoniam contra in c. post cessionem, & in c. ex literis de probatio. Pau. castren. in l. nè in arbitris. C. de arbi. Ant. in c. cùm ad sedem de restit. spoli. & in d. c. quoniam contra, Roma. singu. 52. & Io. de Amicis consi. 31. nu. 18. & seq. ubi exprimit istam communiorem, & uerio rem opinionem. in contrariam uerò partem inclinauit Ro ma. titubanter in d. l. sciendum circa fin. Aug. sibi quoque contrarius in d. auth. nisi breuiores, & Ant. parum sibi cõ stans in c. quintaualliis de iureiu. & ibi Io. de Imo. quoniã secundum eos ob hoc daretur modus quòd quis nunquàm in causa reductionis obtineret, & exprimunt dictum Bart. esse periculosum, illaqueareq; animam ad peccandum, ac præbere materiam fabricandi falsum, & istam ultimam sen tentiam sequitur, & latissimè tuetur Barba. in d. c. ex literis nu. 22. & seq ubi meminit aliàs in facti contingentia perperam, & pueriliter consuluisse pro opinione Bar. tamen circunducta altercatione, cùm temporis angustia præ

Cõis opi.

mar

mar ſequor ipſam Bar. & ſequacium opinionem, tanquàm magis communem, cui inhæret pariter Auguſti. Berous in d. c. quoniam contra nu. 29. cum. 7. alijs ſeq. ubi dicit communem,& limitat in duobus caſibus, & mirandam ait Alex. in d.l. ſciendum nu. 25.

OPINIO XXVI.

Arbitrio iudicis relinquitur, quæ perſonæ dicantur digniores, ſecundum Glo. Imol. Abb. Deci. nu. 23.in c. ſedes apoſtolica de reſcrip. ubi aſſerunt, recitantq; ſimul cũ Moder. omnibus iſtam eſſe communem opinionem, & eã ſequitur ſpecu. in titu. de reſcrip. præſenta. §. fin. col. 1. uerſ. ſed quæ ſunt perſonæ digniores.Item committitur iudicis arbitrio, quæ dicatur cauſa grauis, ardua, uel parua ſecundum Glo.Bar.& Bal. in auth. niſi breuiores.C. de ſenten.ex breu. recit.Alex.conſi.32.col.2.uol.1.Ant.Corſet. in tract.de minimis col.3.uer. decimoſexto Iaſ. in l. admonendi nu.231.ff. de iureiu. Tyraquel. in repet.l. ſi unquàm in uer.omnia,uel partem aliquam ſub nu.31.C.de reuocã. donatio. Deci. in c. ſi pro debilitate nu.38.& ſeq de offic. deleg.& Marſil. in l.quæſtionis modum nu.4.ff.de quæſt.& tetigimus hoc pariter licet in alio propoſito in. 1. par. in opinio. cauſa dicitur magna,ſimiliterq; in iudicis arbitrio reſidet, quis dicatur pauper, uel diues in illis caſibus, in quibus hoc non reperitur determinatum, ut uoluerunt Glo. Bal. Alberi. Faber. Saly. Alex. Corne.& Deci. num. 10. in auth. prætereà. C. unde uir, & uxor,ubi refert iſtam communem opinionem & in d.ca. ſedes apoſtolica nume. 25.& conſi.120. col.2.& ſequitur Ang. in l. ſi uerò §. qui pro rei qualitate.ff. qui ſatiſda.cogan. Cuma.conſi.131. in prin. Anch. in c. per ueſtras col. 5. de donatio. inter uir. & uxo. Abb. & Fely. in c.1. de accuſ. & in c. qui teſtium de teſti. Ruin.conſi.55.nu.4. uol. 1. & Tyraquel. ubi ſupra cum alijs ſignatis per eum, & iſtam fore communem, etiã docuimus in 1.par. in opinio. teſtis propter ſolam paupertatem. Necnon arbitrio iudicis declaratur, quæ dicantur perſonæ miſerabiles, ſecundum Io. And. in c. ſignificantibus de offi. deleg. Alex. conſi. 17.col. 1.uol 4. Barba. conſil.3. col.2. uol.1. Deci.in d. c. ſedes apoſtolica nu. 28. & Marſil.

Cõis opi.

Cõis opi.

Marsil. in d.l. quæstionis modum nu. xj. Item terminatur iudicis arbitrio, quando aliquid non est à iure decisum. l. 1. ubi Bal.ff. de iure delibe. Marsil. in d.l. quæstionis mo-
Cōis dum nu.41. & istam inquit communem regulam Deci.d.c.
opi. sedes num. 24. similiter relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus pignora pro executione sententiæ uendi debeant, secundum Glo. Bar. & cæteros in l. cùm propo-
Cōis nas.C.de bonis aucto.iudi.pos. Bar. aliosq; in l. si finita §.
opi. Iulianus.ff. de dam. infecto, Marsil. in dicta l. quæstionis num. 12. & ista est communis opinio, ut latius deduximus infra in opinio. pignus prætorium,& communem esse scri bit Maranta in tract. iudiciorum in 6. par.in uer.contuma cia num. 12. fol. paruo.1 16.ex æquitate uerò ad secuudum decretum iudex procedere nequit, nisi transacto integro anno à die primi decreti, secundum Fely. in c. consulta-
Cōis tionibus col. 2. de offi. deleg. ubi exprimit hanc commu-
opi. nem sentētiam fore, in regno uerò Neapo. est statutum tē pus trium mensium per pragmaticam relatione,& seq. in-fra quod iudex possit peruenire ad secundum decretum,ut latè deducit Maranta in loco præcitato. Item mora semel contracta infra quod tempus purgari possit residet in arbi trio, secundum Glo. in uer. Celeri, Cardi. Flo. Imo. col. 12. Abb.& cæteros in c. potuit de loca.Bar.in l. si insulā in 2. oppo.ff. de uer. obliga. Bal. in l. sancimus col. 1.C.de fi deiusso, Ang.consi. 312.col.3. Gl. & omnes in l. & si post tres in prin.ff.si quis cau. Ancha.consi.42.col.2.Alex. con
Cōis sil. 14.uol.2.& Tyraquel.ubi supra cum alijs relatis per eū,
opi. ubi scribit istam opinionem communem fore, & docuimus etiam in 1. par.in opinio.moræ purgatio. similiter re linquitur arbitrio iudicis, quando indicium ad torturam oriatur, uel quæ indicia sufficiant ad torturam ipsam secundum Bar. in l. fin.ff. de quæstio. Deci. in c. at si clerici nu.119.de iudic. & Bal. consi.95.col. 1.uol. 1.& consi.101. eod. uol. Item utrùm indicia sint purgata sufficienter per torturam debet pariter iudicis arbitrio declarari secundū Io. And. in c. in contemplatione de reg. iuris,quem sequi tur Augusti. in Add.Ang. in tract. maleficiorum super uer sic. comparent dicti inquisiti,in 1. Add. Item an inquisitus foret repetendus in tormentis in arbitrio iudicis residet, secundum

ſecundum Bal. in l.2. C. quod met. cauſa, quem ſequitur Paris de Puteo in tract. ſyndicatus in cap.charta.in 2.col. poſt medium, & alios caſus, in quibus ſtatur iudicis arbitrio Marſil. in d.l.quæſtionis modum nu. 1. cum alijs ſeq. refert. 62. & plures alios congerit Tyraquel. in d. l. ſi unquàm in loco memorato. & alium caſum ſatis utilem poſuimus infra inopinione, impedimentum.

OPINIO XXVII.

Arbitri ſtatutarij habent iuriſdictionem delegatam, & ſic iſti arbitri ſunt iudices delegati, ut noluerunt Bar. Bal. in 7. nota. & Saly. in 3.nota. in l. fin.C.de iudic. per text. ibi, Areti. in l. nemo poteſt col.antepen.ff.de leg. 1.& Iaſ. in l. duo iudices col.3.ff.de re iudi.ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & indubitatam ait Areti. ubi ſupra, & eam ſequuntur cõplures alij Doct. ſignati per Marcum Antonium Blancum in tract. de compromiſſis. q. 6. nu.4. ubi pariter præſupponit communem fore, quamuis ipſe malè,atque præcipitanter plura glomerando longa diſputatione concludat contrarium, uidelicet memoratos arbitros ſtatutarios ordinarios eſſe. Cõis opi.

OPINIO XXVIII.

Area titij ad triturandum meſſes non habens uentum, niſi ab una parte ſi ĩ illa parte ſuus uicinus uelit ædificare, poſſet illum prohibere text. eſt ſingularis ſecundum Glo. Cyn. Bart. Bald. & Alberi. in l. fin. C. de ſeruit. & aqua. Cepo. in tract. de ſeruitu. urban. prædio.c.39. nu.3 & ſequ. Ang. in l. imperatores de ſeruitu. urba. prædio. Iaſ. in l. ex hoc iure num. 14.ff. de iuſti. & iu. & Io. de Imo. in l. ſi prius in fin ff. de noui oper. nuncia. imò. plus, quando area non poſſet habere uentum ad triturandum, niſi ab uno latere, ſeu parte, tunc quippè uicinus minimè poſſet in illa parte (licet ſua intereſſet) ædificando tollere, impedireq; uentum, quàmuis nulla debita reperiatur ſeruitus, ut per Vgonem, Alberi. & Salyc. in d.l. fin. & Boeri. deciſio. 322. num. 12. ubi iſtorum opinionem approbat, & recitat eſſe communem, & approbat pariter Cepo. in loco, de quo ſupra. Cõis opi.

bs

OPINIO XXIX.

Argumentum de emphiteosi ad fœdum ualet, & econuerso secundum Bal. & Saly. in l. generaliter. §. cum auté. C. de insti. & substitu. Alber. Bru. consi. 81. nu. 5. Alex. consi. 30. col. 5. & consi. 43. col. 2. uol. 1. consi. 2. & consi. 5. uol. 5. Calca. consi. 45. col. 4. Corne. consi. 97. col. 7. uol. 1. Parisi. consi. 12. nu. 42. uol. 1. & consi. 1. nu. 147. uol. 2. Socci. Iuni. consi. 71. nu. 7. & 27. uol. 1. & consi. 109. nu. 4. uol. 2. Mantuam. consi. 21. nu. 5. uol. 2. Ruinum consi. 109. nu. 14. uol. 3. & Io. Cephalum consil. 29. nu. 3. & sic, ubi non reperitur contrarium à iure communi decisum argui posset de feudo ad emphiteosim secundum Specu. in titu. de feud. §. quoniam uers. 40. & ità esse communem opinionem docet. Soci. consi. 167. nu. 24. uol. 2. & quòd in dubio ualeat argumẽtum de feudo ad emphyteosim ait communiter teneri Soci. Iuni. in d. consi. 71. num. 7. sed argumentum hoc de feudo ad emphyteusim tum demum procedit, si, utrobique appareat eadem ratio secundum Zasi. consi. xj. nu. 9. uol. 4. similiter in exorbitantibus à iure minimè ualet argumentum ipsum de emphyteosi ad feudum secundum Lauren. Syluanum consi. 42. nu. 8.

Cõis opi.

OPINIO XXX.

Attentata, & innouata pendente appellatione ante omnia reuocanda sunt l. ex illo, & l. minimè. C. de appel. & l. 1. ff. nil nouari appel. penden. & c. bonæ memoriæ, & c. an sit. de appel. & hæc Communis regula: tandem censetur iuris utriusque regula communis. Item attentata pendente appellatione sunt omninò reuocanda per iudicem ad quem, secundum Io. And. & alios communiter in ca. non solùm per tex. ibi de appel. lib. 6. imò iudex à quo posset reuocare etiam, quæ ab eodem uel à partibus nouata fuerint appellatione pendente tex. est in c. cùm teneamur de appel. ubi Præpo. & Deci. in c. sollicitudinem eod. titu. Ampliatur Item etiam secundò præmissa regula, ut nõ modo reuocanda ueniant ante omnia attentata post appellationem interpositam, sed etiam innouata ante appellationem, & post sententiam, intra tamen tempus datum

Cõis opi.

ad

ad appella ndum tex. est in d.c. non solùm, quem celebrat Fran. & cæteri omnes ibi, & ait esse incognitum legistis Corset. in sing. in uer. appellatio in prin. idemq; probat tex. in l. & post.ff. de transac. Glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. in uerb. secuta, quam dixerunt singularem, Bald. in c. quærenti de offic. deleg. Pau. castren. in l. eius qui §. si cui, & l. seq.ff. de testamen.& Alex. in l.3.§.si seruus ff. de acqui.poss. ubi eam attestatur esse cunctis Doctorum suffragijs receptam, uerùm hoc habet locum in causis ciuilibus, secus uerò in criminalibus, nam infra decem dies concessos ad appellandum exequi sententia capitalis per iudicem contra Reum condemnatum potest, quando appellatum non est per ipsum Reum, secundum Bar. in l. non tantum.ff. de appel. & Guliel. de Cu. Pet. & Bald. in l. additos. C. de epis. audien. ubi Pau. castren. ait ità seruari de consuetudine, & apertius post alios signatos per eum Follerius in practi. crimi. in uer. pœnis debitis feriantur.nu.5.& idem uidetur sentire in bānito.uidelicet.quòd infra tempus datum ad appellandum interfici impunè possit.Specu. in tit. de execu. senten. Bal. in d.l. additos, Roma. Soci.& Ias. in l.3.§. si seruus.ff. de acqui. poss. Bar. in l. additos.C. de appel. & Marcus Antonius Blancus in practi. crimi. in rub. incip.ignorantia an excuset à delicto nume.108.111. cum alijs seq. post alios congestos per eum, ubi recitat istam opinionem esse magis communem,ac ueriorem. Tertiò ampliatur quòd attentata reuocanda sunt, etiam deserta causa appellationis, ordinariè tamen,& dato libello, secundum Doct. in c. cū uenissent, Francum in d.c. non solùm,& in c.sæpe de appel.in 6. Lapum in alleg. 1. & Rotam decisio.130. in nouis,& Petrum de Beninten dis decisio.40.nu.3. ubi recitat istam esse communem opinionem, atque refert alios contrariæ opinionis authores. Quartò ampliatur quòd attentatorum reuocatio fieri debeat, etiam si objciatur appellanti notorius defectus iuris in negocio principali, etiam in causa, quæ super beneficio tractatur, secundum Ant.& Francum in 7.differentia in d.c. bonæ memoriꝫ, & Deci. in c. ex parte il.2. col.fin. de rescrip. per tex. in c. si constiterit de accus. unde eadē ratione,imò fortiori idem concludunt, atque firmant scri

Cōis opi.

Cōis cōsuetu.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cõis opi. ben. omnes in rebus profanis, & temporalibus, ut scribit Alex. consi.99. uol.5.nu.9. ubi Carolus Molin. meminit istam fore communem opinionem. in contrariã uerò partem inclinauit Afflict. post alios signatos per eum decisi. 98. sub nu.6. pulcrum est dubium, & decis. 452. quidam Curbiceruix sub nu.5. quam quippe tanquàm tutiorem in iudicando, consulendoq; amplecti semper non erubescerem. Sed ubi hic tractaretur super ecclesiastico beneficio contrarium similiter tenuere Rota decisio.55. in nouis,& decisio.14. & decisio.348.in antiquis,Oldr.consi. 1. Imo. in d. c. bonæ col. 3. & uidetur uerior opinio contra primam sententiam Ant. & sequacium superius relatam,cùm beneficium ecclesiasticum possideri nequeat sine canonica collatione, & necessarium sit aliquo colore saltem canonici tituli possessionem iustificare, iuxta Glo. illam celebratissimam in clemen. unica de causa poss. & proprie, cæterum limitatur regula prædicta ità ampliata primò nõ procedere, ut attentata, & innouata reuocanda non sint ante omnia, in casibus illis, in quibus appellatio iure non est admittenda, ut uoluit Glo. communiter approbata in d.c. non solùm in uer. casibus, Inno. in c. pastoralis nu.3. de offi. deleg. Bal. in c.sancimus col. 1. quo tempo. miles in usibus feudorum, & Petrum Duennas in regula. 42. appellatione pendente nu. 10. ubi ipsam cõmunem limitat, atque declarat, & memoratam regulam limitat quoque Corsetus in sing. incip. appellatio il.1. in septem casibus, & Soci. in reg.21.& in 23. alijs casibus limitat Petrus Duẽnas in d.reg.42. per totam.

Cõis opi.

OPINIO XXXI.

Bannitus potest iterum banniri secundum Dy. in l.2.C. ut intra cer. temp. cri. Bar. in l. aut damnum §. seruus.ff. de pe. Bonifacium in tract. maleficiorum in rub. de compari. accusati cum forma confesionis, promiffionis satisfacti, & termini,sub nu. 78. Follerium in practi. crimi. in uer. banniatur, nu. 36. & Nellum in tract. de bannitis in prima par.primi tempo.q.3.ubi latè approbat opinionem Cõis opi. istam, & meminit communem esse,sed ab ea discedit cum alijs signatis per eum Egidius Bosius in practi. crimi. in

titu.

titu. de banni nullitate nu. 9. in practica uerò obseruatur quotidie prima opinio Dy. & sequacium cõmunis supra.

OPINIO XXXII.

Bapizari non possunt paruuli in matris utero c.si ad matris corpus, & c. seq. de consecratio. distin.4. ubi tex.ostẽdit rationem, quia cùm natus non sit regenerari nequit, ut hoc alijs quàmplurimis rationibus approbat Frãciscus Marci. decisio. 952. sed ubicunque puer haberet caput extra matris uentrem,quàmuis omnia alia membra inclusa in eo forent, si tunc subesset periculum aliquod posset omni dubio remoto baptizari secundum Guil. Lau.& Cardi. in clemen.1.de summa trinita. Ang. Claua. in summa in uer. bapt. Henri in c. maiores de Bap.Pet.Aur.Lau.Th.& Ric. in 4. sententiarum distin.4. q. 1. & istam opinionem sequitur quoque,& commendat,ac profitetur esse communem, tam canonistarum, quàm theologorum Boerius in tract. de authoritate magni consilij. nu. 21. qui tractatus positus reperitur in fine suarum decisionum, quia baptizato capite totum corpus censetur baptizatum, secundũ Gl. Alex. nu.20. & cæteros in l.3. ff. de acqui. possessio. item baptismum necessitatis tempore, & per consequens in articulo mortis licitè ab hæretico, & excommunicato quoque suscipi posset secundum communem opinionem omnium Theologorum, quam sequitur, declarat,& citat Couarruuias in constitu. alma mater,de senten. excommu.§. 6.sub nu.8. & Franciscus Marci. decisio.950.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO XXXIII.

Beneficia patrimonialia, quæ hodie dantur in titulum perpetui beneficij sunt uerè, & realiter perpetua beneficia ecclesiastica, & hinc est quòd quando quis esset ordinatus ad titulum patrimonij tenetur necessariò facere mentionem de illo titulo patrimonij, quia ut supra ostẽdimus uerè est beneficium, & de eo fieri debet mentio, ut concludit Ioan. And.col. 2.Abb. Fely. nu.5.in c. postulasti de rescrip. & idem Io. And. in c.si pauper nu.2. de præben.lib. 6. & hoc dictum Ioannis And. & sequacium communiter tenetur teste Syl. de beneficio par.3.q.12.nu.27.

Cõis opi.

OPINIO XXXIIII.

Bona fides, quæ ad præscriptionem iure requiritur, præsumitur in dubio in possidente, nisi contrarium probetur, secundum Bar. & alios, in l. Celsus. ff. de usuca. præsertimq; Io. Franc. Balbum ibi cum alijs signatis per eum, in 3. par. sub nu. 2. & 9. Glo. Ant. Panor. col. 3. Fel. col. 2. & reliquos oēs, in c. si diligenti, de præscrip. Bal. & Ang. in l. super lōgi. col. 3. C. de præscrip. long. tempo. Alex. consil. 200. col. 1. uol. 2. & consi. 75. col. pen. uol. 4. Ias. in §. sed istæ, nu. 99. instit. de actio. Curti. seni. consi. 71. col. 4. Curt. iun. cōs. 28. Alcia. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 5. nu. 1. &
Cōis opi. Couarruuias in relectione, c. possessor, in 2. par. §. 8. nu. 2. de reg. iur. in 6. ubi fatetur istorum opinionem communē esse, & sequitur etiam, & cōem fore meminit Menochius de recuperanda possessio. remedio. 13. nu. 64. sed hoc absq; dubio, ac difficultate procederet ubicunque possessor ipse haberet titulum uerū, uel putatiuum, ēt errore iniusto, & sic iniustus error hoc casu causaret bonam fidem, secundū Bar. in d. l. Celsus, nu. 17. & in l. igitur. §. potest. ff. de libera. caus. per tex. ibi, Alcia. in d. præsumptio. 5. sub nu. 1. Coua. ubi supra, & Iacobum Menochium, in tract. recupe. possess.
Cōis opi. remedio. 13. nu. 34. & seq. in quibus quidem locis memorati recentiores ostendunt hanc sententiam cōmunem esse.

OPINIO XXXV.

Captus pro represalijs concessis ob suæ communitatis factum, uel alicuius particularis personæ habet ius repetēdi totum, & quicquid erogat, seu expēdit ea causa, & occasione ab ipsa cōitate, uel speciali persona, secundum Bar. in l. nā & Seruius, nu. 2. & Ang. in prin. ff. de neg. gest. Bart. in l. 2. §. fi. ff. de uer. ob. Bal. in auth. omnimodo, in fin. C. ne uxor pro mari. Abb. consi. 21. in qōne, uol. 2. Alex. in l. 2. §. fi. nu. 6. ff. de condi. ob causam, & in d. l. 2. §. fi. ff. de uer. obl. nu. 2. ubi istorum opinionem limitat in duobus casibus, &
Cōis opi. cōem dicunt inibi Moder. in princ. & in effectu nullam in se habet dubitationem, & hoc procedit similiter in fideiussore, qui coactus soluere ob iniuriam debitoris per uiolētiam superiorum habet regressum contra principalem, secundum

cundum Abb.consi.60., quoniam satis abundè, uol. 1. proceditq; communis ista in debitore, qui soluere coactus ob creditoris sui iniuriam consequitur liberationem debiti ope exceptionis, ut uoluit Bar. in l.creditor.ff.de solut.& in tract. de tyrannide.q.7.quem sequitur Ancha. consi.64. in causa quæ uertitur, & Alex.consi. 57.col.fi.uol.1.& cõs. 103.col.pen.uol. 2.& iste represaliatus pro sua ciuitate accipiens pro soluẽdo eius debitum pecuniam sub usuris nõ solum debitum principale, sed etiam usuras ipsas, seu interesse decursum licitè consequi, ac repetere posset, ita cõsuluit Lauren. de Rodulphis consil.23.uol.2. & reassumit, in tract.usurarum, in 2.par.q.48.de quo meminit Anania. c.1.col.8. infra, de usuris.

OPINIO XXXVI.

Capi non potest personaliter quis pro debito ciuili in domo propria, & sic ob huiusmodi occasionem ciuilem de domo suæ habitationis inuitus ipse debitor extrahi nõ debet, l.nemo, ff.de regu.iuris, & l. plerique, ubi Doct. ponunt hoc pro regula, præsertimque Alex.& Ias. in prin.ff. de in ius uocan. quia secundum iura præmissa domus unicuique est tutissimum refugium; & hinc Cice. pro domo ad Pontific. Quid sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus uniuscuiusque ciuium? hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacræ religionis cęremoniæ continentur, hoc profugium est ita sanctum omnibus, ut inde arripere neminem fas sit. imo regula ista ampliatur utiliter procedere in debito magno quoque, pro quo debitor minime in domo propria capi posset secundum omnes, & maxime Alberi. Rosa. & Ias. numero.15. in d.l. plerique, ubi istam communem sententiam fore perhibent. sed eadem regula ita ampliata limitatur non habere locum, Cõis opi. quando debitor commoraretur in porticu domus suæ, tunc enim captura ipsius debitoris in eo facta ualeret, atque teneret, ut uoluerunt Barto. & cæteri, in l. cætera.§. hoc senatus, per illum text.ff. de leg. primo, Bald.Angel. Ias.numero decimonono, & Alexan. cum alijs citatis per eum, nu.4.in d.l.plerique, ubi ponit expresse istorum opi- Cõis nionem cõmunẽ esse. Limitatur secundo pariter in causis opi.

 crimi-

criminalibus, pro quibus certè inuitus quis de domo propria extrahi licitum esset. §.quoniam,in auth.ut nul.iudic. glo.in d.l.nemo,& in d.l.plerique,ubi Iaſ.nu.27. & cæteri oēs;& hac occaſione ductus Ang.in fauorem creditorū,in d.l.pleriq; tradit cautelam,remediumq; hmōi,& quidē tutiſſimum eſt, uidelicet ꝙ creditor ipſe habens debitorē nō exeuntem de domo ſuadeat iudici ad faciendū ei pręceptū ſub pęna applicāda fiſco, nā ſi tūc nō cōpareret poſſet abſque dubio pro tali mulcta capi in domo proprię habitationis,& ſtāte, ac cōcurrente captura iſta poſſet ſuū debitorē ita captū confirmari, ſeu condemnari facere in ipſis carceribus pro ſuo debito ſecundum cautelam traditā per Bar. in l. ſacrilegij §. fin. aliàs eſt l. cum eo ff. ad legem Iul. peculat. quem ſequuntur Angel. & Paul. de Caſt. in l. unica §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Ancha. & Imo. in c. 2. de pign. Areti. in §. fin. circa fin. inſtitu. de actio. Roma. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. Pau. de Caſtro, Alexand. nume. 7. in d. l. plerique, Cepol. cautela. 51. regula eſt quòd nemò inuitus, & Cotta in memorali in uer. domus unicuique la 2. ubi exprimit iſtam eſſe magis communem opinionem, & licèt Iaſ. in d. l. plerique num.27. & in l. fin. in 3. not.ff. de procur. aliquibus rationibus non leuibus concludat contrarium, tametſi in actu practico ab ipſa communi recedere fatuum cenſeretur, quæ per allegatos Doct. redditur tutiſſima,imò iuſtificari poſſet etiam ex communi opinione copioſè tradita per Curti. iuni. conſil. 127. num. 5. & per Crauet. conſil. 46. nu. 7. uidelicet quòd carceratus nulliter relaxari nequit, quando captura contra eundem de nouo eſſet concedenda, ſeu facienda. Sed in regno Neapo. nullus officialis poteſt aliquem perſonaliter capere incidentem in pœnam pecuniariam, ſeu bannum, ut ſancitum reperitur in cap. eiuſdem regni regis Caroli primi,ſtatuimus, & in cap. regis Caroli ſecundi, quòd iuſtitiarij, & hoc idem uidetur concludere Ang. in l. ſi uerò §.qui pro rei qualitate ff.qui ſatiſd.cog. dicens quòd iudex contrarium agens tempore ſyndicatus per tex. ibi poſſet actione iniuriarū conueniri.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO XXXVII.

Carcerari, seu in carceres detrudi mulieres honestè, ac castè uiuentes non possunt ex peculiari priuilegio pro debito priuato, si bona defecerint, nec pro pecunia fiscali debita, nec pro quolibet crimine commisso, auth. sed nouo iure. C. de custo. reorum, & l. 1. cum auth. seq. C. de offi. diuer. iudi. & hoc pro constanti, seu pro regula tradit. Marsil. in practi. crimi. in §. attingam, nu. 63. & Grammati. decisio. 33. nu. 9. & seq. & Petrus Duennas in reg. 312. fœmina pro debito, cum multis ampliationibus, & limitationibus, & Iaffredus decisio. 393. non incarceratur mulier. imò iudices carcerantes mulieres pudicam uitam agentes, & de crimine etiam inquisitas puniuntur pœna capitali, ut est tex. in §. quoniam, in auct. ut nulli iudi. sed hodie pro crimine de consuetudine cōtrarium seruatur, quòd mulieres detineri possint in carceribus separatis a carceribus masculorum, teste Marco Ant. Blan. in practi. crimi. in rub. 1. num. 27. in prin. dictæ practi. Follerio in practi. crimi. in uer. notatos capiat de persona nu. 28. & seq. & alijs quàmplurimis congestis per Grammati. in d. decisio. 33. num. 9. cum alijs seq. hoc tamen non procederet, aduerte, ubicunque mater tutrix filiorum ante susceptam tutelam renunciaret omni legum auxilio sibi competenti, tunc quippè per renunciationem istam ob pecuniam filijs debitam ratione tutelæ potest personaliter capi, & in carceribus poni, secundum Bart. in l. si quis sub conditione nu. 18. ff. de testamen. tute. & in auth. matri, & auiæ num. 13. & ibi Saly. nu. 14. C. quando muli. tu. offi. fugni poss. Io. And. Domi. & Francus in c. 2. de iudic. in vj. Roma. Alex. Soci. & Ias. in l. plerique col. fin. ff. de in ius uocan. idem Roma. consi. 118. & in l. aliam §. eleganter num. 11. ff. solu. matri. & Matthesi. in sing. 169. & Petrum Duen. in d. reg. 312. nu. 2. post alios infinitos relatos per eum, & istorum opinionem recitat esse commu- Cōis opi.
nem, prout communis est Couarruuias in suis resolutionibus li. 2. c. 1. nu. 3. tamē ibi refert aliquos scribentes contrarium asserentes, & tandem ipse quoque leui quodam, & uulgari fundamento conatur à præmissa communi discedere, quod fundamentum ante eum adduxit Marsil. in

d.§. attingam.nu. 64. & seq. ubi, & ipse etiam infringit dictam communem, cæterùm fatuum esset in actu practico ob opinionem istorum à dicta communi sententia tot illustrium Doct. quæ est in iure uerissima, & per curiosos, & ueritatis defensores optimis, & facillimis rationibus tueri posset, & eam sequitur quoque tanquàm sanctam,& communem Ang. & Platea col. pen. in l. nemo carcerem C. de extract. tribu. lib. 10. Ias. in l. pen. num.4. ff.si cer. peta.& Caccialupus,in tract.de debitore suspecto,& fugiti. quæstio.6.

OPINIO XXXVIII.

Cardinalem offendens incidit in crimen læsæ maiestatis,& puniri potest quemadmodum percussisset propriam summi Pontificis personam,ac maiestatem, secundum Io. And.in c.ad apostolicæ.§.perpetrauit, de senten. & re iudi.in 6.in uersicu.Cardinales,Præposi. in c.in primis.§.de persona,nu.20.11.q.1.Anchara.in c.fœlicis, de pœn. in 6. col.2.per illum tex.Andr.de Iser.in constitu. Regni Neapo.exordiente,ut participatio, col.2.& Afflict. in c.1.col. 8.in titu.quæ sint regal. in usibus feudorum, quorum opinionem latè probat, sequitur,& dicit communem Hierony. Gigas,in tracta. de crimine læsæ maiestatis,in lib.1.q. 5.num.1. cum alijs seq.fol.7.sed hoc fallit non procedere ubicunq; quis offenderet Cardinalem ad sui necessariam defensionem,tunc enim hoc impunè permissum est, secundum glo.in c. fin. in uersi. percusserit de pœnis,in 6.quam sequitur ibi Io.And.Ang.Ias.nume.1.& Deci. nu.7. in l.ut uim,ff.de iusti.& iure,& Curti.seni.consi.20.nu.29.

Cõis opi.

OPINIO XXXIX.

Citatio partis in petitione familiæ iudicis ad associandum uigore pactorum executiuorum non est necessaria aliquo modo,& sic iudex parte non citata potest concedere licentiam associandi creditorem ad possessionem, secundum Saly.q.8.Alberi.col.2.& Ias.in l.creditores.C.de pignori.Alex.consil.131.uolu.4.Cottam in memorali,in uer.pacta executiua,circa fin.Marantam,in tract. iudiciorum,in 6. par. de citatione sub nume.11. Iacobum Meno-

chium,

chium,in tract.recuperandæ possessionis remedio.5.num. 29.& Afflict.decisio.326.ubi firmat ita decisum fuisse in sacro concilio Neapo. sed quotiescunque petita esset licentia ingrediendi possessionem, tunc iudex illam concedere nequiret non citata prius parte,ut uoluerunt Bart. nu.26. & alij omnes,in d.l.creditores,& Bal.in l.2.q.10.ff. de ser. & in l.1. ff. de execu. rei iudi. col.1. & Cotta in præcitato memorali,in uer.pacta executiua,ubi appellat istam communem opinionem fore. Cõis opi.

OPINIO XL.

Clausula quòd tenores,& formæ, quorum omnium,,& aliorum habeantur pro expressis,etiam si expressa mentio de eis facienda esset, & cætera. operatur perinde, ac si de uerbo ad uerbum omnia in indiuiduo expressa fuissent, & tollit clausulam derogatoriam ad futura, secundum Ant. de But.consi.2,Fely.in c.nonnulli,col.7.de rescrip. Cassado. deciño.28.super regulis,Deci.consi.341.nu.1.Crauet. consi.126.nu.7.& Parisi.consi.1.num.84.uol.4. & ista est magis communis opinio,ut constat ex relatis per glo.con Cõis cor.in tract.de forma manda.aposto.in uer.pro expressis. opi. & c.& per Couarruuias latissimè, in epito. de testamentis super rub.par.2.nu.20.fol.paruo.222.& seq.

OPINIO XLI.

Clerici in minoribus ordinibus constituti sunt capaces sententiæ degradationis. & sic degradari possunt, c.2. de pœn.in 6.& ibi Docto.communiter,Ant.in c. at si clerici, de iudic.Barba.in c.cum non ab homine, col.2.eod tit. & Bernard.Diaz, in practi.crimi. cano.cap.132. post princ. Cõis nec refragatur,tex.in c.clericus,il secondo,de uita,& ho- opi. nesta.cleri. dicens clericos in minoribus constitutos ordinibus esse sine gradu, quoniam intelligitur absque gradu sacro, secundum glo. receptam communiter ab omnibus Cõis ibi,quam sequitur quoque Corset.in sing.in uers. accusa- opi. tio, sed huiusmodi actualis degradatio insignitis minoribus ordinibus ueritatem profitendo minimè moribus recepta est,ut per Canonistas,in d.c.clericus.

OPI-

OPINIO XLII.

Clerici tenentur ad instructionem murorum, ac portium ciuitatis,& uiarum pontiumq; in quibus est pietas,& publica uersatur utilitas.l. ad instructionem.C. de sacrosf. eccle. & l. ad portus C. de operi. publi. Glo. & alij in ca. non minus in uer. releuandas de immuni. eccle. Lucas de penna in l. fi. in fi.C.de exacto. tributo. li. 10. Ripa in li. 2.
Côis responsorum cap. 22. nu. 5. & seq. Bar. & omnes in d. l. ad
opi. instructionem, Bellamera consi. 45. Gui. Papæ. q. 78. & Ripa in tract. de peste. in tit. de remedijs ad conseruandam ubertatem, nu. 233. & seq. ubi recitat istam esse communem opinionem, approbat uina ratione, & concordat cũ opinione contraria, prout ita facit, & concordat quoque additionator in d. q. Gui. Papæ 78. Bertran. pariter consf. 53. nu. 9. uol. 1. profitetur opinionem istorum esse communem, eamq; ampliat, ac refert cæteros contrarium asseuerantes. Et sequitur quoque Lancel. corrad. in pract. seu tract. De decur. lib. 1. c. 9. De prætore. §. 1. nu. 27. & sequen. fol. 16. ubi ostendit istam magis communem fore, & obseruari Mediolani & Papiæ.

OPINIO XLIII.

Clericorum appellatione ueniunt constituti, etiam in minoribus ordinibus, secundum Glo. Abb. & omnes indifferenter in c. non liceat, de præben. ubi Deci. nu. 17. se
Côis quitur opinionem istorum, & meminit nullam habere du
opi. bitationem, & in effectu communis est, ut per scriben. ibi, imò appellatione clericorum ueniunt canonici, & clerici in dignitate constituti, & alij prælati quoque in materia fauorabili, secus autem in odiosa, nam prælati non sunt clerici simpliciter, sed secundum quid, ut uoluit Abb. in c. bonæ. il. 1. in 1. not. de postu prælat. & in rub. de maior. & obedi. Federi. de senis consf. 73. factum tale est, per tex. in c. statutum de electio. in 6. & istam opinionem di
Côis cit communem esse Deci. in d.c. non liceat nu. 18. & seq.
opi. & Alciat. in l. 2. nu. 9. ff. de uer. oblig. & sequitur Ruinus consil. 18. nume. 17. uolu. 2. & Riminal. consil. 105. nu. 33. & seq. posito inter consi. crimi. diuersorum in 1. uol.

OPI-

OPINIO XLIIII.

Clericus habens sufficiens patrimonium licitè potest uiuere de bonis ecclesiæ, ac de redditibus beneficiorum secundum Abb. post alios relatos per eum in c. postulasti de rescrip.q.2. & Deci. ibi nu. 16. ubi Syluester Aldobranid.in add. ad ipsum Deci. refert ferrariæ ità consuluisse, & sequitur quoque Inno.& alij in c. episcopus,de præben. ubi Deci. nu.13. meminit istam communem opinionem, Præposi. in c. illi autem. 12. q. 1. Fely. in c. ex literis col. 2. de constitu. Soci. consi.91. col.4. uol.3. Abb. in disput. 4. dubio. 4. Syluest. in uer. clericus.4.q.16. Fely. & Barb. col. pen. in d.c. postulasti, licèt ipsi ibi, & malè discedant à communi prædicta, imò retenta ista communi dic ulterius quòd presbyter propria bona habens in episcopum eligi potest, & illa bona licitè retinet, quod Gratianus ex concilio agatensi. c.48. comprobat in c.episcopi. 12.q.1. & Panor. in c.1. de testa. plures authoritates doctissimè congerentes.

OPINIO XLV.

Clericus debitor alienæ pecuniæ inopia, seu egestate laborans non potest conueniri, nisi inquantum facere potest deductis necessarijs alimentis, nè cogatur mendicare in oppositum clericatus, secundum Glo. Barto.& alios omnes in l. 1. aliàs in l. miles.ff. de re iudi. Glo. in ca. studeat. 50. distin. quam sequitur Ioannes Staphi. de literis gratiæ, & iustitiæ fol. 154. col.2. Gigas. in tract. de pensionibus.q.35. & Capella Tholosa. & Anferius ibi decisi. 245. & Fely. in c. cùm ex officij col. 1. de præscrip. & communem esse profitentur Deci. in c.repræhensibilis nu.28. & seq. de appellatio. Ias. col.3. & Ripa num.7. in d.l. miles, & quàmuis de iure contrariam partem ueriorem esse meminerint Matthesi. notab. 61. nota quòd clerici non gaudent, & Alberi. & Pau. castren. in d. l. miles, ob hoc non multum tribuendum est opinioni istorum, sed sequenda est communis sententia præmissa in praxi tanquàm magis æqua, & uera, ac melioribus rationibus uallata; uerùm reducendo omnia hæc re, & effectu ad practicam, si clericus Cõis opi.

cus ipſe haberet beneficium, & eſſet pro ſolutione debiti conuentus iudex eccleſiaſticus ad euitandum excommucationem, & carcerationem cõtra iſtum clericum poſſet, ac teneretur adiudicare creditoribus annuos fructus illius beneficij reſeruatis congruis alimentis ex eis dicto clerico,argu. tex.in c.peruenit,de fideiuſſ.& ita practicatur,ſeu hoc obſeruatur in Romana curia, ſecundum Collettariũ, in c. Odoardus, de ſolutio. Aufrerium, in d.deciſio.Tholoſa.245. & Rebuffum, in auth. habita.priuilegio.212.C. ne filius pro patre, & hoc modo ſeruatum extitit in facti contingentia multis uicibus coram iudice eccleſiaſtico ciuitatis Aquilæ me patrocinante.

OPINIO XLVI.

Clericus ob fornicationem ab eo cõmiſſam hodie non eſt deponendus, ſecundum glo.in c.Maximianus.8.diſt.& in c.lator.2.q.7.Cardi.in clem.ad noſtram.in 2.q.de hæret.Imo.in c.ut clericorum de uita,& hone.cleri.col.2.& in c.ſi aũt, eo.tit.Abb.in c.fin. de purg.uulg.Io.de Ana.in c.ſignificauit,col.3.de adulter.Barba c.conſi.13. in fi.uol. 3.Deci.nu.223.cum alijs ſeq. Abb.Fely.nu.8. & Aug.Be-

Cõis opi. rous,nu.165.in c. at ſi clerici,de iudic.ubi profitentur iſtã eſſe communem opinioné,& Corſetus,in ſing.ſuo, in uer. fornicatio,& Pau.Grilan.in trac.de pœnis omnifariã coitus illiciti.q.6.ſub nu.1. huic uero cõi contradicit Pau.de Eleaza.cum multis alijs,in clem.1.de offic.ord.aſſerendo ꝙ clericus in ſacris ordinibus conſtitutus ꝑ ſimplicẽ fornicationem deponi debet,& poteſt,idemq; tenet Anto.de

Cõis opi. But.in d.c.at ſi,quorum ſentẽtiam recitat eſſe cõem Aret. in c.cum non ab homine,col.10.de iudicijs, & Deci.in d. c.at ſi clerici;ſed opiniones iſtorum ad optimam conſonãtiam,& concordiam reducere nixus eſt Corſetus in allegato ſing.quamuis ipſe in iudicando,& conſulendo nunquã, diſcederem à prima ſnĩa,quę in iure ueriſſima vr̃,& corroboratur per Deci.& Beroum latiſſimè, in d.c.at ſi clerici. quæ quidem cõis ita amplexa interpretatur utiliter nõ habere locum in ſacerdote cognoſcente filiam ſpiritualem, tunc.n.deponeretur abſq; dubio aliquo, ſecũdũ Abb.in c. fi.de purg.cano.Io.de Ana. in c.cũ dilectus, de accuſ.col. 2.& in d.c.ſignificauit,col.pen.Fel. in prin.Deci.nu.232.

&

& Berous, nu. 169. in d.c. at si clerici, & Ioanné de Selua, in tract. de beneficijs, in 3. par. q. 3. in fin. & ista est cõis, & & indubitata opinio; & aduerte quòd filia spiritualis circa hoc illa dr̃, quæ sit de eius parrochia, ut tenet Abb. in d.c. fi. de purg. cano. Dec. in d.c. at si clerici, num. 233. & Io. de Selua, in loco præcitato, & eadem pœna quoque puniretur sacerdos ipse cognoscens commatrem suam, secundũ Abb. in d.c. fi. col. pen. & Fel. in d.c. at si clerici, col. fin. Cõis opi.

OPINIO XLVII.

Clericus productus in testẽ corã iudice laico deponẽs falsum non potest per iudicem laicum puniri, ac condẽnari, nec principaliter, nec incidenter, sed est remittẽdus ad ecclesiasticum, secundum Host. Innoc. Io. And. Ant. Butr. Imo. & Fely. in c. uerum de foro competẽ. Io. de Ana. col. 1. Soci. col. 14. & alios, in c. 2. de crimi. fal. Bar. in l. diuus, col. fin. ff. de falsis, Pau. castren. in l. nullũ. C. testi. Ias. in l. 1. §. qui mandatã, ff. de offi. eius, col. pen. & Ang. in l. si uacantia, col. 26. C. de bonis uacã. lib. 10. & oẽs, in c. at si clerici post Io. And. ibi de iudicijs, & istorum opinionẽ sequitur, declarat, & scribit esse cõem Maranta, in tract. iudic. in 6. par. 2. partis prin. super 12. actu, nu. 4. & seq. Capicius, in decisio. 5. nu. 13. & Afflict. decisio. 230. ubi opinionẽ hanc asserit cõem, tuetur, sequitur, & inquit Dominos de Rota in eam inclinasse, licet casus iste ob uarietatem sñiarum, & opinionum conflictum non fuisset decisus in sacro regio concilio, & in effectu reiectis duabus alijs opinionibus relatis per Afflict. in d. decisio. 230. ipse sequor opinionem Host. & sequacium cõem, quam magis securam inquit Afflict. in d. decisio. nu. 4. & in practica obseruari testat̃ Aug. in add. ad Ang. in tract. malefi. in uersi. falsario, ubi ipse simul cũ Ang. concurrunt cũ præmissa opinione cõi, & eãdẽ ueriorẽ, & cõiorẽ dixit Ioan. Bernar. Diaz. in pract. crimi. cano. in c. 87. in fi. & Soc. in trac. fal. ĩ reg. 428. inci. testis falsum testimoniũ deponẽs, & caue ne te decipiat suis suasionib. Barb. qui per q̃plura colorata fundamenta nitit̃ cõtrariã partẽ substinere, in d. c. uerũ, nu. 52. usq; ad nu. 62. quia eius rõnes parũ, aut nihil obstãt, prout ostẽdit̃ apertissimè ꝑ Mod. & alios, in d.c. at si clerici, est bene uerũ ꝙ cã apud Gallos seruari, & passim admitti asseuerat Guliel. Benedi. Cõis opi.

in c.

in c. raynutius de testa.uer.& uxorem nomine Adelasiam num.434.

OPINIO XLVIII.

Clericus, ecclesia, seu monasterium succedens iure institutionis, uel legati laico iam conuento coram iudice seculari, tunc litem ipsam inchoatam cum defuncto coram illo iudice litem finire, peragereq; tenetur, ubi iudicium cæptum est secundum Bald. consil. 207. uolu. 1. Ange. & Paul. Castren. in l. hæres absens.ff. de indic. Alexand. in add. Bar. in auth. & consequenter num. 19. C. de senten. Barba. consi. 1. uol. 3. & in c. quia, de iudi. num. 45. cum alijs seq. Imo. in l.si eum hominem.ff.de fideiusso. Cagnolum in l. 2. num.175.ff. de pact. inter emptorem, & opinio hæc obseruatur in practi. teste Boeri.decisio.69.num. 32. cum alijs seq. Alex. ubi supra, & Guiliel. Benedic. in c. Raynutius in uer. & uxorem nomine, num. 124.de testa. & est communis quoque, prout ostendit Rogerius de Mata. in l. 1.nu. 71. de iudi.ff. & magis communem, ac ueram esse ait Boeri. in memorata decisio.69.num.32.34. & seq. in contrariam uerò partem inclinarunt uidelicet quòd instantia cepta cum defuncto laico non transeat in clericum hæredem, & sic quòd lis cæpta cum ipso laico denuò inchoanda sit coram iudice ecclesiastico Io. And. in regula qui in ius de reg. iu. lib.6. Bald. titubanter in c. in præsentia de probatio. & in l. 1. C. si pend. appel. mors inter. Ang. in l. tam ex contractibus.ff. de iudi. Ant. Abb. Fely. & Deci. col. fin. in d.c. quia, & Iacobinus de Sancto Geor. & idem Deci. in prin. in d. l. hæres absens, ubi perhibent ità in actu practico obseruari, & ista est magis communis opinio, ut meminit expresse Maranta, & quidem, ex semetipso, suoq; capite in tract. iudiciorum in 5. par. nu. 13. & ità parum cautè, imò relaxatis censuris, habenisq; iuris ità superiori anno per iudicem secularem ciuitatis Aquilæ in causa non leuis momenti iudicari uidimus. tamen reiecta opinione istorum tanquàm iniqua, & plebi suadenda, imò in nube fundata teste Boeri. in d. decisio. 69. nume. 39. mihi semper placuit prima sententia, quam in iudicando, consulendoque sequerer intrepidè

(margin: Côis opi. — beside "c. Raynutius…" and "& est communis")
(margin: Côis opi. — beside "ex semetipso…" and "nu. 13.")

pidè uti ueriorem, equiorem, & communiorem.

OPINIO XLIX.

Coloni res illatas in fundum rusticum dominus habet tacitè obligatas. §. item seruiana institu. de actio. & licèt tex. loquatur simpliciter, & aliter non aperiat de quibus colonis intelligatur, cùm plures colonorum species reperiantur, nihilominus habet locum in colono nummis colente, uel colono præstante aliquam quantitatem frumenti, ac olei, uel in colono partiario partiente illud, quod conuentum est, seu diuidente fructus fundi cum domino, & sic dominus omnium istorum colonorum res inuectas in fundo hypotecatas habere censetur secundum Glo. Fabrum, Areti. Ias. nu. xj. cum alijs seq. Gomesium nu. 9. & seq. & Bellonum nu. 15. & seq. in d. §. item seruiana, ubi ostendunt istam opinionem communem esse, & cum ea sentiunt quoque Alex. consil. 32. col. 1. uolu. 1. Soci. in tract. fallentiarum in reg. 192. in fin. Bald. & Saly. in l. certi iuris C. locati, & Floria. in l. 2. ff. eod. titu. hocque ampliatur, ut coloni, seu inquilini res inuectæ non modò obligatæ tacitè sint, ac appareant pro pensione fundi, ac domus conductæ, sed pro deterioratione, aut eius refectione etiam, ut uoluerunt Bar. in l. solutum solutam in fin. ff. de pig. actio. Areti. Ias. cum alijs signatis per eum nu. 22. Gomesius nu. 13. & seq. & Bellonus nu. 20 in d. §. item seruiana, ubi ponit hanc communem sententiam esse, & sequitur pariter Negusantius in tract. de pignoribus in 2. par. membro. 4. sub nu. 128. & seq. ampliatur similiter secundo loco, ut procedat non solùm, ubicunque locatio ipsa facta esset pro mercede debita in pecunia numerata, uerùm, si facta etiam foret pro pensione debita in certa specie, & per consequens in propria secundum Glo. & Areti. in d. §. item seruiana, Cy. Bald. q. 3. & Saly. in d. l. certi iuris, & Negusanti. cum reliquis citatis per eum in d. 4. membro. 2. par. sub nu. 138. ubi perhibet istam opinionem magis communem, magisq; ueram esse. hæc uerò regula ità ampliata limitatur primùm, ut de plano procedat, quotiescunque in fundo, seu domo sint inuectæ res ipsorum colonorum, sed si illatæ appareant res alienæ ibi per

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

per ipsum conductorem non uidentur tacitè hypothecatæ pro pensione, etiam si res essent alienæ, quę præsente, & tacente domino inueherentur, secundum Iaco. de Aret. Cyn. Bal. q. 7. Saly. & cęteros, in d. l. certi iuris, Gomesium, in d. §. item seruiana, nu. 24. Bellonum, nu. 30. ubi Ias. num. 53. cum alijs Doct. præcitatis fatentur istam esse communem opinionem. Cõtrariam uero partem, uidelicet, quòd per solam scientiam, patientiamq; domini sine dolo indu catur tacita obligatio in re inuecta firmauere glo. fin. in d. l. certi iuris, Bar. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. & in l. 1. ff. de pigno. Ias. cum cæteris accumulatis per eum, in d. §. item seruiana, nu. 53. & Negusanti. in d. 4. membro. secunda parte, nume. 152. ubi perhibet hanc esse ueriorem, communioremq; sententiam; sed tutius esset iudicio meo in actu practico transire cum prima opinione Iaco. de Are. & sequacium, tanquam æqua, & indubitata. Limitatur secundò etiam, ut procedat regula præmissa in prædijs urbanis, nam res illatæ in illa indistinctè censentur tacitè obligatæ absque alia scientia domini prædij, cæterum inuectæ in prædium rusticum non intelliguntur tacitè hypothecatæ, nisi, ita demum, si dominus sciat: ideo in prædijs ipsis urbanis inducitur hypotheca absque scientia domini domus, secus autem in rebus rusticis, ut firmauere glosſ. & omnes, in d. §. item seruiana, ubi Bellonus recitat istam esse communem opinionem, numero uigesimosexto, & Negusanti. in d. 4. membro, secunda parte, numero 145. Limitatur postremò, ut instrumenta, chirographa, ac nomina debitorum illata in domum conductam non uideantur aliquo modo tacitè obligata pro pensione, secundum Rai. Cyn. & Salyc. quæstio. tertia, in d. l. certi iuris, Fabrum, Areti. Nicol. de Neapo. Ias. numero quadragesimoprimo, & Bellonum sub numero trigesimo, in d. §. item seruiana, ubi perhibet istam esse communem opinionem, ac eidem inhæret quoque Negusantius, in d. 4. membro. secunda parte, sub nume. 153. in alijs uerò multis casibus regulam prædictam limitat, & ampliat Negusantius, in d. 4. membro. 2. partis à numero. 128. usque ad numero. 155.

Cõis opi.
Cõis opi.
Cõis opi.
Cõis opi.

OPI-

OPINIO L.

Compromissum si fecerunt Titius, & Sempronius in arbitratorem annullatur si alter ex compromittentibus ipsis est bannitus, & bona banniti sunt publicata, seu confiscata, secundum Roma. Alex. Ias. & Soci. in l.si quis arbitratu.ff.de uer. oblig.ubi scribunt istam opinionem communem fore, & sequitur Bapti.de sancto Blasio, in tract.de arbitris.q.53.Marcus Antonius Blancus, in tract. de compromissis.q.7.nu.6.fol.paruo.149. & Petrus de Benintendis decisio.21. nu. 21. licet ibi recitet in Rota Bononiensi decisum extitisse bannitum uigore statuti de compromissis faciendis inter affines compromissum petere posse, & in hanc partem per rationes inibi assignatas rationabiliter Rotam inclinasse facile dignoscitur. Cõis opi.

OPINIO LI.

Compromissum factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus ecclesiæ in laicum necessariò non requirit cõsensum, authoritatemq; episcopi, secundum gloss.in uersi. spiritualibus.post princ. in c. contingit interdum de arbitris, cum qua sentiunt omnes Docto. ibi, præsertimq; Augusti.Berous, nu.33.& seq.& nu.26, ubi deducit istam opinionem communem esse. Cõis opi.

OPINIO LII.

Compromitti possunt in laicum arbitratorem causæ ecclesiasticæ, etiam spirituales, secundum Hostien. & Ioan. And.in c.fin.de rerum permu.Roma.consi. 290.Anchara. consi.23.& 97.Alex.consi.111.col.2.uol.2.& in l.quoties. C.de iudi.& Deci.cum alijs citatis per eum, in c.2.num.4. de iudicijs, ubi perhibet istam opinionem communem esse, & idem firmat Hierony.Gratus consi.87.nu.10.uolu.1. & Moder.Bononien.in c.contingit de arbitris. Cõis opi.

OPINIO LIII.

Conatus puniendus est in atrocioribus delictis, secundum Bal.in l.si quis non dicam rapere.C.de episc. & cleri. per tex.ibi glo.in uer.putamus, in l.1.§. hæc autem uerba ff.quod quisque in.approbatam ibi à Cyn.Rom.& ab alijs communiter,& idem probat text.in c.1. de homicid. in 6. & l.quisquis.C.ad leg.Iul. maiesta. & notat Grammati. in decisio.2.nu.5. & Criminalistæ omnes uarijs in locis, sed conatus iste in atrocioribus criminibus non punitur pœna ordinaria delicti,perfecti,& consumati,etiam quod delinquens peruenerit ad proximum ipsius delicti actum,ac fecerit posse suum,nec steterit per conantem,quin delictum omnino consumatum fuerit,secundum Cyn. col.2. & Sal. in d.l.si quis non dicam, Andre.de Iser.in c.1.§. si uero de capita.qui curiam uendi.Ang.in tract. malefic.in gl. Sempronium mandatorem,col.2.Cæpol.consi.fin.col. penul. Grammati.d.decisio.2.nu.22.& decisio.74.nume.12.& in uoto.20. & ista est communis opinio, teste Cataldino de Boncompagnis in consi.55.nu.58. posito inter consil.criminalia diuersorum,in 1.uol.Marsil.consi.105.col.1.& in l.is, qui cum telo.C.de sica. Grammati. in uoto.8. nume. 11.cum alijs seq.& Carrerio in practi. crimina.rub.de homici.§.2.nu. 19.& primo potest tradi exemplum commodum hic in porrigente, seu propinante uenenũ alicui causa occidendi, tunc ob actum proximum consumationi ipsius criminis non sequuto effectu, & morte tradens uenenum, uel tentans occidere ueneno uenit pœna extraordinaria puniendus,secundum Bal.consil.443.lib.3.Ang.in l. 1.§.sit iniuria.ff.de extraordi.crimi.Floria.in l.item si obstetrix.ff.ad leg.Aqui.Cæpol.in d.consi. fin. Afflict.in constitu.Neapolita.lib.3.rub.41.Alex.ad Barto. in l.1.ff. ad L. Pompe.de parrici.Cremen.singu.49.defensaui semel, Augusti.in add.ad Ang.de malefi. uers. & ex interuallo.in fin. Marsi.in l.eiusdem.ff.de sicar.& Parisi.consi.167.num.13. uol.4.Grammati.in d.decisio.2.ubi meminit ita fuisse decisum in sacro regio concilio Neapoli.& postmodum confirmatum per principem contra sententiam magnæ curiæ vicariæ in prętorio supremo in ciuitate Neapolis,& istam

Côis opi.

Côis opi.

fatetur

fatetur communem opinionem Carreri. in d. practi. in §. homicidij, nu. 19. & sequitur ibi, & Fel. in tract. quando conatus puniatur, col. 4. & Grammati. in d. decisio. 74. nu. 16. & seq. secundo tradi potest circa præmissa alterum exemplum congruens in raptore virginis, honestæq; mulieris, qui ob raptum, ac conatum duntaxat deductum ad actum proximum contra honestam mulierem non sequuto effectu, & sic non stuprata, & cognita ipsa muliere, sed solummodo rapta est puniendus ob hoc raptor non pœna. l. unicæ. C. de raptu uirgi. uerum minori pœna, secundum Ang. ibi, & Anani. in c. pen. col. pen. de raptor. Deci. consil. 234. col. fin. Cæpol. consi. 57. Marsil. consi. 105. col. 2. Carrer. in d. practi. in titu. de homicid. §. circa. nu. 285. Grammati. d. decisio. 2. nu. 29. & ita se habet communis opinio, secundum Boeri. decisio. 316. col. 2. & Cataldinum de Boncompagnis de uiso, in consi. 55. nu. 54. quod consi. reperitur inter consil. criminalia diuersorum, lib. 1. contrarium uero in hoc tenuerunt Andr. de Iser. & Afflict. in constitu. Neapolita. lib. 1. rub. 19. q. 2. cæterum fatuum esset ob opinionem istorum recedere à dicta communi, quæ est uerior, & communior. in crimine uerò atrocissimo læsæ maiestatis conatus debet pœna ordinaria puniri, d. l. quisquis, Ang. in l. 1. §. hæc uerba. ff. quod quisque iu. Archidia. in c. si ergo. 17. quæstio. 1. Bart. & Alexan. in l. ea mente. ff. de furt. Afflict. in constitu. mala noxia, Marsil. in d. l. eiusdem, numero nono, & Clarissimus D. Restaurus Perusinus Præceptor meus, in tracta. de imperatore. quæstio. 118. colum. 11. & hoc procedit absque dubio, ubicunque conatus non fuerit nudus, solus, & simplex, sed fuerit deductus ad aliquem actum remotum, seu proximum sine delicti consummatione, secundum communem opinionem omnium Doctor. amplexam ab Ange. in d. §. hæc uerba, Bald. & Andre. de Isern. in cap. primo. §. si uoluerit, de capit. qui curiam uendid. Afflict. in constitu. asperitatem fallen. 2. & relatam ac mentionatam per Carreri. in d. §. 2. numero. 15. & alios præcitatos.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO LIIII.

conatus. Homicidium uolens committere ex deliberata, & perfecta uoluntate, & accedens cum armis hac de causa contra Titium, nec occidat, nec ei membrum aliquod amputet, quia non potuit, ob hoc irregularis non efficitur, uoluntas enim sola non facit irregularem, secundum gloss. & omnes communiter, in c. si quis aliquis, de homicid. Archid. in c. fin. 23. q. 8. Domi. in c. si quis acceptum. 50. dist. & eundem Archidia. in c. periculose contra gl. fin. ibi, de peni. dist. 1. Fely. in c. sicut dignum, num. 11. de homicid. & in tract. quando conatus puniatur, uersi. fallit sexto. Marsil. in l. is, qui cum telo, col. fin. C. de sicar. & Albert. Trotum, in tract. de uero, & perfecto clerico, lib. 2. cap. 20. nu. 5. ubi testatur de communi, nam lex canonica quantum ad hoc exigit uerum actum homicidij, aut membri mutilationis, ut notat Henricus post alios, in c. 1. de eo qui mittitur in poss. & ibi Cardina. & hinc deducitur quod si quis habeat animum deliberatissimum, & omni conatu curet percutere clericum, & non percutiat eum re, & effectu non incurrit excommunicationem; siquidem ad incurrendum pœnas excommunicationis, censuræq; ecclesiasticæ requiritur factum, ut habetur per glo. communiter ibi ab omnibus receptam, in c. in audientia, de senten. excommunica. Cardina. in clemen. 1. q. 3. de usuris, & Fely. in d. tract. quando conatus, & in tantum procedit prima communis opinio, quod si quis digitum amputet Titio prædicto non efficitur irregularis, secundum Doct. in d. c. si quis. Barto. Ang. & Imo. in l. 2. de publi. iudi. Ang. in tracta. maleficio. in uersic. membrum, & Rubeum consi. 83. quia digitus non est membrum, sed officium membri, ideo requiritur separatio membri, uel totalis debilitatio ipsius in casu isto pro irregularitate incurrenda. ideo statutum puniens aliquem pro membro debilitato non procedit in debilitante hominem aliquo digito, quia debilitans penitus digitum non dicitur debilitare membrum, cum digitus ipse non sit membrum, sed membri pars, ac officium, ita uoluit Bart. & Imo. in d. l. 2. & Iac. Nouellus, in practi. crimina. super forma inquisitionis pro insultu, & uulneribus, num. 30. cum alijs relatis per eum, & per

Cõis opi. (margin, beside "statur de communi")

Cõis opi. (margin, beside "ut habetur per glo.")

per Rubeum,in d.consi.83.ubi ita consuluit, hoc uero fallit in notabili artifice,seu pictore,& cui si foret pollex debilitatus,aut mutilatus, tunc haberet locum memoratum statutum, quia ex debilitatione istius digiti redditur inefficax, & inutilis manus, ut firmauit Follerius post Angel. Aret.in practi.crimin. in for. capitulorum in uulnere,numero uigesimotertio,fol. paruo.412.& Rubeus,in d.consi.83.in fin.

OPINIO LV.

Concubinarius,seu fornicator publicus, ac notorius in sacris ordinibus constitutus est suspensus ipso iure ab officio, & beneficio, & celebrans ante peractam pœnitentiam efficitur irregularis, ea quidem irregularitate, quæ à solo pontifice deleri potest, secundum Abb. in c. uestra,col.4. de cohab.cleri.& mulier.Hostien.in c.si celebrat,de cleri. excom.minist. sylue. in uer. concubinarius.§.4.Anan.col. 1.& Fely.col.2.in c.cum dilectus,de accusatio. Ant.in c.1. nume.32.de iudic.Abuensem,in tractat. de concubinarijs clericis conclusio.septima,Florent.in tertia part. titu. 27. c.3.Palluda.in 4.sententiarum distin.27. quæst.4. col.2.& Io.Bernar.Diaz. in practi.cano.crimi. in titu.concubinarij, cap.73. & illorum opinionem inquit esse communem Io.de Imo.in d.c.1.col.4.Nicolaus Plouius de irregularitate.reg.41.& plerique ex præcitatis scriben. & Guid. Papæ, in quæst. 558. ubi eam sequitur, & concilium Gratiopolitanum secundum eãdem iudicasse meminit, & hoc ampliat Florent.in d.c.3. utiliter,& doctè allegans Innoc. Hostien.Archi.& Ant.quòd non solum sacerdos, sed etiã in quocunque ordine constitutus, etiam in minori est suspensus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu suspensus est, quandiu in uitio perseuerat, & interim exequens officia sua etiam semel irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis dispensatione, quod sequitur quoque Syluest. in d. uersicu. concubinarius, & statutum fuit in concilio Basilien. in sessione uigesima, quòd publici concubinarij usque quo cum eis per suos superiores dispensatum fuerit post ipsarum cõcubinarum dimissionem, ac manifestam uitæ emendatio-

Cõis opi.

nem sint inhabiles ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum, si uero post huiusmodi dispensationem uomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redierint, quod absque spe alicuius dispésationis ad prædicta prorsus inhabiles existant: sed hic congruenter pro animarum salute, & pro amouendo scandalum, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur disquirendum est utrum missam audire debeamus ab isto publico concubinario, & breuiter vr̃ cócludendum quod sic, quoniam licet in hoc, & circa hoc sit ualdè reprehensibilis, exemplo tamen Iesu Christi redemptoris nostri censetur permissus accessus ad missam prædicti notorij concubinarij, qui nempè Christus nec Iudam, & si falsus esset discipulus ab apostolatu eiecit, & qui solem super bonos, malosq; oriri facit, cuius actio nostra est instructio, & quia nos cum laici simus de presbyteris iudicare, nec de illorum uita quærere debemus, & hoc modo Nico. ad consultationem Bulg. respondisse legimus, c. consulendum. 29. distin. cæterum hoc non est simpliciter uerum, ideoque pro resolutione distinguendum arbitror sic quod aut concubinatus crimen est notorium, uel per sententiam, uel per concubinarij confessionem, ita quod nulla tergiuersatione celari possit, & tunc abstinendum est ab eo, secundum Abb. in d. c. uestro, col. 3. in 2. 3. & 4. q. & hoc procedit quoque, quando clericus tenet publice concubinam sicut uxorem, & publicè nutrit filios, ita quòd ipse minimè audet diffiteri, eo casu, secundum Abb. nõ est licitum audiri diuina ab eo, etiam sine aliqua monitione superioris, aut est occultum sicuti eorum, qui ab ecclesia tolerantur, nec operis euidentiam habent, & hoc casu ab huiusmodi quandiu ab ecclesia ipsa tolerantur diuina misteria, aliaq; ecclesiastica suscipere sacramenta libere, & licite possumus, text. est in d. c. uestra, & in c. tua, eod. tit. de cohab. cler. & mulier. & glo. in c. nullus. 32. distin. & publici concubinarij ad dilucidandum præmissa intelligendi sunt, secundum concilium Basilien. in d. sessione. 20. non solum hi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factã, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari notorius est, uerum etiam, qui mulierem de incontinẽ

tia suspectam,& infamatam tenet,& per suum superiorem ipsam cum effectu non dimittit. Cōtrariam uero partem, uidelicet publicū fornicatorem,seu concubinariū irregularem non esse si diuina officia celebrauerit tempore suspensionis, & publici concubinatus putauerunt Innoc. & Io.And.in d.c.si celebrat, Specu.in titu.de dispensatione. §.iuxta propositionis,nu.20.Card in d.c.uestra. Archid.in c.præter.§.ad hæc uero. 32.distin.Io. de Imo. in d.c.1.col. 4.de iudic.& Nicolaus Plouius, in d.reg.41. quorum opinio iudicio meo censetur magis communis, sed ipse nunquam auderem iudicare,consulereq; contra priorem sententiam, Abb.& sequacium communem, quæ citatur ab omnibus ferè contrarium asseuerantibus, & licet, appareat dura nimis,tamen est obseruanda, tanquam communis, & in iure uerissima, quā equidem multum timere deberent omnes, & singuli clerici in quocunque ordine constituti, & ne illam ignorarent omnibus illis quotidie prædicanda foret,& præsertim quia, etiam ipsi concubinarij patiuntur. 30. alias pœnas, quas connumerat Rebuffus in interpretationibus per eum factis ad d. concilium Basilié. quod concilium inuenies insertum in concordatis inter Leonem Decimum,& Regem Franciæ, intantum q̃ plura sunt damna, & incommoda concubinatus, quàm pœnæ, quæ possent irrogari per iudices,& concilium Tridentinū sub Pio Quarto in sessione 25.cap.14.contra clericos cōcubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres, de quibus suspicio haberi possit in domo, uel extra confirmauit omnes, & quascunque pœnas à sacris ueteribus canonibus,uel statutis ecclesiarum impositas,ubi etiam statuit,q̃ si clericus concubinarius post monitiones factas concubinam dimiserit,& postea dimissam,aut aliam publicè reassumpserit præter pœnas ibi statutas, excommunicationis gladio plectatur, & determinauit quoque quòd cognitio contra,& aduersus cōcubinarios spectet ad episcopos, qui sine strepitu, & figura iudicij sola facti ueritate inspecta procedere ualeant,atque possint.

Cōis opi.

OPINIO LVI.

Iudex ex præsumptionibus uiolentis, & indicijs indubitatis, con dēda tio.

bitatis, & uehementissimis non potest ipse deuenire ad cō dendationem, ac sententiam diffinitiuam in causa capitali absque alijs probationibus, & sic huiusmodi indicia non sufficiunt ad pœnæ corporalis condemnationem, sed solummodo pecuniariæ, secundum Gandi. in tracta. malefic. in rub. de pręsump. indubitatis, ex quibus cōdemnatio sequi possit, Ioannem And. in add. Spec. in titu. de probatio. §. uidendum restat, Bald. in l. 2. C. de his quæ pœnæ nomine, in test. & in l. eius. §. 1. ff. de testa. ubi hoc idem firmant Fran. de Areti. & omnes, Pau. castren. consi. 197. uol. 2. col. fin. Ange. in l. 2. ff. de fur. Ioannes de Imo. in l. fin. ff. de hæred. institu. Aret. in tracta. maleficio. in uersi. fama publica, uersi. quæro an unum, & Matthesi. singu. 122. & seq. Ioannes de Anan. consi. 55. nu. 2. Ias. in l. seruum fugitiuum, nu. 29. C. de ser. fugit. Ioannes de Imo. Cardi. Abb. & Fel. in c. afferte. de præsumpt. & ita consuluit Pau. castren. d. consil. 197. & Alex. consi. 116. in fin. uol. 3. & consil. 15. col. 3. uol. 1. & opinionem istorum sequitur quoque Boeri. decisio. 164. nu. 6. & sequitur, approbat, & fatetur æquiorem & cōmuniorem Marsi. in repeti. rub. C. de probatio. nu. 252. cū alijs seq. Iacobus Nouellus, in pract. crimi. in rub. de testibus in materia criminali incip. crimina obiecta probanda sunt, nu. 33. & seq. Tiraquel. post alios innumeros relatos per eum, in tract. de pœnis temperandis causa. 27. nu. 2. 10. & 11. fol. paruo. 142. ubi eam limitat, & Grammat. in decisio. 96. ubi refert ꝙ quidam inquisitus de homicidio in magna curia uicariæ propter indicia uehementissima & indubitata fuit in eadem condemnatus ad remigandum per septennium, & introducta causa istius condemnati per remedium appellationis in sacro regio cōsilio extitit in eo moderata pœna prædicta, seu sententia magnæ curię, & sic fuit condemnatus dictus homicida inquisitus per triennium ad remigandum per sacrum consilium, & licet multi Doctores asseruerint contrarium, quos recensuit Brunus, in tract. de indicijs, & tortura, in 4. q. 1. partis, num. 13. Marsi. in d. rub. de prob. nu. 253. & Boer. in d. decisio. 164. num. 1. cum alijs seq. tamen quicquid isti suadeant fatuum quidem esset, & inhumanum in actu practico recedere à dicta communi. imo si iudex sententiam ferret ex præsumptionibus

Cōis opi.

ptionibus certè,& absque dubio aliquo non transiret in rē iudicatam,ut habetur,in l. si ij,qui adulterij, de adult. secundum communem intellectum, de quo per Fely. post alios,in c.proposuisti,ex.de probatio.& quæ dicantur indicia indubitata, & qualia, & quæ sint latè declarant Criminalistæ in locis præcitatis,& Marsi. in d.rub. de probat. nu.253. Cōis opi.

OPINIO LVII.

Condemnatis ex maleficio, seu ex quocunque crimine regulariter non conceditur, neque competit dilatio quadrimestris ad soluendum, etiam si in sentētia in causa ista criminali quis esset ad pœnam pecuniariam, & pecunialiter damnatus, secundum glo.Bart.& Fulg.in l.si uictum,ff. de re iudi.Inno.in c.quærenti,de offi.dele. Bal. in l fin. C. de exe.rei iudi. & in add. Specu. in titu. de sententia,& re iudi.col.9.in uer.3.fideiussit,Alex.nu.18.& seq. & Ias. nu. 16.& seq.in l.debitoribus.ff. de re iudi. ubi scribit istā esse magis communem opinionem. Cōis opi.

OPINIO LVIII.

Conducens equum scholaris pro accedendo,ac redeundo in patriam suam, & equus ipse incidat in repentinum morbum, ob quod impedimentum cogatur eum relinquere,& consignare uicino hospiti,& in effectu cōsignet equū conductum,ut eum ipse hospes diligenter curet, & tādem moriatur non tenetur de leuissima culpa, & multo minus de casu,& per consequens,neq; de uitio naturali,ita cōsuluit Bal.cōsi.22. Vanutius,lib.3.quē sequitur,& cōmendat Cotta in memorialib. suis,in uer.scholaris,& hinc est q. si equus moreretur intra triduū à tpe locationis,uel uēditionis factæ alicui præsumeretur absque dubio morbosus, ut agi posset ad pretiū contra uenditorē,secus si ex longo interuallo,& distinctio ista fuit originaliter Io. And. in add. Spec.in tit.de empt.& uendi.in §.sciendum,uer.de illo,cū qua certè sentiunt,Alex.in add.ad Bart. in l.si in rixa.ff.ad le.Cor.de sica. & ibi Marsil. nu.59.in l.statuliber,num. 15. seq.ff.de quæstio.Ioan.de Imo.in l.si quis cum aliter.ff.de uerb.obligat.Iac.de san. Geor. in l.pacisci.numero quarto,de pact.& omnes Docto.communiter,in d.l.si quis cum aliter, Cōis opi.

aliter,& Ripa,in tract. de peste,in rub. de remedijs ad curandam pestem, nu. 141. ubi scribit istam esse communem
2 opinionem,seu distinctionem: sed conducens equum, aduerte,non releuatur nec liberatur à solutione equi aliquo modo, si probaret equum ipsum mortuum fuisse in itinere, nisi produceret, & specialiter probaret ꝙ equus obijt ille idem, quem conduxerat, secundum doctrinam Ioan.
Cōis opi. And.in c.auditis,de præscrip.quam sequitur Ant.col.pen. Abb.col.9. & alij omnes ibi communiter, & communem dicit,& declarat etiam Deci.in c.in præsentia, num.43.de probatio.Ias.in l.non hoc, nu.2.C.unde legiti. & in l.2.C. de bonorum possess.secundum tab.in finalibus uerbis.Marsil.in l.si quis ne quæstio.nu.133.ff.de quæstio. & in pract. crimi. in §. & quia,nume.14.& Io. de Amicis consulendo consi.40.num.1.& seq.

OPINIO LIX.

Conductor non tenetur de casu fortuito, sed duntaxat de dolo,culpa lata,& leui.l.si ut certo.§. nunc uidendum, ubi Bar.& alij.ff.commoda.& tradit Deci.in l.contractus, nu.33.ff de reg.iu. & in tantum hoc procedit, ꝙ si conductor suscepisset in se periculum generaliter cum iuramento superueniente bello,uel peste,aut alio casu fortuito nō teneretur,secundum Bar.Bal.Alberi.Ange.Fulgo.Alex.& Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitū.ff.si quis cautio.Alex.consi. 28.uol.1. & consi.33.uol.2.Ioan.Ana.& omnes, in c.1. de commoda.& Ripa, in repeti.l. si unquam, nu. 10.C.de reuocan.donat.& in tract.de peste.in titu. de priuilegijs con-
Cōis opi. tra, nu. 83. ubi recitat istam esse communem opinionem, & Ias. quoque, in d.§.quæsitum, quia regulariter, ut dicit Ancha.consi.43.col 2.ex causa superueniente receditur à iuraméto,à promissione,& alijs legitimè celebratis, quasi sub ea conditione contractum sit, si res in eodé statu permanserit,ut habetur,in c.quemadmodum de iureiu.& no. in c tua super. de his quæ fiunt à prælat. & quia fortius gl. & Bar. in d.§. quæsitum tenuerunt pro constanti quòd appellatione periculi casus fortuitus non ueniat, ut ibidem refert Ias.num.30.imo aduerte,ꝙ si conductor ipse suscepisset in se casum fortuitum, aduersamq; fortunam de casu

su insolito, & inconsueto superueniente minimè teneretur, sed de casu solito, secundum Bar. in d. §. quæsitum, Bal. in l. falsus, col. fin. C. de fur. Ant. in d. c. 1. Ange. consil. 173. Alex. d. consi. 28. & d. consi. 33. seu 31. uolu. 2. & Ias. in d. §. quæsitum, num. 33. cum alijs seq ubi istam Bar. opinionem sequitur, & plurimum tuetur, & communem dicit Ripa, in d. tracta. de peste, in rub. de priuilegijs contractuum causa pestis, nu. 97. quamuis ueriorem asserat contrariam titubanter Alex. d. §. quæsitum, num. 15. sed tu spreta opinione Bal. Ang. & sequacium, in d. §. quæsitum inhæreas totis uiribus dictæ opinioni Bar. in consulendo, & iudicando tanquam magis communi, sed ubicunque conductor in se suscepit pacto omne periculum superueniens ex quocunque casu, & specialiter, etiam ex bello, & occasione belli, tunc quippè pactum est ualidum, adeo q; mercedis remissio peti non potest. l. si quis fundum, in prin ff. locat. & not. Bart. in l. si merces §. uis maior, eod. titu. & Barto & omnes, in d §. quæsitum, imò si conductor iste suscepisset in se periculum belli, & guerræ, & omne aliud periculum, tunc sub huiusmodi uerbis generalibus comprehenditur casus pestis, & cuiuslibet aduersitatis, secundum gl. in d. §. quæsitum communiter ibi approbatam à Legistis, & Canonistis, in d. c. 1. ut per Ripam, in d tract. de peste, in rub. de priuilegijs contractuum causa pestis, nu. 77.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO LX.

1 Conductores gabellarum, doghanarum, molendini, ac aliarum rerum similium cogi non possunt ad soluendum maiorem pensionem propter ubertatem, & angumentum fructuum, quàm fuerint tempore conductionis, & celebrati contractus, quod quippè procedit, quando ubertas contingeret ob diligentiam coloni, uel conductoris, uel propter eius bonitatem, secus si casu fortuito, uel inopinato; tunc si conductor conduxit molendinum, & alia molendina ei uicina in totum, uel in partem post conductionem istam essent destructa ob uiolentiam aquarum, ita q; conductor ipse ob istum inopinatum casum lucratus sit multo plus, augebitur pensio illius rei conductæ, ita uoluit gloss. Bar. nu. 2. & 8. Floria. & Alexan. in add. in l. si merces. §. uis

maior-

maior.ff.locat.Innoc.Ioan.And.Butr.& Imo. in cap.propter sterilitatem de locat. & alij quãplures relati per Bertachi.in tracta. de gabellis,in 21. q.2. par. & istorum opinionem sequitur quoque consulendo Soci.iunior,& dicit communem consi.68.nu.6.& 10.uol.2.

Cõis opi.

OPINIO LXI.

Conductorem expellere potest emptor, uel successor singularis,l.emptorem,C.locat.ubi tex.glo.& Bart.& Rector.seu Prælatus quoque tempore sui officij locans nomine proprio,& non ecclesię huiusmodi locationi successor stare non tenetur, cæterum locatio ipsa spirat ob locantis mortem,secundum glo. communiter approbatam,in c.fi. ne prælati uices suas,Anch consi.16.Rotam Roma.in nouis decisio.232. Abb. in quæst. incip. Sépronius clericus, in quinto dubio.Pau.castren.consi.2.uol.1.& Soci.consil. 34.uol.3.ubi meminit istorum sententiam esse communẽ, & in tantum hoc procedit, ꝙ si prælatus nomine ecclesiæ etiã, & ad eius commodũ locasset bona ecclesiæ successor tunc cogi nequit huic locationi stare,nisi esset ipsi ecclesię utilis, secundum glo. cõiter ab omnibus ibi receptam, secundum Abb.& Ana.col 4.in d.c.fin.& Soci.in d.cons.34. col.3.in quibus quidem locis conantur pręcitati Doct.reducere ad concordiam opinionem Ant.in d.c.fi. & sequacium contrariam, quæ consonantia semper mihi placuit, & hortor summopere fore eam sequendã,amplectẽdamq; in facti contingentia tanquam æquam,ueram,& rationabilem, imo aduerte, ꝙ ipse quoq; successor singularis posset expellere colonum partiarium,secundum Roma.cõs.309. tñ colonus, ac cõductor regressum habebunt pro eorũ interesse contra locatorẽ,& dñm.l.qui fundum,ubi tex.Pau. castren.& Doct.ff.locati,sed ubicunque cõductor ipse,seu colonus in inuestitura,& cõtractu specialiter obligari sibi fecit bona conducta, uel omnia bona locantis non posset expelli ab emente,uel acquirente rem locatam aliquo modo,secundum Bart.Bald.& Saly.in d.l.emptorem Pau.castren.in l.si merces,§.primo.ff.locat.Imo.Areti.& Alexã. l.qui absenti.§.1.ff.de acquiren.hæredi. Abb.colum. pen. & Ana.nume.9.in c.quęrelam.ne prælati uices suas, Areti.&

Cõis opi.

Cõis opi.

ti. & Iaſ. in §.fin. inſtitu. de locat. & condu. Corne. conſil. 6. uolumi. 4. Crot. in l. filius fami. §. diui, fol. 10. ff. de leg. 1. Neguſanti. de Fano, in tract. de pignor. & hypothe. in primo membro, ſecundæ partis, numero ſexto, fol. quarto, & Guido. in quæſtio. 480. & iſta eſt communis opinio, teſte Grato conſi. 95. quidam, nume. 12. uolu. 1. quam declarat, & ſequitur quoque Couarruuias, in tract. ſuarum reſolutionum, lib. 2. cap. 15. nnmer. 3. & ita in proprijs terminis conſuluit Io. de Amicis conſi. 113. Doctor pręſtantiſſime; & aduerte, quòd hypotheca iſta, aut ſpecialis, aut generalis ſit, nihilominus ſufficit, etiam ſine alienationis prohibitione, habetq; hunc effectum, ut res poſſit à conductore retineri, donec ſibi ab emptore, & ſingulari ſucceſſore ſol uatur intereſſe, & ſic in caſu iſto non requiritur ſpecialis hypotheca, & ſtatim quòd ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe colono habenti fundum hypothecatum poteſt eum expellere, ſecundum Bart. in d. l. emptorem, quem omnes ibi communiter ſequuntur, Pau. de Caſt. in l. nihil. §. fin. ff. de leg. 1. Corne. in d. conſil. 6. Ang. conſi. 245. numero ſexto, & Ruinus conſi. 180. nume. 18. uolu. 1. & iſtorum opinionem refert eſſe communem Neguſan. in d. tract. de pignor. in 1. membro. 2. partis, nu. 6. & ſeq. interpretaturq; ulterius regula prædicta non habere locum ſimiliter in uxore, quæ præciſe non tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore, quo ipſe erat domi nus dotis, ut uoluit Bar. per illum textum, in l. ſi filiusfam. §. fin. ff. ſolu. matri. cum quo ſentiunt ibi Imo. Cuma. Roma. & Pau. caſtren. Cyn. & Salyc. in d. l. emptorem, & Alberi. in l. diuortio. nume. 2. ff. ſolu. matri. & iſtam ponit eſſe communem opinionem Couarruuias in loco præcitato, nu. 4. ubi contradictores citat, & eorum rationibus reſpondere nititur.

Cõis opi. · Cõis opi. · Cõis opi.

OPINIO LXII.

Conducens minor 25. annis domum, inferensq; poſtea in eam etiã res ſuas, tunc bona huiuſmodi iñuecta nõ erũt tacitè hypothecata pro penſione domus, ſecundum gloſſ. Bar. Fulgo. & Salyc. in l. item quia. ff. de pac. Dyn. in §. item ſeruiana, inſtitu. de actio. Imo. & Cuma. in l. ſi cõſtante, in prin.

Cõis opi. prin.ff.solu.matri.& ista est communis opinio. in contrariam uero partem, uidelicet, ut bona ipsius minoris illata in domo, seu fundo conducto absque tutoris, uel curatoris authoritate censeantur tacitè obligata pro pensione inclinauere,& optimis quidem rationibus Bald.Ang.Pau. castren.& cæteris, in d.l.item quia, Bal.in l.unica.§. & plenius.C.de rei uxo.actio.Negusantius de Fano,in tracta.de pignoribus,in 2.par.membro.4. nu.154. Faber,Areti.Nicola. de Neapo. Ias. cum alijs citatis per eum,nu.57. Gomesi.remissiuè sub nu.25.& Bellonus,num.31.in d.§.item Cõis opi. seruiana, ubi firmant hanc communem sententiam fore contra glo.predictam,& in effectu iudicio meo uerissima, & communis apparet, atque ab ea, tanquam tutissima in actu practico discedere fatuum esset.

OPINIO LXIII.

Conductori remissio facienda.concedendaq; est ob bellum,pestem,seu sterilitatem maiorẽ, & in istis casibus pensionem soluere non tenetur, secundum Canonist. omnes, in c.propter sterilitatem.ubi Barba.nu.1.de locato Bar. in l.cum in plures,in prin.ff.locati Alex.conf.3.col.pen. Ripa,in tract.de peste fol.6.& Cotta in memorali,in uer.cõ- cõis opi. ductor ubi perhibet istam sententiam magis communem fore,eiq; pariter inhæret Aegidius Bossius,in pract.crimi. in titu.de remissione mercedis conductorum, nu.40.referens alios Doct.eiusdem opinionis,ubi similiter,nu.37.& seq. fol.290. ponit octo alios casus in quibus remissio pensionis fieri debet ipsi conductori.

OPINIO LXIIII.

Conducens rem suam propriam ignoranter non perdit dominium,neque possessionem, potestq; obijci, ac referri per eum locatori exceptio, seu quæstio dominij, & sic remedium. l.conductores.C. locati, & l. non ab re. C. unde ui non habet locum contra conductorem, qui rem propriam conduxit,secundum glo.in d.l.non ab re,in uer. cedere,in fin.Curt.sen.post alios congestos per eum conf. 70.num.2.& 7.ubi ita consuluit, atque firmauit istam opinionem

nionem ueriorem, communemq; apparere, idemq; sentit Deci.in l.neque pignus, numero. 4. ff. de regu. iur. & ibi in add. super litera. A. idem quoque respondit Rimi-nal.consi.94.num.16.uol.1 quia conductio,& locatio ista est nulla secundum omnes, præsertimq; Ripam, nu.15.in l.si aliquam rem.ff. de acquir. poss.deficitq; consensus,qui locationis contractum perficit.

OPINIO LXV.

Conductor debet prius restituere possessionem locatori,quàm litigare de proprietate. l. si quis conductionis titulo.C.locati, sed hoc non procedit ubicunque cōductor ipse offert se paratum probare, ꝙ rem à se tempore locationis possessam conduxit,ita ꝙ locator non fuit in possessione, & sic exceptio possessionis proprie à conductore contra locatorem obijci potest,secundum glo.in l.non ab re.C.unde ui,Curti.seni.consi.70. nu.4. cum alijs relatis per eum,Parisi.consi.59.nū.30.uolu.1. & Ripam,in l.si aliquam rem.ff.de acquir. possess. in fin. in quibus quidem locis exprimunt istam esse ueram, communemq; opinionem,& sequitur etiam Iacobus Menochius,in tract. recuperandæ possessionis remedio.11. nu.4. ubi luculenter, & melius quam alius,quem hucusque uiderim ampliat in nouem casibus,d. l. si quis conductionis, & in septem alijs limitat. cōis opi.

OPINIO LXVI.

Confessionem sacerdos reuelare non potest, & reuelās punitur iuxta,c.omnis utriusque sexus,in fin.de pœni.imò Papa præcipiente, & mandante hoc sub pœna excommunicationis minimè teneretur,nec posset sacerdos ipse confessionem reuelare,seu propalare, secundum Augustinum Beroum in suis quæstio. familiari.q.12.num. 1.& seq. quia celatio,& sigillum confessionis est de iure diuino,& de necessitate sacramenti, ut tenuerunt Ioannes de Turr. Cremat.Cardi.in c.sacerdos,col.2.de pęnit.distin.6.& Pet.de Pallude,in 4. distin. 21. imo fortius ipse sacerdos in confessionis actu gerit ueri Dei uices,ut est tex.iuncta gloss.in c. dilectus, de excess. prælat. & habetur, in c.sacerdos,de offic.

offi. ordi. & effectualiter in hoc est maior summo pontifice, ideo à papa tanquam in isto actu inferiore compelli nequit, ut per Beroum, in d.q. 12. sed ubicunque quis confitetur sacerdoti, quòd uult homicidium patrare, Titiumq; interficere, seu aliquod simile facinus cōmittere, & quòd tentationi huic resistere nō potest, nec ab ea abstinere aliquo pacto, tunc sacerdos debet quanto cautius potest reuelare confessionem, ut peccatum impediatur, & non propalare personam quoquo modo, secūdum Iac. Zocchum Ferrarien. præceptorem Felyni, in 20.q. Innoc. Hostien. Ancha. Abb. col. fin. Cardi. Zaba. col. fin. Ant. col. 8. & omnes, in d.c. omnis utriusque sexus, Archiepi. in d.c. sacerdos, & Ripam, in tract. de peste. §. ultimo, fol. 115. Franc. Coscius decanus Senensis, in c. 1. de offi. deleg nu. 92. & Io. Lupi, in repeti. c. per uestras. §. 26. numer. 9. de donat. inter uir. &
Cōis opi. uxo. & ista est uera, canonica, pia, & communis opinio, secundum relatos Doct. & Hierony. Gigantem, in tracta. de crimine læsæ maiesta. lib. 2. in titu. qui accusare possunt in crimine læsæ maiesta. q. 18. nume. 8. & seq. & idem iudicio meo uidentur sentire omnes Theologi communiter, in 4. senten. distin. 21. ubi præter alios Gabriel. q. 1. conclu. 3. & Ioannes maior. q. 3. Hadri in 4. senten. in tracta. de confes. sigillo. Caiet. in opusculis. 27. q. ca. 15. & Dominicus soto in relectione de secreto, membro. 3. q. 4. conclu. 2. in quibus locis dicunt, q confessionis sacramentalis secretum non est detegendum, etiam quoad crimen committēdum saltem nominato authore, & nonnulla alia relatis concernentia scripsimus in primo lib. communium opinionum, in uersi. confessio, seu ea, quæ fuerunt dicta sacerdoti. item laicus posset reuelare confessionem, nam quando quis sacerdos non est, & in secreto, & confessione dicatur aliquid iuramento, etiam ei præstito, q nemini illud propalare debeat, nihilominus si in testem producatur debet hoc reuelare non obstante iuramento, secundum Inn. in d.c. omnis utriusq; sexus, in fin. & in c. qualiter, & quando, de accusat. Abb. in c. si sacerdos, col. 2. de offi. ord. Ias. in l. fin. col. 3. ff. qui satisd. cogan. & hoc dictum refert, sequitur, & multum commendat Marsil. singu. 424. accipe quæso unum dictum ualdè periculosum.

OPI-

OPINIO LXVII.

Confiteri quilibet poteſt peccata ſua laico propter impoſſibilitatem expectandi ſacerdotem, ſecundum gloſ.fin. in c.2.de pœni.& remiſ. in 6. & gloſſ. in c. cum inferior de maio.& obed.& in c.unum,§. nomine autem criminis. 25. diſt.& uoluit tex.in c.quem pœnitet,de pœni.diſt.1.& in c. quis uult,de pœnit. diſt.6. & notat Marſil.in l.qui cædem, nu.7.C.ad legem Corne.de ſica.qui allegat ad hoc corroborandum glo.in c.paſtoralis,de off.ordi.in uer. mortem, quæ ait ob neceſſitatem, & quando res tempore erat peritura laicus laico peccata ſua confiteri poſſet, & laico iſti confitenti in caſu neceſſitatis non eſt licitum reuelare con feſſata,ſecundum omnes Doct. communiter,in c.ſignifica ſti de adulter.& Ripam,in tract.de peſte,in titu.de remed. ad curandam peſtem,num.116. cum alijs ſeq.ubi meminit iſtam fore communem opinionem, & eam approbat, & ponit pariter pœnam, qua ueniat plectendus iſte laicus cõ feſſionem reuelans, ſed ſi quis fortè confiteretur puro laico omnia peccata ſua, quem credebat eſſe ſacerdotem, & communi opinione reputabatur ſacerdos, licet non erat, quid reſpondendum? conclude breuiter ꝙ ex quo iſte lai cus habebatur pro ſacerdote, & tolerabatur in quaſi poſſeſſione ſacerdotij à ſuperiore, ualet confeſſio, & abſolutio,ſecundum glo in uer.decepto,Inno.& alios,in c.dudũ, de elec.& oẽs Canoniſtas,in c.apoſtolicam, de presby.nõ bapti.Io.de Fan.in c. baptiſmi vicem. de conſe. diſt.4. Iaſ. in l.Barbarius,nu.63.ff.de offi.præto.& Ripam, in d.tract. de peſte,in tit.de remed.ad curandam peſtem,num.45.ubi recitat iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO LXVIII.

Cõfeſſioni tutoris,curatoris,procuratoris,executoris, aut alij adminiſtratoris ſtandum non eſt de recepta pecunia in præiuditium pupilli,minoris hæredum,& aliorum, niſi de enumeratione aliter appareat, & ſic confeſſio hæc procuratoris,& aliorum hmõi de recepto pupillo, dño,& alijs,nulla apparente numeratione,præiudicare nequit,ut tenuerunt pro conſtanti Bar. & Imo.in l.ſi debitorem.per illum text.ff.de nouatio. Bald. in l.omnes. §. primo,C.de

e quadri.

quadri.præscrip.in c.ex insinuatione,col.2.ex. de procur. Ang.in l.2.§ fin.C.de quadri.præscrip. Bar.Bal.Fulgo.Roma.Pau.castren.Alex. Soci. & cæteri, in l.2.§.fin.ff.si cert. peta.Federi.de Senis consi.53.Bal.consi.287.dicta mulier, col.1.uol.4.Pau.castren.consil.32. circa principium,in fine,uol.2.Fulg.consi.209.duobus, per totum, Maria.Soci. consi.3.col.2.Alex.consi.132.in causa,& lite,col.2.uol.4. Fran.Aret.consi.4.ex facto proponitur,Barba.consil.8.sapienter,col.15.uolu.2.& consil.17.clementissimum,col.3. uol.4.Ruin.consi.140.nu.4.& seq.uolu.1.Deci.consi.146. col.pen.& consi.493. & alij innumeri congesti per Tiraq. in tract.de utroque retractu,in titu de retractu conuentionali.§.4.glo.6.nu.12. & seq. ubi scribit istam esse communem sententiam, & magis communem dicit Follerius super pragma.de censibus,in uer.quę quidem exequutio nullæ falsitatis,nu.51. contrarium uero uoluerunt Bald. in l. nam & nocere, in fin.ff.de pactis Federi.de Senis consi.54. Pau.castren.consi.34.uol.1.Cuma.consi.31.Saly.Imo.Cuma.Fulgo.Curt.Zasi.Alcia.in d.l.2.§.fin.ff.si cer.pet. Imo. in c.si cautio,col.fin.ex.de fide instru.Barba.consil.18.col. 3.uol.3.Ias.in l.duobus reis,col.2.ff.de iureiu. & cæteri relati per Tiraquel.in d.tracta.de retract. in titu. de retractu consanguineorum,§.1.glo.18.nu.90.& in d.titu.de retractu conuentionali.§.4.glo.6.nu.13. & istorum opinionem dicit æquam,& in practica seruari Zasi.in d.§.fin.& quamuis Tiraq. & Folleri. quæstionem istam, & altercationem indecisam,indefinitamq; dereliquerint nihilominus remoto omni timore primam partem Bar.& sequacium,tanquã ueriorem, sustentabiliorem, communioremve sequi possumus in actu practico, quam sequitur, tuetur ab omnibus contrarijs, & ait communem Bolognettus, in d.l.2.§. fin. nu.44.cum alijs seq.& Ioan.Cephal. consi.101.num.18.& sequen.

Cõis opi.

OPINIO LXIX.

Confessio de dote recepta constante matrimonio nullatenus præiudicat creditoribus præsentibus, uel futuris, secundum glo.& Bart.in auth. sed iam necesse.C.de dona. ante nupt.Alex.consi.45.uol.1.& consi.142.uol.5.Bart.in

l.si constante,in prin ff.solu.matr.Crauet. consil.44.nu. f. Doct.omnes,in l.1.ff.solu.matri.& ista est communis opinio,secundum Aret.in §.fuerat,nume. 14.institu.de actio. Bellonum consi.47.Boer.decisio.330.& Ripam, in l.fœmi nae,nu. 36.de secun.nup. & hoc ampliatur etiam procedere,si huiusmodi confessio fuerit iurata, ut uoluerunt Bart. in l.cum quis decedens,§.Titia,ff.de leg.3.Bal.in l.1.§.idē facit,C.de inoffi.dona.& in l.1.q.fin.C.de dona.ante nup. Soci.in d.l.1.ff.solu.matri.nu.103.Rubeus consi.119.Curti.iuni.consi.95.num.4.& Couarru.in suis resolutio.lib. 1. cap. 7. in quibus locis istam esse communem opinionem ostendunt. Ampliatur secundo loco procedere quoque, licet lapsum sit tempus opponendi exceptionem non numeratae dotis,secundum opinio.Bulga.in d.l.1.solu. matr. quam sequitur Rubens consil.78. nume.10.Anchara.uero consilio 307. uidetur respondere contrarium, uidelicet, quòd cōfessio dotis post decem annos habeatur ac si fuisset uere numerata,sed hoc dictum Ancha.ualde periculosum esse existimo,nam si ex confessione praesumitur donatio,& consequenter simulata confessio, lapsus dicti temporis non potest quid operari,ut per Soci. in d.l.1.solu. matri. nu. 102. obstat quidem exceptio simulationis, quae est perpetua, ut per eum, quia talis confessio, nedum praesumitur facta in fraudem creditorum, ut per Bar. in d.auth. sed iam necesse,& in d.l.si constante, uerum etiam praesumitur simulata,ideo non nocet creditoribus,tam praesentibus,quam futuris.Bald.in rub.quae in fraud.credi.& Rubeus,in d.consi.119.& praesumptio huius fraudis,ac simulationis est iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis aduersae.glo.in l.antiquae,in princ.C. ad Velleia.& in §.item ex inquisitione,in uer.idonei, institu.de satisd. tut. & Docto.in d.auth. sed iam necesse.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO LXX.

Confessio facta per reum in tormentis nullis, uel non legitimis indicijs praecedentibus non ualet, & sic redditur nulla, etiam si millies ratificata sit, nec ex ea posset sequi condemnatio,secundum glo.Bart. nu. 1.Alex.in 1.apostil,

& reliquos omnes,præsertimq; Marsil.cum cæteris signatis per eum,nu. 10.cum alijs seq.in l.pen.ff.de quæstio.per tex.ibi, ubi,nu. 14. refert mediante suo patrocinio ob hoc euasisse aliquos reos à pœna mortis,& eandem sententiam

Cõis opi. sequitur quoque atq; communẽ dicit Iaſ. conſi. 188. nu.2. uol.2.& Marſi. in l. 1.nu. 14. ff.de quæſtio. Guido de Suza. in tract.de indicijs,& tortura,uerſi.sed quid si aliquis tortus,nu.70.Francis.Brun.in tracta.de indicijs, & tortu.q.5. 2.partis,nu.47.& ſeq.Capicius decisio. 145. nume.3.Aegidius Boſſius,in practi.crimi.in titu.de confeſſis per torturam, nu. 6. & eminentiſſimus D. Petrus Cephalus præceptor,& promotor meus,in conſi. 102. num.9. poſito inter conſi.crimi.diuerſorum,in 1.uol.

OPINIO LXXI.

Confiſcari debent omnia bona rei committentis delictum læſæ maieſtatis,ac capite puniri,l. quiſquis, C.ad legem Iul.maieſta.& hoc iure communiter hodie utimur,& ſic in crimine iſto læſæ maieſtatis contra principem , uel rempublicam bona confiſcantur, publicanturq; , ac etiam in crimine hæreſis,& ita ſeruat conſuetudo, & communiter totus mundus,ſecundum Alberi.in tracta. ſtatutorum. q.18.nu.6.3.par.& Cæpollam conſi. 17.nu.34.& hoc quo-

Cõis opi. que firmat Bal.in c.1.col.4. de pace tenenda in uſibus feudo.ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem , & in l.ſi quis nummus,C.de falſ.monet.Saly.in l. 1.eod.titu.& Cæpol.in d.conſi. 17.nu.35.& Hierony.Gigas,in tract. de crimine læſę maieſta.in rub.de pœnis committen.crimen læſæ maieſtatis,lib.2.q. 1.nu. 1. cum alijs ſeq. ubi ponit nonnullas alias pœnas,quæ apud ueteres diuerſimodè imponebantur reis inquiſitis, & conuictis de hoc crimine læſæ maieſtatis,& aduerte quod tam bona rebellis prædicti, quàm hæretici non confiſcantur ipſo iure , & per cõſequens feudo, & alijs eorum bonis non priuantur ipſo iure, ſed debet neceſſario interponi, ſeu expectari ſententia, & ea lata bona ſunt ipſo iure confiſcata,d.l.quiſquis,& tenuit Dyn.Bar.& Alberi.in l.1.§.an bona.ff.de iure fiſci,Bal.in tract.feudorum,num.45.Cagnol.in l.ea ſola deportationis ſententia.

nu.

nu.5.ff.de reg.iur.& ita uoluit consulendo Cardina.consi. 128.col.1.& Boer.in decisio.264.nu.11. & ista est commu nis opinio,ut constat ex congestis per Gigan.in d. tractat. quæstio.25. in regno uerò illo committens crimen læsæ maiestatis ipso iure amittit dominium,possessionemq; feu di, ac aliorum bonorum nulla interueniente apprehensio ne uigore constitutionis ipsius regni incipiē. contingit,& cap.inchoantis iustitiario terræ Hidruntij,& c. bona proditorum,teste Afflicto. in c.1.§.sed nec alia, nume.107.in titu.quæ fuerit prima causa benefic.amitt. quamuis Additionator,in d.c.iustitiario,in uersi.applicentur,& ipsemet Affl:ct. in d. constitutione contingit intelligant iura præmissa regni procedere, quòd executio fieri nequeat super bonis ipso iure ad fiscum deuolutis per rebellionem commissam ex abrupto, sed debet expectari declaratio, & sententia condemnatoria, & istum fore uerum sensum, & intellectum dictorum iurium omnibus rectè intuētibus exploratum erit, imò in consulendo,iudicandoque casu eue niente semper per dicta regni iura per rationes euidentissimas hic non positas concluderem fore necessariam sententiam ante confiscationem faciendam bonorum rebellis; & nota similiter ad præmissorum declarationem, quòd hodie bona damnatorum non confiscantur, nisi in crimine læsæ maiestatis per text. celebrem, & expressum, in authen. bona damnatorum, C. de bonis damnatorum, sed ascendentibus, uel descendentibus, & à latere prouenientibus deferuntur, seu reseruantur, nihilominus per authen. bona non corrigitur authen. incestas nuptias, C. de incestis nupt. disponens confiscationem bonorum fieri debere ipso iure aduersus contrahentem matrimonium scienter in gradu prohibito,secundum glo.Bart. & Ange. in authen.nouo iure,C.de pœn.iudic. qui male iudi. Cyn. Pet. de Bellaperti.& Alberi.in d.authen. bona damnatorum, & in d. tractatu statutorum, tertia par. quæstio. decimaoctaua. in princip. Iacob. de Beluisu, in §. primo, in authenti. de incestis nuptijs, Aretin. in tractat. maleficiorum, in uersicu.bona publicamus, colum. penul.Andre. de Iserni.& Bald. in cap. uno. quæ sint regalia, & Martin. Lauden. in tractat. de fisco. §. quinto, & Boerius, Cōia opi.

post alios congestos per eum,in d.decisio.264.nu.15.cum
Cõis opi. alijs seq. ubi recitat istam esse communem opinionem , & confiscatio bonorum fit ipso iure,etiam in 250.casibus positis,ac relatis per Ludouicum Cressolem,in tracta.in quibus casibus iure ciuili omnium bonorum,uel partis publicatio sit indicta à fol. 3.usque ad fol. fin. ubi per 30. paginas recensuit supra citatos casus. cæterum communis in principio præmissa interpretatur utiliter non habere locum in feudo rebellis confiscato,quod ob crimen lesæ maiestatis patratum confiscari non potest,nec debet fisco applicari in præiudicium domini directi, secundum Bart.in l.si finita,§.si de uectigalibus, ff. de damno infecto, in 2.q. & in §.1.in auth. de non alienan. aut permutan. rebus ecclesiæ, Bald. in l.1.C.de bonis liberto. Fabrum,in d.auth. bona.q.pen.Cæpol.consi.80.Bal. & Alua.in c.1.§.illud de prohibita feud.aliena per Federi.& Iacob.de sancto Georgio,in q.feud.q.28.Io.Andr. in c. quibusdam de pœn.in 6. Alberi.in auth.si uero,C.de hæret.Alex. consi.88.uolu.4. Marti.Lauden.in d.tract.de fisco.q.263. & in tract. de cri-
Cõis opi. mi.læsæ maiestat.q.15.& ista est communis opinio,secundum Imo.Roma.& Alex.in d.§.si de uectigalibus,& Boer. in d.decisio.264.num.7.& seq.in contrariam uero partem inclinauerunt multi Doctor.relati per Boeri.in d.decisio. quorum opiniones concordare nititur Hierony. Gigas,in d.rub.sui tract.de crimi.læsæ maiesta.quæst.5.num.1.cum alijs seq.

OPINIO LXXII.

Cõfiscatis oĩbus bonis rebellis ob crimen læsæ maiestatis ab eo commissum,utique in ista generali confiscatione bonorum non uenit iuspatronatus, & sic in iurepatronatu isto non succedit fiscus,sed transit in hæredes condemnati,qui præsentare possunt beneficiũ patronale in casu præsenti,sicut præsentare poterat condemnatus ante condemnationem,secundum glo.in c.satis peruersum,50.distin.& in clemen.pastoralis,in uer.subiectæ,de re iudi.Archidia. in c.filijs.16.q.7.Præposi.in c.1.col.pen.10.distin. Butr.& Doct.omnes,in d.clemen. pastoralis,Cardina. in clemen. si plures.de iurepatro. & in clemen.1.de excess. prælat.Fely.&

ly. & Andr. pomum,in c.quanto de re iudi. Anchara.in c. fœlicis,in 10.nota.de pen.in 6.Collect. in c.fin. de iurepatro Bar.in extrauagan.ad reprimen.in uer.rebellando,Ange.in tract. maleficio.in uersi. & eius bona publicamus,in uer.& nota ꝙ facta, nu. 15.Afflict. in c. unico,§.ex eadem lege,nu.9. in titu. de lege Corrad. in usibus feudo. Alberi. in tract.statuto.par.3.q. 16.nume. 17.Nellum,in tract. bannitorum,in prima par.quæst.32.Andr.de Isern. euangelistam in regno Neapo.in c.licet in titu.si de feud.fuerit cōtro. inter dominum,& agnat. & istorum opinionem dicit æquiorem Curt.in tract.de iurepatro.in uersic.ipse,uel is, quæst.29.& communem esse fatetur Hierony.Gigas,in tracta.de crimine læsæ maiestatis, in rubr. de pœnis commit. crimi.lęsæ maiesta.lib.2.q.4.& secundum communem istā consuluerunt Soci.iuni.consil.51. requisitus à magnifico, uol.2. Mantua consi.5.& Hierony. Gigas, in d. quæstio.4. quorum quidem consiliorum, & præmissarum authoritatum Doct. uigore determinauit casum hūc Illustrissimum Dominium Venetiarum,teste Gigante in loco præcitato. in contrariam uero partem inclinarunt, uidelicet,ꝙ iuspatronatus transeat in fiscum facta generali cōfiscatione bonorum glo.in d.c.filijs,Io.And.& Abb. in c.nobis de iure patro.& idem Abb.in d.c.quanto, cum aliquibus alijs Docto.tamen ueritatem ipsam habendo ante oculos, & institutum meum solitum sectando amplector primam sententiam negatiuam,tanquam magis piam, magisq; canonicā, ac frequentiori calculo à Doct. utriusque cēsuræ approbatam,& eo libentius inhærui communi ipsi, quanto opinio Glo.Io. Andr. & sequacium concordari potest cum dicta communi, prout ad facilem cōsonantiam opiniones istas reduxerunt Curti.in d.q.29.Soci.in allegato consi.51.nu. 6.& Gigas,in d.q.4.nu.4.& seq.

Cōis opi.

OPINIO LXXIII.

Consuetudo,seu statutum disponens ꝙ usurę pro dote, & causa dotis donec restituatur ipsa dos solui debeant ad rationem quinque pro centenario non ualet aliquo modo,secundum Io.de Imo.& cæteros omnes, in l.in insulā, §.usuras.ff.solu.matri.glo.& Bal.per tex.ibi, in l.eos,C.de usur.

usur.& Canonistas, in cle. 1. de usu.& Ias. in §.fuerat, num. 9. institut. de actio. ubi recitat istam esse communem opinionem, & communem pariter scribit fore Rocchus Curti. in c.fin. de consuetu. in quæstio. 1. nu. 18.& seq. fol. paruo 17. imo, secundum Bal. in l. 2.& in auth. ad hæc, C. de usur. huiusmodi statutum, atque consuetudo permittens usuras, etiam in uno nummo duntaxat non censetur licita, & iudicans secundum tale statutum incidit in excommunicationem, & in hæresis labem, & prosequitur hoc apertius Ias. in loco præmisso. & ampliat similiter in tribus alijs casibus Curti. in d. quæst. 1. nume. 18.& seq. sed Bald. in l. fin. §. præterea, C. de iure dotium, & Cardi. cum alijs compluribus, in d. cle. 1. asseruerunt contrarium, & optimè, quorum quidem opinionem sequitur, atque tuetur Curti. in d. q. 1. nu. 19. ubi profert hoc utile uerbum quòd talis consuetudo, uel statutum communiter obseruatur absque peccato, & hæc eadem consuetudo quòd soluantur septem pro quolibet centario uiduæ, cui non fuit dos soluta uiget quoque in ciuitate Neapolis, & obseruatur, teste Afflicto decisio. 284. in princ. extatq; prædicta consuetudo hic Aquilæ, ꝙ ratione dotis nõ solutæ soluantur septem pro centenario quotidie seruatur. uerũ ubi quæstio hæc eueniret, & talis consuetudo non reperiretur, tunc casus foret ualdè dubius, ac exagitandus ad utranque partem, & denique decidendus ueniret, prout eum decidit Rota Neapolitana, in d. decisio. Afflict. 284. ad quam casu eueniente tanquam ad portum claræ ueritatis recurrendum esset.

Cõis opi.

Cõis obse.

OPINIO LXXIIII.

Consuetudo non soluendi decimas excusat à debito earum, secundum Theologos communiter per id, quod habetur Numeri. 18.& de opinione ista cõmuni faciunt mentionem Canonistæ, in c. 1. de deci. in 6.& Ioannes Brunellus, in repeti. c. 1. de homicidio, nu. 14. quę reperitur, in fin. relectionis Couarruuias super clementi. si furiosus, de homici. cæterum contraria pars, uidelicet, quòd non ualeat consuetudo de non soluendis decimis uidetur uerior, & sustentabilior de iure, secundum Rocchum Curti. post alios relatos per eum ibi, in c. fin. de consuetu. in princ. post prę-

Cõis opi.

præfationem, numero vigesimosecundo, fol. paruo. 18. & primò quia decimæ sunt de iure diuino, ergo consuetudo contraria nihil ualet, 8. distin. c. quæ contra morem, maior probatur leui. c. fin. omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur, & numeri. 18. filijs leui dedi omnes decimas in possessione, pro ministerio, nam seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, & Exod. uigesimosecundo, decimas, & primitias tuas non moraberis offerre. item Luc. decimooctauo, decimas do omnium, quę possideo, & pluribus alijs in locis sacrę scripturæ idem tradi uidetur. Secundò pontifex solus, & multo magis in cõcilijs generalibus interpretari potest sacram scripturam, canones condendo ab omnibus seruandos, cap. per uenerabilem, §. rationibus qui filij sint legiti. sed canones apertè clamant decimas esse de iure diuino, cap. tua nobis, cap. cum non sit in homine, & cap. in aliquibus de deci. cap. decimæ, & cap. in sacris, decimasexta quæstio. prima, & in cap. parochianos, ex. de deci. & in c. cum apostolica, ex. de his, quæ fiunt à prælat. sine consen. capi. & istæ decimæ sunt Deo debitæ in recognitionem uniuersalis dominij ipso iure, d. c. tua nobis, & Canonistæ hoc firmant omnes, in d. cap. primo, de deci. in sexto, ubi Francus meminit istam fore communem opinionem, quam sequitur Abb. in cap. fin. ext. de re. permut. Boerius decisio. 236. & Capici. decisio. vigesima, numero quinto, & amplectitur pariter, & ait esse communem acutissimus, præstantissimus, & doctissimus D. Cornelius Benincasius Perusinus, in tracta. de paupertate, quæstione septima, in sexto speciali, numero secundo. Cõis opi.

Tertiò, quòd consuetudo non soluendi decimas non ualeat saltem in decimis prædialibus firmant omnes Canonistæ, qui ob hoc excandescunt quodammodo in Theologos. ita Innocen. in c. fin. de paro. Hostien. & Ioan. Andre. in cap. à nobis, de deci. Anto. & Imo. in cap. statutum, de transact. Anchara. consil. 196. in primo dubio. Archid. in d. c. decimæ Imo. & Abb. in rub. de deci. gloss. Hostien. & omnes, in d. c. in aliquibus, & Rocchus Curti. in d. c. fin. de consuetu. in princ. post rub. numero vigesimosecundo, folio decimooctauo. ubi recitat istam esse communem Cõis opi.

opi-

cōis opi. opinionem, & Couarruuias in suis resolutionibus, libr. 1. cap. 17. num. 8. licet ibi perhibeat sententiam contrariam pariter communem fore. Quarto, & vltimo apparet uerior hæc ultima, seu secunda opinio Canonistarum, siquidem contra assertionem Theologorum prouisum est per Gregorium Nonum, ut patet, in d.c. 1. de deci. in 6. ubi iniungit prædicatoribus, & minoribus specialiter, ne audeāt ea in sermonibus prædicare, ob quæ laici à decimarum solutione retrahantur, imò contrario operi sint intenti, & in hoc absque dubio standum esset potius Canonistis, quàm Theologis, sumus enim in interpretatione iuris diuini, in his præcipuè, quæ pertinent ad moralia, ut in decimis, de quibus agitur, & idem dici posset in uoto, matrimonio, simonia, & alijs similibus, secus uero si ageretur de interpretatione iuris diuini in his, quæ spectāt ad nostri Iesu Christi opera, & ad agnitionem ueræ fidei contra hæreticos, secundum Anchara. in dispu. exordiente. antiquis & modernis temporibus, & ideo aiebat quamoptimè Host. in c. 1. de consang. & affin. q in electione præsulatus præferendus foret Canonista Theologo in loco, quo hæreses non pullulant, & sequitur Fely. in c. fin. de magist. & Io. Lupi, in repeti. c. per uestras, §. 26. nume. 16. de donat. inter uir. & uxo. sed in hoc opinionum conflictu quid concludendū? ego, nec primam, nec secundam sententiam præmissas firmare audeo, at opinionem relatam per Hostien. in d. c. à nobis, tanquam tutiorē pro salute animæ totis uiribus amplector, & sequor, ubi ait quòd in partibus, ac regionibus, in quibus decima ipsa de more non soluitur, nec prædicatur non peccant mortaliter homines non soluendo, quasi Romana ecclesia uideatur in his, saltem quoad præterita dispensare, ne tantam multitudinem ex hac causa damnari contingat, si uero post prædicationem, & monitionem retineant, mortaliter peccant, & in sententiam istam inclinare uidetur inibi Io. And. & idem uidetur sentire S. Thomas in 2.2. q. 77. quem refert Archid. in c. maiores, 16. q. 7. licet non sequatur, & ita transit quoque Abb. in d. c. in aliquibus, in fin. & Rochus Curti. in d. c. fin. de consuetu. loco de quo supra, & istorum opinio ita retenta non procederet profectò in priuilegio pontificis, nam priuilegium à pa

pa

pa concedi poteſt aliquibus locis, ne teneantur ad decimas,licet in totum quoad omnia loca tolli non poſſint,ut not.Deci.in c.cum ordinem,in prin.de reſcrip.& nota hic ad præmiſſorum declarationem, ꝙ quatuor genera decimarum reperiuntur,quæ explicitè ponit Ioannes Brunellus,in d.c.1.de homici.nume.14.& ſeq. & alia quamplura pertinentia ad materiam decimarum poſuit moraliter, pulchrè,& concluſiuè D.Cornelius,in d.tract. de paupertate,in d.q.7.in 6.ſpeciali per totam.

OPINIO LXXV.

Conſuetudo,ut inducatur requiruntur duo actus, & ſic ad inducendam cõſuetudinem ipſam duo actus neceſſarij cenſetur,ſecundum glo.in l.de quibus,ff.de legi. & iſta eſt communis opinio, ubi actus eſſent notorij, & qui ſæpius non occurrerent, ſecus ſi ſæpius acciderent, quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis,cum hoc non ſit lege cautum,arg.l.1.in fin.de iure delibera.de quo per Bart. col.5.Bald.col.6.& Ange.col.8.in d.l.de quibus Bal.Abb. Rocchum Curti.quæſtio.quarta,nume.42.& ſeq. fol.paruo.38.& cæteros communiter,in c.fin.de conſuetu.ubi pariter ipſe Rocchus Curt. ponit alteram concluſionem ſatis utilem pro intelligentia præmiſſæ communis, uidelicet,ꝙ ex unico actu ſucceſſiuo, puta ſi pons in publico fiat inducatur conſuetudo. Cõis opi.

OPINIO LXXVI.

Conſuetudo non tenet,quę ſolemnitates requiſitas à iure canonico remittit in alienatione rei eccleſiaſticæ,& ſic introduci nequit conſuetudo, ꝙ iuris ſolemnitas requiſita non interueniat in alienatione eccleſiaſticarum rerum, ut uoluerunt Innoc.Abb.& cæteri omnes communiter,in c.nulli de rebus eccle.non alie.Rocchus Curti. in c.fin.de conſuetu.quæſt.5.nu.25.fol.paruo.73. & Petrus de Benintendis deciſio. 13. nu.7. ubi recitat iſtam eſſe communem opinionem;ſed bene ualeret conſuetudo, quæ augeret ſolemnitates in alienatione rei eccleſiæ, ſecundum Io.And. Abb.& omnes in d.c.nulli, & Rocchum Curti. in d. c. fin. quæſt.5.ſub nume.25. & ſeq ubi ait iſtam eſſe communem Cõis opi.

opi-

opinionem, ac eam per exempla,& authoritates latiſſimè declarant.

OPINIO LXXVII.

Conuictus reus legitimis probationibus ſub mortalis culpæ reatu, ſi à iudice interrogetur, etiam in tormentis reſpondere tenetur an crimen commiſerit, nam etiam ſi inique torqueatur,iuſtè tamen interrogatur,& ideo tene-
Cõis tur reſpondere,iuxta Inno. & communem, in c.2.de con-
opi. feſſ.& S.Thomam.2.2.q.69.articu.1.

OPINIO LXXVIII.

Creditor non poteſt retinere penes ſe cadauer,ſeu corpus mortuum ſui debitoris diuitis, uel inopis inſepultum, ut pignus quoddam, donec pecunia ſibi debita uigore liquidi inſtrumenti integre ſoluatur.§.hæc autem diſpoſuimus,uerſi.meminimus,in auth. ut cum de appel.cognoſci tur, nec concedenda eſt licentia per iudicem pro retentio ne cadaueris prediċti ad ipſius creditoris implorationem, quia cadaueri iſti nulli pacto eſt impedienda, ac deneganda ſepultura,argum.tex.in auth.vt defuncti,ſeu funera eorum,in princ.& eſt tex. optimus,in d.§.hæc autem,& in l.
Cõis cum ſit iniuſtum,C.de ſepul.uiola.ubi Doct. hoc commu-
opi. niter adnotarunt,Panor.in c.ex parte,de ſepul. Boeri.deciſio.287.nume.2.& ſequen.Ripa,in tract.de peſte,in rub. de præſeruatiuis remedijs, nu.101. & Grammati. deciſio. 82.ubi refert iſtam communem opinionem per annos triginta ipſo exiſtente iudice Neapo. in magna curia uicariæ obſeruatam uidiſſe,& quamuis Ang.in d.auth.ut defuncti, ſeu funera eorum,in prin.contrarium aſſeneret,uidelicet, quòd creditori habenti inſtrumentum debiti contra ſuum debitorem mortuum poterit impartiri licentia per iudicem ad eius petitionem de retinendo corpus hoc loco pignoris, ne ſepeliatur quouſque de debito liquido ſibi ſatisfiat;tamen opinio iſta Ange. tanquam inhumana,& falſa communiter damnatur à ſcriben. & præcipuè à Fely. in c.ſicut Iudæi,colum.prima,de iudæis,Guiliel.Bened.in c. Raimutius, numero quinquageſimonono, de teſta. Marſil. ſing.

sing. 199. & Grammati. in d. decisio. octuagesimasecunda, & sic per præmissa indubia redditur dicta communis; immo aduerte in fortioribus terminis, quòd si debitor appellaret, ne corpus debitoris humaretur, utique non esset audiendus, nec eius appellatio admittenda foret aliquo modo, secundum glo. & Docto. communiter, in d. c. ex parte, in princip. Specu. in titu. de appellat. §. in quibus, uersicu. octauo, Grammati. in d. decisio. 82. numero secundo, & Marsil. in allegato sing. 199. Cõis opi.

OPINIO LXXIX.

Crimen publicum illud esse dicitur, quoties pœna uenit imponenda reo, & applicanda fisco, siue descendat ex crimine publico, siue non, ita uoluerunt gloss. & Barto. in rub. ff. de popul. acti. & Augusti. de arimi. in add. ad Ange. in tractatu maleficiorum, in uersicu. ad querelam, numero nono, ubi appellat istam opinionem communem fore. Cõis opi. Contrariam uerò partem uidelicet, ut crimina publica ea sola intelliguntur, quæ descendunt ex illis titulis, ff. & institu. de publi. iudic. tenet, & firmat communiter teneri Bald. in rubri. C. qui accusare non poss. colum. tertia, sed ipse inhęreo primæ opinioni Bartol. & sequacium tanquam tutiori, ac firmiori, in practica. item quæ sint, atque dicantur crimina publica, & quę priuata, uide Placentinum, in tractat. de accusationibus, titulo secundo, numero primo, & sequen. & Iacobum Nouellum, in practica criminali, & in titul. indicia, quæ pręcedere debent, numero primo, & sequenti, in principio, copiosè declarantes. Cõis opi.

OPINIO LXXX.

Currẽtibus aliquibus ad brauium, si duo ex eis pariter, simulque perueniant ad ipsum brauium, nec sciatur aliter quis fuerit prior, & quis posterior, tunc ratione incertitudinis neuter habebit brauium, sed iterum current, secundum Angel. in l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebellia. & Alexã. in l. qui filiabus, §. primo, in fin. ff. de leg. primo, ubi

ubi firmat istam ueritatem esse, de qua habetur etiam, seu tractatur per Bal.& Imo. in d.§.1. & in c. iudicante de testa.ubi concludunt cum alijs Doct. præcitatis hoc casu nõ esse locum gratificationi, quoniam esset contra text. iuncta gloss. in l. si quis seruum,§. si inter duos,ff. de leg.2. & hoc eodem casu non solum currunt illi, qui fuerunt primi,uerum etiam omnes iterum currere debent, ut uoluerunt Ang.& Alex.in d.l. cum qui nouissimus, nam,ex quo nemo illorum uicit, nemo aliorum uictus est, de quo etiã per Bald. & Ang. in proœmio ffórum,§.sed cum nos,& in d.l.qui filiabus, §.1.per Fely.in c. capitulum sanctæ crucis de rescrip.col.pen.& Iulium Ferrettum,in tracta.de duello,ac de alijs uarijs rebus in titu. seu consil. de brauio, & cursu equorum,nu.3.

D

OPINIO LXXXI.

Debitor promittens cum iuramento soluere decem infra mensem sub excommunicationis censura,pœnaq; non dicitur periurus,nec excommunicatus, si satisfecerit post alium mensem sequentem, & sic infra tempus sibi à creditore prorogatum, quia idem terminus censetur cum primo,& uerè,ac proprie iuramentum uidetur adimpleri infra tempus prorogatum,ut uoluerunt Hostien. in c. præterea,de appellat.& Cardi.in clem. 1.§. nos itaque,de iureiu.& Doct. omnes,in c.de causis,de offic.deleg. & præsertim August.Berous ibi,nu.31.qui exprimit hoc dictum ueríssimum fore: & communiter approbari attestatur Deci. nume.45. cum alijs seq. & in d.c. præterea,numero 7.sed transacto termino præmisso prorogato,& debitor nõ solueret dicta decem absque dubio excommunicationem incurreret, quoniam prorogatio cum qualitatibus, conditionibus, conuentionibusve omnibus primi termini faciẽda uenit,secundum glo.& Dominicum,in c.hi qui de præben.in 6.Bal.in l.parabolani,C.de epis.& cler. Io.de Imo. Cõis opi. consi. 11.& Berò.in d.c.de causis,nu.31. & seq. ubi meminit istam esse communem opinionem.

OPI-

OPINIO LXXXII.

Debitor habens bona, quæ publica ſubhaſtatione uendi poſſint in carceres poni non poteſt, l. à diuo Pio. §. in uenditione, ff. de re iud. & c. peruenit de fideiuſſ. hoc uero ceſſat ubicunque debitor nõ haberet bona, ex quibus æs alienum ſolui poſſet, tunc quippè capi poteſt, & carcerari, ſecundum glo. nota. in l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpe. tuto. quam ſequuntur, aſſeuerantq; ſingularem Abb. col. 5. & Fely. nu. 10. in cap. quo ad conſultationem, de re iudi. Barba. in c. 1. col. 4. de depoſit. Bal. in l. ſi fine. ff. de in ius uocan. & in l. 1. col. fi. C. de iu. & fact. igno. Pau. caſtren. in l. 4. §. prætor ait, ff. de re iudi. Alex. & Iaſ. in d. §. in uenditione, & iſta eſt cõmunis opinio, ſecundum Areti. in l. maritum, §. eleganter, nu. 7. ff. ſolu. matrim. Alex. in d. §. in uenditione, & Ripam, in l. obligatione generali, num. vigeſimo. ff. de pignori. Iaſ. in princ. inſtitu. de actioni. nume. 90. & Boeri. deciſio. 349. nu. 7. Cõis opi.

OPINIO LXXXIII.

Debitor moroſus tenetur omnino ad reſtitutionem, atque æſtimationem re perempta penes ipſum eodem modo, quo & apud dominum, ac creditorem foret peritura, & ſic tenetur indiſtinctè de interitu rei debitæ nulla facta diſtinctione, an eodem modo apud creditorem ipſum peritura eſſet, ſecundum glo. Bar. nume. 10. Bal. Ang. Sal. col. 11. & ſeq. Roma. & Pau. de Caſt. in l. quod te mihi, ff. ſi cer. peta. glo. & omnes, in l. nemo, la prima, in uer. homo, ff. de uerb. oblig. ubi Alex. explicat iſtam eſſe communem opinionem, & in l. cum res, §. fin. poſt medium, ff. de leg. 1. Iaſ. nu. 27. & Bolognettus, nume. 71. ſimul cum omnibus alijs Moder. in d. l. quod te. in contrariam uerò partem inclinauit Martinus ex antiquioribus, & quidam alij, quos ſequũtur Fulgoſi. Iaſ. nume. 27. & ſeq. Deci. nume. 16. Curti. iuni. nu. 33. Ripa. nu. 28. & Bolognettus, num. 71. cum alijs ſeq. in d. l. quod te, ubi aſſeuerat, & expreſſe præſupponit opinionem iſtam Martini, & ſequacium communiter approbari à Modernis, ac æquiorem, ueriorem, tutioremq; fore; tamen quicquid iſti Moderni ſuadeant longa diſputatione, Cõis opi. Cõis opi.

tione,

tione,ac uerborum inutilium reuolutione, ob hoc non fo ret tutum in actu practico discedere à communi premissa, glo.Bar.& cęterorum illustrium Doctorum,quam ueritate ductus amplector,tanquam iustam, & uerissimam, prout eam sequitur, & dicit iustam esse, etiam in foro poli, & animę Ioannes à Medina de restitutione quęstio. 6. & aduerte, ꝙ morosus dicitur ob multas uarias, & diuersas cau sas,ut per pręcitatos Doct. & particulariter dicitur in mo ra,qui sine iusta causa, etiam litigat, d.l. nemo, ubi hoc in summario ponit Alex.

OPINIO LXXXIIII.

Debitor Tirij constituens se precario nomine ipsius omnia sua bona possidere, si postea aliquod ex ipsis bonis alienaret posset quippe petere creditor pręductus aduenié te casu obligationis huiusmodi bona alienata ab illo, qui illa emit,nec requireretur, ꝙ fiat excussio contra principalem,& sic alienata per debitorem, qui constituerat se omnia bona sua possidere nomine precario creditoris, certũ est posse per creditorem reuocari eueniente casu obligationis,nulla facta excussione in bonis ipsius debitoris, secundum Bal.& Ang.in l.fin.C.de acquir.poss.Angel. Imo. Roma.& Alex.in l.exitus controuersie,ff.de acqui. possess. Francum,in disputatio. petitorij, dubio primo, nume.40. Corne.consi.85.nu.3.uol.4.Afflict.decisio.139.nu.7.Deci.in l.fin.§.fin.nu.28.ff.si cer.peta.Ruinum consi.130.nu. 8.uol.1.& consi.172.nu.3.& seq.uol.4.Goza.consi.42.nu. 12.Marsil.sing.158.Cagnolum,in proœmio fforum. num. 211.Tiraquel.in tracta.de iure constituti par.1.nu.58.Ripam,in rub.ff.de interd.nu.14.Gratum consi.42. num. 15. uol.2.Bellonum consi.34 nu.7. consi.44.in fi.Parisi.consi. 103.nu.8.uol.3.Capicium decisio.54.nu.4.Gramma. deci sio.103.nu.106.Marantam,in tracta.iudiciorum,in 1.par. distinctione.7. nu.51.fol. paruo 55. Boerium decisio.112. nu.12.& decisio.200.nu.8. & Rolandum à Valle consi.79. num.33.uol.1. in contrariam uerò partem uidelicet,quòd necessaria sit ipsius debitoris excussio inclinarunt Areti. titubanter consi. 127.nu.3.& Barba.consi.28.col.1. uol. 1. sed quicquid Doct. hi suadeant uarijs, & diuersis ambagibus,

bus,ob hoc igitur non recedendum reor in iudicando, cõ-sulendoq; à prima sententia,quæ communis est, atque ue-rissima redditur per fundamenta,rationesq; nõ parui quidem momenti allegatas per præcitatos Doct.omnes. Cõis opi.

OPINIO LXXXV.

Defensio unicuique permissa est pro rei suæ tuitione, & sic nõ solum occasione hac agressor impune uulnerari potest,uerum etiam interfici,l.1.C.unde ui,ubi glos.Bar. nu. 2.& 7.Bal.& cæteri communiter, Bar. nume.6.Bald.Deci. nu.31.& omnes,in l.ut uim,ff.de iusti.& iu.Bar.nume.2.& Marsi.nu.3.in l.furem,ff.ad le.Cor.de sicar. Afflic.in consititu.Neapo.lib.1.rub.13.nu.20.& 51.Io.de Amicis consi. 77.nu. 1.ubi exprimit istam esse communem opinionem, Cõis & ita consuluit Alex.de Neuo.consi.83. per totum,& Ber opi. nard.Diaz.quoque in reg.507. & constat pariter communem fore ex congestis per Petrum Duennas, in regu.191. defensio licita,ubi ponit hoc pro regula cum 4. ampliationibus.sed hęc apparet cõis sententia Legistarum.Canonist. uero cõiter firmant contrarium,ut per Fel. in c.2.nu.4.de homi.negantes fas esse hominem occidere pro defensione rerum.& defensio licita est quoq; pro tuitione uitæ,ac personæ,cum uim ui oẽs leges repellere permittant cum moderamine inculpatæ tutelæ incontinenti,tex.est,in c.significasti,il 2.ex.de homici. & in l.sciam,§.qui cũ aliter, ff.ad l.Aquil.& in consti.Neapol. pacis cultum,& not. Abb.nu. 15.cum alijs seq. & reliqui,in c.o'im, il 1. de restitu. spol. Afflict.in consti.pacis cultũ.lib.1.rub.8.sub nu.50. Ang.in trac.malefi. in uer.Titius se defendẽdo, nu.7.& Pet.Duennas,in reg.192.defensio cuilibet,ubi hoc pro regula ponit cum 6.ampliationibus,& 4.limitationibus;immo iure naturali defensio , etiã animalibus irrationabilibus permissa censetur.tex.est,in l.1.§.arietes,ubi Bar.& cæteri,ff.si qua dru. pauper. feci. dica. Similiterque cuique permissa est defensio pro tuendo honorem suum , nam licet agressus potuisset fugere,euitareq; uulneris illationem,tamen fugã arripere non tenebatur, sed potius uulnerare, uel occidere,cum aliquem esse fugatum iniuria sit,& sic hoc casu pôt quis impunè offendere agressorem rõe iniurię prædictæ,ut

soluerunt Bar.Ang.& Salyc.in d.l.1.C.unde ui, Anch.& Cardi.Floren.in clemen. 1.de homi.Bal. in d.l.ut uim,Io. de Amicis,in d.consil.77.nu.5.ubi supponit istam esse cómunem sententiam,& Alex.de Nouo consi.77.nu.7.posito inter consil.crimina. diuersorum collecta per Io.Bapt. Zilettum,uol.1. & hinc est ꝙ agressus agressorem suũ percutere,interficereve potest impunè,si de uitæ suæ tuitione certus non foret,secundũ glo. & Bal.in c. si perfodiens,ex. de homi.glo.Bar.Bal.& Saly.in d.l.1.C.unde ui,& Bal.in l. 2.per tex. ibi,C.ad le.Cor.de sica.sed primo defensio præmissa fieri permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ,idest cum paritate armorum,ita in terminis decidit gl. Bar.Bal.& omnes communiter,in d.l.1.C.unde ui,Bar.& alij,in d.l.ut uim,Marcus Ant.Blancus,in practi. crimi.in tertia & ultima parte defensionis pro imputato,pro auxilio,nu.3.circa fin.d.practi. ubi hoc duobus modis limitat, & Io.de Amicis,in d.conf.77.nu.8.& 14. ubi fatetur istam esse communem sententiam,nam agressus cum lapide, seu baculo non debet se defendere cum ense, aut balista, huiusmodi enim armorum defensio iure non conceditur,secundum præcitatos docto. Item prouocato uerbis iniuriosis,tunc uerbis non facto permissa est defensio,secundũ Specu.in tit.de accusatio. versi. quid si uocauit te latronẽ, Ang.& Ias.in d.l.ut uim, & Marcum Ant. Blancum,ubi supra,& Follerium,in practi.crimi.in uer.recipiantur defensiones reorum,sub nu.11. Secundò, ut defensio inculpata, licitaq; esse dicatur necesse est,ut ad uitæ tutelam fiat,non ad uindictam,ut per glo.& alios,in d.l.1.C. unde ui, unde percussus ab insultante, si ex interuallo, sedatoq; tumultu insultum fecisset in uulnerantem censeretur absque dubio animo se uindicandi, non autem defendendi percussisse, secundum glo.Bar.Bal.& alios,in d.l.1.C.unde ui,Ang.in d.uer. & Titius se defendendo,col.3.& Boeri. decisi.168. sub nu.6. cum alijs relatis per eum, ubi apparet istam esse communem opinionem,& communem inquit Io. de Amicis,in d. consil.77.nu.12. & quamuis insultatus excederet modum,metamq; defensionis in rixa, & percuteret, occideretq; agressorem ex proposito,& deliberatè,tunc nihilominus nõ ueniret,lege Cor.de sica. puniendus,sed alia mitiori

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

tiori pœna, & sic de excessu ipso, secundum Iacob.de Are. nume.8. & Bald.col.7.in 9.q.in d.l.1.Ant.de But.nu.37.& Abb.nu.15.in d.c.olim Ang.in d.uersi. & Titius se defendendo,nu.36.& ibi Augusti.in add.Roma.singu.520.uolo commentare,Fely.in d.c.significasti,col. pen.Alex.consil. 109.uol.1.Aret.consi.80.num.9.Cottam in memoriali,inter.defensio,Folleri.in practi.crimi.in fragmentis,in titu. unde ui,nu.58.& Petrum Duennas,in d.reg.192.num.5.& Boeri.in d.decisio.168.sub nu.7.& seq. ubi scribit istã esse communem opinionem, & ita consuluit Alex. consil.76. uol.1.Corne.consil.134.col.1.uolu.3. & consi. 107.col.2. uol.1.& Francis.de Aluarotis Patauinus consil.74.inserto inter cons.crimi. diuersorum collecta per Zilettum,uol.1. quod quidem consi. ibi roboratum apparet subscriptionibus nonnullorum illustrium Docto. & sic secundum istos Docto.si quis percussus est à Titio,& ipse insequitur Titiũ uulnerantem,qui arripiebat fugam,ac eum interficit,licet hoc non agat animo se defendendi, non potest pœna mortis puniri,sed mitiori. Cõis opi.

OPINIO LXXXVI.

Delegatione facta,censetur facta nouatio, etiam de iure nouissimo,dato ꝙ non sit expressum,& sic l.fin.C.de noua.non procedit in delegatione, ideo delegans campsoré, qui sit debitor suus concurrentibus duobus requisitis,primo quòd ille, qui delegatur sit debitor delegantis,& secundo quòd interueniat stipulatio inter debitorem delegatũ, & eum, cui fit delegatio per delegationem ipsam, fit utiq; nouatio,quamuis non sit expresse dictum secundum glo.1. in l.3.C.de noua.Bar.Ang.Imo.Pau.castren.Rapha. & cæteros omnes,in l.delegare.ff.de noua.Bald. in l.pecuniam quam,ff.si cer. petat. scriben. omnes communiter,in l.qui usumfructum,ff.de uerb.oblig.Deci.consi.107.sub nu.1.& consi.421.nu.16.Pau.castren.col.pen.Areti.col.1.Ias.nu. 37.Cagnolum,nu.167.cum alijs seq.Bolognettum,nu.93. & seq.cæterosq; Moder.omnes,in l.singularia,ff.si cer.peta. ubi ostendunt istam communem opinionem fore. in contrariam uero sententiam inclinauere complures Docto.prout refert Pau. castré. in d.l.delegare,adeo quòd ob Cõis opi.

hoc Ang. ibi fassus est istum passium decisione cęsarea indi-gere,& huic ultimæ opinioni uidetur inhærere quoq; consulendo Iacobus Mandellus consi.2.num.10. & 13. tamen quicquid isti Docto. suadeant,& in dubium reuocent noli discedere aliter à communi præmissa, cum re uera tutissima,uerissimaq; appareat, & contra eam difficile, imo impossibile foret obtinere in causis decidendis.

OPINIO LXXXVII.

Doctoratus est dignitas,& sic doctores legum sunt in dignitate,secundum Bart.in l.1.C.de nouo Codice componen.Abb.Io.de Ana.col.2.& Fely.nu.1.in c.quanto de magistris, ubi scribunt istam esse communem opinionem, & Deci.consil.161.nu.2.& sequitur Guid.Papæ decisio.388. nume.9.Marsili.in l.edictum,sub nume.5.ff. de quæstio.& in practi.crimi.§.expedita, nume.35.Deci. in c.proposuisti, nume.63.de probatio. & Bald.in l 1.col. fin.ff.de iusti. & iure, ubi firmat quòd doctoratus est dignitas, & in signũ huius datur infula tanquam principi, seu præceptori. Et Doctores ratione dignitatis prædictæ torqueri non possunt,secundum Io. Andr.in c.in contemplatione,de regu. iur.in antiquis,Cyn.Bart. & Alex. in l.milites,C.de quæstio.Ang.in tracta.maleficiorum,in uer.fama publica, fol. 18.Alex.& Galiaulam,in repeti.l.centurio,nume.25.ff.de uulga.Matthesi.notab.59.Marsil.sing.556.& in practi.crimina.in §.expedita,numero trigesimo, Iaf.in l.1.C.de iur. & facti ignoran. Bru. in tracta. de indit. ad torturam, col.28.& Grammati.in uoto 1.nu.4. quod procedit etiam si extaret consuetudo in contrarium,& sic de consuetudine doctor minimè torqueri posset,ut uoluit Bar.per illum tex.in l.omnes iudices,nu.2.C.de decurio.lib.10.Ange.in d.uersi.fama publica,nume.102.Roma.singu.488.Iaf.in l. de quibus,nume.66.ff.de iust.& iure, Galiaula, in d.l.Centurio,nu.35.Grammat.in d.uoto 1.num.12.& in uoto.15. nu.4.Licet corruptus sit, Paul.Grilan.in tract. de tortura, q.6.nu.3.Marsi.sing.556.& Carrerius post alios congestos per eum,in practi.crimi.in prin. sub nume.180. ubi explicat istam esse communem opinionem. imò doctor dicitur nobilis,

Cõis opi.

Cõis opi.

nobilis, & nobilitatem ex legali scientia consequitur, secundum Alex.consilio decimoquarto,in fin. libro primo, Corset.in c.grandi.numero uigesimoseptimo,de supp.negli. & Io. Iacobum de Leonardis consil. suo inserto, inter consilia Soci.iunio.39.in ordine,nume.27. & sequen. uolumi. 2.& Deci.in d.c.proposuisti,nu.64. & Cassaneum in consuetudinibus Burgundiæ,in tit.des droictzet,& appar. in uer.entre gens nobles,num. 1.§. 19.& hoc non caret ratione,quia per imperatorem,in l.2.§.fin.ff. de excus. tuto. Vlpianus appellatur nobilis,& nobilissimus, in l.dicemus eodem tit.in l.diui fratres,ff.de iurepatr. imperator appellat doctorem amicum suum, & in l.ex diui,C.de loca.ubi Vlpianus ab imperatore appellatur parés noster, & iurisperitis princeps reuerétiam habet,l.quicquid,C.de aduoca.diuers.iudi.& habetur per Afflic.in proœ.feudorum,& doctores sunt repleti splendore sicut sol, ut per Barba. in c.postulasti,col.3. de foro competen. & ut inquit Cicero, in libr.1. de Oratore domus uniuscuiusque iurisconsulti oraculũ est ciuitatis, ciues enim de rebus suis incerti per eos certi dimittuntur, & sic scientia doctorum mundus illuminatur, & nisi fuissent doctores essemus in tenebris, ut inquit Saly.in auth.habita,C.ne filius pro patre,& ab alijs quantumuis maximis non fratres, sed domini debent appellari,l.2.C.de offic.diuer.iudi.notat Lucas de penna, in l.mulieres,C.de dignit. lib.12. Barba. consil.57. præclarè scribitur,colum.sexta,& decima,uolu.secundo,& Imo.in clemen.2.col.2.de magistris. Et denique doctores quando legerunt publicè uiginti annis efficiuntur illustres, secundum Bar.in proœ.ff.orum,col.pen.Ang. in §.item Romæ,inst.tu.de excusa.tuto.Alex.in rub. de dignitatibus,l.12.Petrum Perusinũ,in tract.de quarta canonica,in proœ. Barba.in procemio clemen.Bolog.in repet.d.auth.habita, col.12.& seq.Calca.consi.8.col.14.& seq.Corset.in tract. de potestate regia,quæstio. duodecima,Lupum in rubr.de donatio.inter uirum,& uxor.fol.decimoseptimo,Caccialup.in tract. de debitore fugiti.q.5.col.2.Franchinum Brixien.in tracta. quis sit præferendus doctor, an miles,fol.4. Dec.in l.1.ff de off.eius,& istorum opinionem dicit cõem esse Ias.ibi,nu.12.cũ oĩbus Mod.licet ipse,Alex.quoq;, & Bolognet. cois opi.

Bolognet.nu.20. & seq.ibi nolint admittere aliquo pacto, ꝙ doctores legentes publicè uiginti annis sint illustres, tamen eorum fundamenta tolluntur per Bolog. in d. auth. habita, col. 13. & seq. & per nonnullos modernos, in d.l. 1. & per consequens prima opinio Bar. & sequacium uidetur communis, quam approbat, sequitur, & inquit communẽ Io. de Neuizanis in sua sylua nuptiali, lib. 5. nu. 36. & seq. fol. 457. & effectus quot sint, ꝙ quis illustris sit Ias. ponit tres, Cur. 4. Sex uero connumerat Bolog. in d.l. 1. nu. 22. & Imperator Lotarius fuit adeo iustus, ac iustitię cultor, obseruatorq; perpetuus, quòd Hirnerium elegit, quem aliqui Guarnerium uocãt, iste omnium primus leges ciuiles aperuit, nouellas constitutiones Iustiniani in breuiarium redegit, glosasq; composuit, & propterea iuris lucerna appellatus est, huius enim authoritatem eo tempore maximam sequuti sunt alij, nobis usque ad trecenta librorum uolumina relicta sunt; sed dolendum est ualdè, per ipsum Iustinianum pulcherrimam illam, & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à sanctissimis legum conditoribus descripti erant, deperisse. opera illius, qui ne elementa quidem nouerat, & licet Iustinianus credendo posteritati consulere perdiderit tot illustrium scriptorum congestos labores, tot libros propè diuinos, tantam elegãtiam, doctrinãq;, quæ quanti nunc emeretur exprimi non posset, & scripturam interpretatiuã poni in libris per modum glosationis, recenseriq; prohibuisset, ut habetur, in l. 2. §. penul. C. de ueteri iure enucle. nihilominus ex consuetudine à trecentis annis citra consuetudo admisit glosemata Doctorum, & excusat eos à pœna posita, in d. §. pen. ut notat Alciat. in d.l. 1. ff. si cer. peta. in uersi. Celsus, & sic primus traditur Hirnerius, qui ędictũ Iustiniani contẽpserit, & Lotario maior laus, honor, & gloria ascribenda est, quam cæteris prædecessoribus principibus, & eius memoria nullo unquam tempore obliuiscenda est, sed reminiscẽda, colenda, & adoranda semper ab omnibus, ex quo primus fuit, qui occasionem præbuit doctoribus, ut iura publicè interpretando illustres efficerentur, & hæc omnia latè commemorat Petrus Messias in uitis Imperatorum nuper traductis per Alfonsum Vlloam in uita Lotarij secundi,

di,fol.817.& doctoribus ob eorũ maximos labores,Principes,Imperatoresq; concesserunt infinita priuilegia, quæ ponuntur per Bolog.& alios,in d.authen.habita,& Io. de Iesnaudiere, in tracta. de doctoribus; & aduerte hic ultra præmissa, quòd creditur doctori attestanti de communi opinione,secundum Ferdinandum, in repeti.§.diui.num. 93.& 342.& Iaſ.in l.1.§.ſublata,col.3.ff.ad Trebell.ait ꝙ, quando doctores dicunt,quòd est communis opinio illud est bonum uerbũ in practica,& refert Io. Iacobus de Leonardis consi.suo inserto inter consilia Soci.iuni.121.in ordine,num.17.uol.2. item doctorum authoritas,ubi deficit lex, pro lege seruanda est,l.si idem cum eodem, ubi Ang. notat,ff.de iurisdictione omnium iudi.Hostien. in c.inquirendũ.de pecu.cler. Fabianus,in tract.de emptio.& uend. fol.25.& nonnulli alij relati per Neuiza.in d.sylua nuptia. lib.5.nu.24.& aduerte similiter ꝙ magis creditur dicto doctoris in consulendo,quam in legendo,& ratio huius dicti uidetur ista,secundum Alexã.consil.185. uiso titulo quæstionis, col.11.uolu.2.quia est actus magis deliberatus,ubi Alex.respondet ad quoddam dictum Romani,qui in lectura tenuerat unum,& in consulendo tenuerat contrarium, sed reperio Crauet.in tracta. de antiquitate temporum in prima par.fol.19.nu.48.& in 4.par.fol.165. nu.48.& Rubeum consi.127.sub nu.8.contrarium asseuerantes, uidelicet quòd doctores legendo magis nituntur ueritati, quam consulendo, ex quo in lectura cessat affectio, & cupiditas æris;tamen quicquid ipsi suadeant prima pars uidetur uerior,& rationabilior,ut latè probat Neuiza.in d.lib.5.suæ syluæ,nu.26. Cæterum ut è semita in uiam redeamus concludendum est,quòd nobilis non uirtuosus non præfertur ignobili excellenti uirtutibus, & sic doctori,secundum omnes Canonistas communiter;præsertimq; Abb. ibi,in c. uenerabilis,de præben.ubi per illum tex. inquit statuta disponentia canonicos alicuius ecclesiæ debere esse nobiles non nocere,ac inferre preiudicium uirtuosis ignobilibus. imo nobilitas scientiæ præfertur nobilitati ex genere, ut uoluit Cyn.in l.quisquis,C.de postulando, quem sequitur Roma.sing.644.nobilitas inducit,& Barba. in c.prudẽtes, nu.3. de donatio. ubi etiam ponit tres species nobilitatis, Cõis opi.

nu.4.& facit, quod scribit Cassiodorus in epistolis, ubi asserit illam esse indubitatam nobilitatem, quæ ex honestis moribus honoratur, & Aristo.4.politicorum, in fin. nobilitas est antiqua uirtus, atque diuitiæ antiquæ, quem refert Barba. in l. si certis annis, circa fin. C. de pact. & Cicero cõtra Sallustium ego maioribus meis uirtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerant à me nomen accipiant, & Iuue. nobilitas sola est, atque unica uirtus, & Hiero. ad Celantiã uera est nobilitas clarum esse uirtutibus, & complura alia ad hoc adduci possent, quæ breuitatis causa supprimũtur, cum ponãtur per Cassaneum, in d. uers. entre gens nobles, nu. 18. cum alijs sequen. & hoc non mirum, quia nobilitas stercus est, nisi habeat uirtutis cõcomitantiam, secundum Hostien. in d. c. uenerabilis, & dicit idem Hostien. in c. tua, de consan. & affi. col. 2. quòd qui superbit de nobiliori sanguine de nobiliori stercore intumescit, & nobiles pro maiori parte hodie superbi, & inimici popularium, gulosi, & luxuriosi plusquam populares, & nihil aliud sciunt, nisi comedere, bibere, & superbire, ita tenet Bal. in l. qui per adoptionem, in prima lect. ff. de adoptio. & conclusiuè procedendo nobilis magis cẽsetur doctor, qui nobilitatem mediante uirtute sua acquisiuit, quàm descendens ex nobili genere, ut uoluit Cyn. in l. prouidendum, C. de postulando, Alex. consil. 94. col. 2. uol. 1. Deci. in c. clerici, num. 54. de iudicijs, Alciat. in tracta. de præsumptio. in reg. 1. præsumptio. 48. num. 5. & Cassaneus, in d. §. 19. uers. entre gens nobles, nume. 2. Sed nobilis uirtuosus præfertur uirtuoso ignobili, secundum Doct. omnes communiter, in d. c. uenerabilis, & Bal. in l. memini. in fine. C. de aduoc. diuer. iudiciorum, ubi ait, quòd data paritate in scientia præhonoratur, qui est de nobiliori sanguine, & sequitur Deci. in c. constitutis, nu. 17. de appellatio. & ita dicit obseruari Cassaneus, in d. uer. entre gens nobles, nume. 23. & seq. & licet doctoratus dignitas sit maxima, ut supra in principio docuimus, nihilominus ea non liberat filium à patria potestate, ut tenuerunt Barto. in l. item in potestate, in fin. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. Bald. in l. si maritus, C. de patria potestate, & in l. 3. C. de cast. pecul. lib. 12. & Cottam in memoriali, in uersi. sacerdotium, in fin.

Cõi opi.

OPI-

OPINIO LXXXVIII.

Doctores tam legentes, quàm non legentes, ac scholares quoque ex priuilegio,& fauore publicę utilitatis,scientiæque possunt expellere fabros de suis officinis iuxta domos eorum malleantes,secundum glo. Dyn. Alberi.Bart. Bal.Ang.Pau.castren.Ias.& D.Pontanum Perusinum, nu. 84.cum alijs seq.in l. 1.ff.solu.matri. & omnes alios Legistas tam antiquos, quàm modernos communiter inibi, & Canonistas,in c.fin.de iudi.ubi Fely.post alios innumeros relatos per eum,Guid.Papæ decisio.88. & 388. Alciat. in lib.8.parerg.c.2. Franciscum Marci. decisio.635. & Io.de Amicis consi. 104. nu.9.ubi exprimit post Moder.in d.l.1. istam esse communem opinioné; sed in ciuitate Neapolis extat consuetudo in cõtrarium,uidelicet, quòd fabri malleantes retinent,ac habent officinas subtus domos doctorum,& aliorum iuxta ecclesias,& monasteria, quæ obseruatur,& ualet tam ibi, quàm in toto regno, ut firmauit, & consuluit Ioan.de Amicis,in d. consil. 104.numero duodecimo.cum alijs sequen. Cõis opi.

OPINIO LXXXIX.

Domicilium per habitationem continuam decem annorum contractum, constitutumq; censetur, & sic habitãs in aliquo loco per decem annos uidetur ibi uerum domicilium contraxisse,l.secunda,C de incol. libro decimo,& uoluerunt glos.Bart. & cæteri omnes, in l.lex Cornelia,§. si tamen,ff.de iniur. & in l.domicilium,ff.ad municipales, & Parisi.consilio duodecimo . numero. 20. 21. & 22. uolumi.tertio. ubi ita consuluit, fassusve fuit istam esse communem opinionem. Cõis opi.

OPINIO XC.

Donatio facta per patrem filio in potestate non debet conferri,quia morte confirmatur,& sic uidetur esse quæsitum post mortem patris secundum cõem opinioné Doct. Cõis opi.

in

in auth.ex testamento, C. de collati. de qua per Vasquium in tract. de successionum resolutione, lib. 2. §. 19. sub num. 49. & per Ias. in d. auth. ex testamento, & istam communẽ limitat in tribus casibus, glo. ibi, & Soci. in tract. fallentiarum in litera D. regula. 103.

OPINIO XCI.

Donatio simplex facta à patre filio, quæ ab initio ualuit conferri non debet, quando implebat eius legitimam, quia, tunc contemplatione legitimę facta cẽsetur, & sic magis relicti, quàm inter uiuos donationis naturã imitatur, secundum Bar. Paulum Picum, nu. 62. Ripam, num. 493. & nu. 160. cum alijs seq. & Ruinum, nu. 18. & 23. in l. in quartam, ff. ad legem falci. ubi appellant istam esse communem opinionem, & Corasi. in l. filium quem habentem, nu. 106. C. fam. ercis. Licet ibi, & malè sentiat contrarium, & Corne. quoque, in l. illud. C. de collatio. & Soci. consilio. 18. uol. 2.

Cõis opi.

OPINIO XCII.

Donare tutores, uel curatores, cæterive administratores possunt bona minorum remunerationis causa, atque in eos conferre, qui erga minores benemeriti fuere, l. qui filium, ff. ubi pupil. educari debeat, & l. filius, in princ. ff. de procura. & uoluit glo. in c. fin. de offic. vicarij, lib. 6. Bar. in l. ambitiosa, ff. de decretis, Fulg. cons. 101. Rom. cons. 50. & Areti. consi. 24. ubi appellat istam opinionem communem esse; imò ipsi minores, etiam absque iudicis decreto possent facere huiusmodi donationem, secundum Roma. in l. si ante nuptias, ff. sol. matr. Marian. Soci. consi. 66. Bertran. consi. 205. col. 2. uol. 2. & Alcia. in l. creditores, ff. de uerb. sig. contrarium uero, & male firmauit Ias. in l. si non sortem, §. libertus, ff. de condi. indebi. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iu. & in l. cum filio, col. pen. ff. de leg. 1.

cõis opi

OPINIO XCIII.

Donata sponsæ per consanguineos, & attinentes mariti, & sponsi soluto matrimonio per mortẽ uxoris, & sponsæ

fæ remanere debent penes maritum,& non ueniunt restituenda hæredibus uxoris,secundum Bar. in l.sed,& si plures,§.ad substitutos,ff.de uulga. & pup. quem sequitur Ias. ibi,& cæteri,quos ipse refert, & in l.ut liberis, col.pen.C. de collat.Ange. Aret.in §.fuerat,institu.de actio.& lupus, in repet.rub.de donat.inter uir.& uxo.§.45.& est decisum per Rotam,in decisio. 1.de donat.inter uir.& uxo.in antiquis, ubi latè domini de Rota distingnunt, & ita concludunt in dubio,quam opinionem ostendit communem esse Cagnolus,in l.contractus,nu.38.ff.de reg.iur.& magis cōmunem Clarus,in tract.de donatio. q.10.uer. sed nunquid ea. in contrariam uero partem,uidelicet,q; non acquirantur marito, sed uxori, quamuis à consanguineis mariti donatio processerit inclinauit Alciat. cum aliquibus docto. illustribus signatis per eum,in tract.de præsump.reg.1.presump.18.uerum ipse inhæreo communi præmissæ,quæ roboratur, declaratur tutaq; redditur pluribus fundamentis per Lupum,in d.§.45.fere per totum. Cōis opi.

OPINIO XCIIII.

Donator promittens non reuocare donationem ex quacunque causa,uel ingratitudine futura non obstante pacto hoc,superueniente ingratitudine utique potest eam reuocare,& sic pactum q; reuocari donatio nequeat ratione cuiuscunque ingratitudinis committendæ non ualet,nec tenet,secundum Bar.Bal.Pau.castren.Ias.nume. 17. & Bolognettum,sub nu.96.in l.fin.C.de pactis, Bald.in l.fin.C.de bonis quæ liber.Saly.in l.pactum,C. de colla.Specu.in tit. de donatio.§.1.uersi.quid si actum sit,Ant.& Imo.in c.fin. de donatio.Corne. consil.102.num. 7.cum alijs seq.uol. 1. Roma.consi.26.col.fin.Alex.consi.40. uol.4. & in l.stipulatio hoc modo concepta,nu.23.ff. de uerb. obliga.& ista est communis opinio,ut per Moder.ibi, & Rubeum consi. 64.nu.1. hoc uero limitatur non procedere,ubicunque interueniret iuramentum,nam tunc, etiam ingratitudo futura posset remitti,& pactum istud firmaretur dicto iuramento,secundum Io. And.in add. Specu. in d.§. 1. uersi.quid si actum sit,Io.de Imo.consi.35.col. 6.Alexā.in d.consil.40. Cōis opi.

col.

col.fin.Fely.in c.si diligenti,col.7. de foro competen. Ias. in d.l.fi.C.de pac.nu.17. Alex. in d.l stipulatio hoc modo concepta,nu.23.ubi ait opinionem istam ueriorem, communem, & in practica seruari, & sequitur Soc. consil.53. col.2.uol.1.Aquen.in d.l.stipulatio,col.4 Bauer. in tract. de uirtute iuramen.casu.38.Ripa.in repeti.l.fin.C de reuo can.donatio.q.54.Tiraque.in l.si unquam eodem tit.& Rubeus,in d.consi.64.nu.3.ubi ita consuluit, & prædictæ opinioni inhæret quoque Bolognettus, in d.l. fin.C. de pact. nu.97.& seq.& istorum assertio adeo clara,communisque est,& iure probatur, ut nefas sit eam in controuersiam aliquam mittere. in contrariam uero partem,ut huic hæredi seu donatario indigno hæreditatem uel donationem testator adimere possit,& periurium non incurrat, ac committat,inclinarunt gl.in c.ultima uoluntas.3.q.3.& ibi Archi. Corne.consi.224.uol 4. ubi appellat istam esse communẽ opinionem quam sequitur, & communiter teneri,ait Alci.in c.cum cõtingat.nu.39.de iureiur.Bar. in l. si duobus. §.idem respondit.ff.pro socio.Cy. in l.1.in fi.C.de sacros. eccles.& Angel.de Gambel.in tract.de testam. in gl. & iurauit non reuocare. & licet primam opinionem Alexã. & Soci.nu.50.in d.l.stipulatio hoc modo concepta. asserant communem esse Legistarum, nihilominus ingenue fatentur quoque contrariam præmissam esse communem sentẽtiam Canonist. de qua per Mayner. & Cagnol. in l. nemo potest mutare.ff.de reg.iur.per Alcia.ubi supra.nu.77. per Moder.in tract.de testam. par.2.nu.15.& Curt.consil.33. nu.21. Sed ipse inhæreo memoratæ opinioni Legistarum tanquam tutiori,& communiori.

cõis opi.

OPINIO XCV.

Donatori asserenti se ob benemerita donasse plena fides adhibenda est,ubicunque donare eam rem, de qua agitur prohibitus non erat,secundum Bar.reliquosq; omnes, in l.si forte, ff. de castren. pecu. Pau. castren. in l.Atrilius Regulus,ff.de dona.Docto.omnes communiter,in l.si donatione,C.de collatio.Guidonem Papæ,quæstio.95.Bertran.consi.3.& 154.col.2.uolu.3.Barto.Soci. consil.295. col.

col.3.uol.2.Iaſ.conſi.154.Pariſi.conſi.38.col.fin.uol.3.& Deci.conſi.20.col.fin.& conſi.531.& iſta eſt uera,commu niſq; opinio,ſecundum memoratos Doct.omnes.Sed donatori aſſerenti merita præceſſiſſe non creditur, quando donare liberum non erat,ut latè ſcripſimus, in prima par. in opinio.75.exordiente donatio inter uirum,& uxorem, in ſecunda limitatio. Cõis opi.

OPINIO XCVI.

Dos promiſſa licet nondũ tradita cẽſetur propriè dos, & ſic dos data, & promiſſa à pari procedunt,ſecundũ omnes Doct.communiter,in rub.ff.ſolu.matri.præſertimq́ue Iaſ.& Ripam ibi,nu.58.& ſeq.perhibentes iſtam communem opinionem fore; quam ſequitur, & approbat pariter unis rationibus cum alijs relatis per eum Tiraq. in tract. de retractu,in §.fin.nu.32.circa fin.d.tractatus. Cõis opi.

OPINIO XCVII.

Dos propriè,etiã dicitur ſoluto matrimonio,ut uoluerunt Bal.Pau.caſtren.& cæteri, in l. 1.C.unde uir,& uxor, Deci.in l.fin.eod.tit.& Bar.in 3.oppo.Pau.caſtren.Soci.& Ripa,nu.70.& ſeq.in rub.ff.ſolu.matri.ubi ſimul cum alijs Modernis perhibent iſtam communem opinionem fore. Cõis opi.

OPINIO XCVIII.

Dotis legatum,uel dotis cauſa factum alicui mulieri cõditionale cenſetur,nec debetur, niſi ſequuto matrimonio, ut in l.Publius Menius, in princi.ff.de condit.& demonſt. firmat Io.Dilectus, in tract. de arte teſtandi,titu.6. caute. quinquageſimaprima,Barba.per tex.ibi,in l.Titio centum §.Titio genero,ff.de conditio. & demonſt. & iſta eſt communis opinio,ſecundum Pau.caſtr.ibi,col.3.Corne.conſi. 229.uol.4.Bal.Nouellum,in tract.de dote,in 6.par.priuilegio.50.Couarru.in c.3.nu.2.de teſta. & diſputat Iaſ.in l. ſi Titio,nume.12.ff. de leg.1. in contrariam uerò partem, uidelicet, ut ipſum legatũ dotis purũ ſit inclinauere Imo. Cõis opi.

in d.l.

in d.l.Titio genero,nu.7.& 10. ubi perhibet istam opinionem communem fore, quam firmant etiam alij non pauci per eum relati,& per eos,de quibus supra.

Cõis opi.

OPINIO XCIX.

Dotare neptem regulariter auus tenetur, sed si filius esset diues auus ipse illam dotare non teneretur aliquo modo,secundum Bal. in auth.res quæ,C. communia de lega. Salyc.in l.si filiusfa.in id.ff.ad Maced.& in l. pater filiæ,in prin.ff.de euict.& Soci.seni.consi.33.col.fin.uol.3.ubi docet istam esse communem opinionem, Ias.in l.auus neptis 1.nota.ff.de pactis,& in d.auth.res quæ,cum alijs pluribus per Soci.iun.adductis consi.79.nu.15.uol.3.

Cõis opi.

E

OPINIO C.

Emphyteotæ nulla est facienda remissio pẽsionis ob sterilitatem, uel ob alium casum fortuitum, secundum Iaco. de Arena.Cyn.Bar.Bal.Ang.Salyc.& cæteros omnes,in l. 1.per tex.ibi,C.de iu.emphyt. Specu.in titu. de emphyt.§. nunc aliqua,uersi.137.glo.Abb.Ant.de But.Imo. & Barb. nu.17.in c.potuit,de locato,ubi Abb.col.fin.præsupponit istam esse communem opinionem, prout hanc fore communem scholam Legistarum,atque Canonistarum omniũ fatentur etiam,Cotta in memoriali,in uers. cõductor post prin.& Natta consi.49.nu.15.& ita consuluit Aret. consil. 55.col.1. & Alberi.de Rosa. in d.l.1. referens ibi pro hac parte consuluisse in arduis quidem causis,& postremo obtinuisse, & sic consuluit, ac iudicauit, pariter Collegium Paduæ,teste Abb.in d.c.potuit.& sequitur quoque,dicitq; communem,atque limitat Clarus in tract. de iure emphy. q.8.uer.sed nunquid propter sterilitatem.

Cõis opi.

OPINIO CI.

Emphyteota priuatus non soluens canonem circulo triennij, & emphyteota ecclesiæ biennij curriculo cadit à iure suo,c.posuit de locato,ubi Docto. & in l.2.C.de iure em-

emphy. ubi not.Iaf. in 3.col. fed fi emphyteota iuraret,& poftmodum canoné ipfum ftatim non folueret, haudquaquam expectato biennio, feu triennio caderet quippè à iure emphyteotico,fecundum Bal. in c.querelam,de iureiu. Alexan.confi.85.& confi. 126.uolu. 1.Corfetum in fing.in uer.emphyteota,inci. Licet emphyteota ecclefiæ,& Marcum Ant. Baueri.in tract. de uirtute iuramenti in conclufio. 10. ubi appellat opinionem iftam communem effe. Et Clarus quoque cum alijs citatis per eum,in tracta.de iure emphyt. quæftio.8.uerficu.& hoc quidem,ubi firmat contrarium. cōis opi.

OPINIO CII.

Excommunicatus non poteft effe teftis, fecundum omnes,in c. teftimonium,& in c.ueniens,il fecondo,ex. de tefti. Nellum,in tract.de tefti.in uer.excommunicans,Ferrarien.in fua practi.in for. iuramenti teftium,in §. proteftante,nu. 18.Alberi.in tract.de tefti.col. 1.fol.5.Iodocum Damhauderi.in fua praxi rerum criminalium, c.50.nu. 16. & Lanfran.in c.quoniam contra,in c.8.de teftibus, fub num. 76. de probatio. ubi deducit iftam opinionem communé fore, quæ quippè fallit non procedere ubicunque excommunicatus, abfolutus effet, nam poft abfolutionem impetratam ab excommunicatione recipi debet, & poteft in reftem ut uoluerunt omnes,in d.c.teftimonium,& Lanfran. in d.c.quoniam contra,in uer.de teftibus,nu.76. ubi recitat iftam effe ueram, & communem fententiam, licet ipfe poft Innocen.in d.cap. teftimonium hoc coarctet non habere locum, quãdo quis excommunicatus extitiffet ob furtum, uel ob aliud facinus,tunc etenim teftis effe nequirét, & fequitur Bertachi.in 1.par.fui repertorij in uerb. excómunicatus teftis effe poteft in contractibus,fub nu.50. Fallit fecundò præmiffa communis,uidelicet,ꝙ excommunicatus admitti poffit in teftem, & pro tefte in teftamento, fecundum Ferrarien.in d.§.proteftante,nu.20. & Bal.in l. fin.C. de contra ta. quoniam condere poteft teftamentum quemadmodum alius non excommunicatus, & teftamentum uires habet,ut uoluit Io. And. & Gemi. in c.decernimus,de fenten.excommuni.in 6.Iac.de Bel.in §.omnibus, in

Cōis op.

Cōis opi.

in auth.de san.epi. Bar. & Areti.in l.si quæramus,ff.de testi.Archi in c.pia,de except.in 6 Innocen.in c.cum uolun tate,de senten.excom.Bald.in l fin.col.3.C.si à nō compe.
Cōis iudi. & istorum opinionem quòd excommunicatus testa-
opi. mentum facere possit sequuntur quoque,aiuntq; communem,Franc.in rub. de testa.lib.6.nu.32.Barba.in c.qui ingredientibus,nu.17.de testa.Clarus,in tract.de testam.lib. 3.q.25.Felyn.in d.c.cum uoluntate,in fin. Bertachi.in suo repertorio,in prima par.in uer. excommunicatus testatur sub num.20.Dilect.in tract.de arte testan.titu.1.caute.10. Couarruuias,in rubrica de testa. nu.18. Vasquius,in tract. de succes. proces. lib.1.§.1. nu.120. & Petrus Duennas,in reg.272. ubi congerit Docto. contrarium asseuerantes, & hanc communem plenè ampliat, in duobus casibus, ac in duobus alijs limitat. & quamuis communis præmissa amplietur per Petrum Duen.ubi supra, tamē ultra eum amplia,ut excommunicatus ipse tam actiuè, quàm passiuè testamenti factionem habeat,secundum Federi.de Senis con sil.118. factum tale est, cum alijs signatis per Dilectum,in
Cōis d.cautela 10.nu.2.ubi supponit istam communem opinio-
opi. nem fore,& tradit pariter remediū, cautelamq; congruentem excommunicato uolenti testamentum condere, quando testes,& notarij ad eum ob timorem censurarum,excōmunicationisve accedere nollent. Fallit tertiò in contractibus prædicta communis, in quibus quidem excommunicatus in testem admittitur,secūdum Bertachi. post alios complures signatos per eum.in d.uersic.excommunicatus testis esse potest in contractibus, sub num.50. & præmissa, aliaq; multa ponentur infra latius in opinio.in uersi.testis esse non potest excommunicatus.

OPINIO CIII.

Excommunicatus pro quacunque causa,etiā ciuili permanens, ac persistens per unius anni curriculum in excōmunicatione de hæresi suspectus habetur, secundum Io.
Cōis And.& Panor.post alios communiter,in c.fin. de pœnis,&
opi. licet suspitio hæc ad condemnationem nō sufficiat, ut sentiunt Inno.& Panor. in loco præcitato, Henri post alios, in c. excommunicamus infra de hæreti. & Ioannes Lupi, in c.per

in c. per ueſtras.§.18. nu.24. tametſi ſufficeret ad inquiſitionem formandam contra excommunicatum de hæreſi, & ad indicendam ſibi purgationem, in qua ſi forte deficeret haberetur pro conuicto, c. inter. de purga. cano. in fin. utpote quia excommunicatus iſte præſumitur, ſecundum Panor. in d.c.fin.& Franc. in c.cum contumacia, de hęreti. in 6. malè de ſacramentis eccleſiæ ſentire, & de poteſtate clauium permanendo tanto tempore in excommunicationis cenſura, nec uidetur curare de hoc, imò expreſſe contemnere excommunicationem ipſam. & aduerte ꝙ conuē tus ſuper crimine ciuiliter, ſiue criminaliter ob contumaciam excommunicatus poſtea, & in eadem excommunicatione per annum perſeuerans cõuictus cenſetur de eo crimine, cuius accuſatus fuit, ſecundum glo.& Abb. in c. contingit de dolo, & contuma. Roma. ſing 303. gl.& Franc. in d.c. cum contumacia, Abb. in c.1.nu.27. de iudi. & ibi Docto. præcipueq; Ripa.nu.77.& Alciat.nu.54. ubi profitentur opinionem iſtam eſſe communem, licet Deci. ibi, in 2. lect. præcipitanter contrarium aſſeruerit, & Selua, in trac. de beneficijs, in 3.par. q.4. ſed ſententia glo. & ſequacium eſt communis, & ueriſſima, ſecundum Moder. in d. c. 1. & eam ſequitur Panor. in c. ueritatis, col.5. de dolo, & contuma. Io. Lupi, in d.c. per ueſtras.§.18.nu.24 Petrus Duennas in regula.153.nu.4. incip. contumax in non comparendo. Ripa. in l. ſi conſtante, nu.46.ff. ſolut. matri. & Maranta, in tracta. iudiciorum, in 6. par.2. membri de contumacia, nu. 33. fol. paruo.117. in regno uero Neapolitano perſeuerās in excommunicatione ultra annum debet denunciari iudici ſeculari per prælatos, qui eum excommunicauerunt, uel per eorum ſucceſſores, & legitima pœna condemnari per iudicem ipſum ſecularem, cap. item ſtatuimus quòd ſi contingat, quod citat, ſequiturq; Afflict. in conſtit. patarenorum, colum.9. & in conſtitu. pœnam eorum, in 1. not. & Maranta ubi ſupra. item morantes in excommunicatione per annum debent in regno ſecundum ſtatum, & qualitatem perſonarum uariè puniri pœnis taxatis in altero, cap. eiuſdem regni incip. ſiquis in excommunicatione à canone lata. Cõis opi.

OPINIO CIIII.

Excommunicatus beneficium conferre non potest,cap. quia diuersitatem,de concess.præbe.notant glo.& Docto. communiter, in cap fin.de concess. præben. nec patronus excommunicatus præsentare potest aliquo modo, secundum Lapum alleg.8.Abb. & omnes communiter,in c.nobis de iure patro. Rotam Roma. decisio. 707. in antiquis Bertachi.in tract.de episcopo,lib.1. 3. par. q.31. Rochum Curti.in tract.de iure patro.in uersic. competens.quæstio, octaua,& Lamberti. in tracta. de iure patro. in prima par. lib.2.quæstio.secunda,articu. 2.

OPINIO CV.

Excommunicatus agendo non potest stare, comparereque in iudicio,c.intelleximus, de iudi. Specu. in titu.de actore,uersi.item quòd est excommunicatus.& Ferrarien. in sua practi.papien.in for.libel.in actio.rea.§.ueris ac legitimis,sub nume.31. & in for. iuramenti testium. §. protestante, nume.18.& sequen.Pet.Duennas,in regu.268.& Afflic. deci.268. quod in tantum uerum est,ut tam per se, quàm per procuratorem comparere nequeat,scilicet agẽdo,sed defendendo semetipsum nõ per se,uerum per procuratorem in iudicio audiri potest, & debet, secundum Doct.communiter,in c.cum inter de exc. Bart.in l.de pupillo,§.fin.de oper.no. nunc. & in l.non cogendum,§.fin. de procu.& in l. si fideiussor,§.si necessaria. qui satisd. cog. ubi inquit eum posse comparere in iudicio ad necessariã sui defensionem, & opinionem istam sequitur, declarat, atque communem esse dicunt Bertachi. num.6. in suo reperto.in uersi.excommunicatus,in 1.par.sub numero.20. & Felyn.in d.c.intelleximus,& excommunicatus iste officio iudicis repelli potest à iudicio,etiam parte non opponente, cap. quia, in fin. de excep. in 6. & phi. in cap. cum parati, col.1. de appell. quod procedere, habereq́ locum interpretatur in publico excommunicato. Bertachi. in d. uer.excommunicatus,subuersi.10.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CVI.

Excommunicatus arbitrator, seu arbiter esse potest, secundum gloss. Odofre. & omnes, in l.pedius, ff.de receptis arbit. Specu.in tit.de arbitris, in §.differt, nu. 10. Io. Andr. in reg.dolo, de reg.iur.lib.6. Areti.in §.pen.nu. 19. institu. de excep. Hostien. in c.cum dilectus de arbitris, Abb. in c. ueritatis, num.32.de dolo, & contuma. Bertachi.in prima par.sui repertorij, in uer. excommunicatus potest esse arbitrator, sub num.50. Deci.in c. intelleximus, in 1.nota.de iudi. Io.de Imo.in l.ex facto, §.si quis rogatus, ff.ad Trebel. Domini.de sancto Gemi.in c.decernimus, nu.7.de senten. excommu. & istorum opinionem inquit communem esse Alex.in l.siquis arbitratu, col.pen.ff.de uerb. oblig. & Petrus Duennas, in regu.269. cum alijs signatis per eum, ubi communem hanc limitat latè tribus modis. Cõis opi.

OPINIO CVII.

Excommunicatus non prohibetur contrahere, & sic sibi permissum est contrahere, distrahereque non obstanté excommunicatione, secundum Innoc.cæterosq; Canonis. in c.ueritatis de dolo, & contuma. Ferrarien.in sua practi. papien. in for.iuramenti testium, nu.23. Cardi. in c.perpé dimus.35.q.1.de senten. excommuni. & Deci.in c.post cessionem, sub nu. 13.de probatio. ubi præsupponit istam esse communem opinionem. Cõis opi.

F

OPINIO CVIII.

Famulus seruiens pro mercede ualetudine impeditus operas promissas præstare, salarium pro eo tempore, & sic durante infirmitate habere non debet, secundum gloss. & Bart.in l.opere, ff.de usufruc leg.& Bar. in l.si uno.§.item cum quidam, ff.locat. Bald. in l.liberti, C. de oper.lib. Ant. de But. Anchar.& Imo.in c.propter sterilitatem, ex.locat. & Pau. castren. in d.§. item cum quidam, ubi dicit quod merces dicitur esse pretium operę, merito si opera non præstatur merces non debetur, quæ est correlatiua, arg.l.si sum-

ma fides,ff.de actio.emp.& ob hoc concludit Bal. in d.l.liberti quòd non laboranti salarium non debetur, & Alex. inquit,in d.§.item cum quidam,in add. ad Bart.ꝙ promissio salarij illam tacitam conditionem habet si operas præstabit, sed opinio istorum uidelicet,quòd famulus proportionabiliter pro rata temporis operarum præstitarum per eum debeat consequi salarium uidetur nimis periculosa, cum pro utraque parte allegentur urgentissima fundamenta,ut uix ueritas dignosci possit,ut refert Ias. in l.diem functo,ff.de offi.assess.& Brba. in d.c.propter sterilitatem,nu. 25. ubi per multa iura inclinat in hanc partẽ contrariã, ꝙ pro tẽpore infirmitatis famulo salarium debeatur,& in huiusmodi sententiam inclinarunt quoque originaliter glo. in d.§.item cum quidam,& in l.arboribus,§.illi,ff. de usufruc.Inno.in d. c. propter sterilitatem,Io.And.& Host.in summa de locat.§.quæ actiones,uersi.quid autem,& Azo. in summa,C.de loca. gl.& Port.in §.Apum.nu. 11.insti.de rer.diuis. tamen prima opinio gloss.Bart. & sequacium est communis,secundum Abb.in c.1.de cleri.ægrot. num.6.& Curti. Ieni. in d.l. diem functo ait quoque ꝙ de rigore iuris, communis opinio est; ꝙ infirmus famulus non debeat habere salarium deperditi temporis, licet de æquitate salarium consequatur pro tempore, quo operas præstitit, quãquam ipse de hac communi opinione dubitet per tex. in l.cum hæres, §. stichus, ff. de sta. lib. ubi quos curamus nobis seruire dicuntur, at ego non recedo ob talem suasionem,& alias quamplures,quæ frustra in medium adduci possent à communi præmissa, quam in practica millies obseruari uidi,& est uerior de iure, teste Io. de Imo. in d. c.propter sterilitatem. cũ ei inhæreat etiam Cagnolus,in d.l.diem functo.nu.215.& Bolognet.nu.72.

Cõis opi.

OPINIO CIX.

Fideiubens pro Titio de eum representando totiens, quotiens seu de eum sistendo iuri, & non representauit, nec fecit eundem in iudicio sistere tenetur ultra pœnam debitam fisco ratione fideiussionis,& prædictæ promissionis parti, ad cuius instantiam fuit captus, ad interesse, secundum

cundum gloss. fin. in l. fin. ff. si quis in ius uocā. non ierit, quam communem esse asseuerat Afflict. decisio. 234. & ibi quoque explicat ita sacrum concilium iudicasse, & sequitur istam communem Folleri. pariter in sua practi. crimina. in fragmentis, rubr. de fideiussoribus, numero 260. circa fin. d. practi. Cōis opi.

OPINIO CX.

Fideiussor eius, qui uerè debitor est ad debitam quantitatem infrà sex menses soluere promittens non liberatur, nec eximitur ab obligatione fideiussoria, licet creditor sine licentia, & consensu ipsius fideiussoris diem solutionis debitori prorogauerit, & sic fideiussor iste non liberatur si creditor mutat obligationem ex conuentione facta cum debitore principali citra consensum ipsius fideiussoris, secundum Hostien. Ancha. Inno. & Abb. in c. constitutus, de fideiuss. Bar. in l. Lucius, §. Paulus, ff. de administ. tut. Alex. Ias. nu 9. Deci. & Curti. iuni. nu. 2. in l. lecta, ff. si cert. peta. & Marsi. in repeti. rub. ff. de fideiuss. num. 99. & sequen. cum alijs relatis ibi per eum, quorum opinio communis est, teste Ias. & Deci. in d. l. lecta, & Marsil. in d. rubr. ubi citat, etiam doctores contrarium asseuerantes, eosdemque allegat August. Berous, in c. de causis, nu. 34. & seq. de offi. iud. deleg. ubi hoc indecisum derelinquit. Cōis opi.

OPINIO CXI.

Fideiussor patiens nominari, poni, ac describi in actis curiæ à notario pro fideiussore alicuius, & incontinenti nō contradicens, tunc obligatur, teneturque, licet expresse non dicat, & ita promitto, atque fideiubeo, & sic iste fideiussor nominatus apud acta eo præsente, & non contradicēte nominationi de se factæ censetur promisisse, & quòd omnia fuerint solenniter acta, sicut si fideiussor expresse describi consensisset, ut uoluit Barto. in l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiuss. tut. & curatorum, & Ruinus, num. 11. Marcellus Berincutius, col. 10. cùm aliquibus alijs Moder. in l. 1. ff. de uerborum obligatio. Bald. consi. 204. uolu. 1. Ange.

in tract. maleficiorum, in gl. pro quibus Antonius fideiussit, nu. 12. Benedi. de plumbi. in l. manumissio, ff. de manumiss. uind. & Alberi. de Rosate, in tracta. de testibus, sub nu. 129. in rub. qui testes non cogantur testificari: Sed opinio haec Bar. & sequacium communiter à nostratibus reprobatur, in d. §. fin. & uarijs in locis iuris nostri, ut latè deducit, & apertè fatetur Boeri. decisio. 314. nume. quinto, uidelicet, quòd non inducatur aliquo modo stipulatio, etiam ob iudicij calorem ubicunque fideiussor ipse descriptus nihil respondeat.

Cõis opi.

OPINIO CXII.

Fideiussor non est idoneus quotiescunque custodiam castri haberet, ubi fideiussio per eum dari, ac praestari debet, quoniam iudex, seu eius familia nullo modo potest accedere ad exequendum contra eum, secundum gloss. Bar. nu. 1. Ang. Roma. Pau. & Alex. in prin. in l. 2. ff. qui satisda. cogan. & Boeri. decisio. 238. nu. 5. post medium, ubi ait sententiam istorum communem fore, & Alex. in d. l. 2. nu. 1. & sequitur Marsil. in repeti. rub. ff. de fideiussor. nu. 302. idemq; uidetur dicendum in notario, uel procuratore ualdè rixoso, litigioso, cauilloso, siue potenti, qui tanquam non idoneus haudquaquam ad fideiubendum admittitur, secũdum glo. Bar. Alex. nu. 2. in d. l. 2. & Nattam consi. 143. nu. 10. & ob doctrinam istam sicuti ueram, & communem declaraui in facti contingentia in ciuitate Theramĩ, dum eram ibi iudex criminalis quendãm Horatium Delficum ciuẽ ibi, & procuratorem non fore idoneum fideiussorem. itẽ non est idoneus fideiussor, qui caret bonis immobilibus, ideo ob hoc potest tanquam non idoneus recusari à creditore, ut uoluit glo. in §. suscepto, in auth. de exhi. reis, Specu. in titu. de satis. §. dicto, uers. sed si scholaris, Bal. in c. coram, col. fin. de offi. deleg. Ang. Paucastren. Alex. num. 5. & Iaf. nu. 1. in d. l. 2. sed hoc non procedit, ubi principalis ualdè diues, & idoneus foret, siue reperiretur; tũc equidem quis quantumuis pauper, seu non idoneus facultatibus admittitur ad fideiubendum pro eo, secundum glo. in uers. praestitisse, in l. mulier, C. de iure do. Pau. castren. Romã. Alex. nu. quarto. Iaf. nume. 5. & alios, in d. l. secunda, & Marsil. in d. rub.

Cõis opi.

Cõis opi.

d.rub.ff.de fideiuss.numero.269.ubi ponit istam esse communem opinionem. cōis opi.

OPINIO CXIII.

Fideiussor repetens à debitore principali quod pro eo soluit non admittitur ad probandum solutionem per solam creditoris confessionem,& sic per huiusmodi confessionem non probatur solutio, & fideiussor ob hoc duntaxat repetere nequit à debitore illud, quod asserit soluisse pro eo,secundū glo.in l.duobus reis.§.1.ff.de iureiu.quam sequitur Bar.ibi,& Fulgosi.Bar.in l.reos, in 5.q.ff.de duobus reis,& Roma.in l.prædia.ff.de acquir.possess. sed Bart. ipse reuocando,seu mutando iudicium in melius tenuit,& uoluit contrarium consi.160.Titius promisit,uidelicet,ut fideiussor possit agere contra debitorem uigore talis confessionis creditoris dicentis sibi satisfactum esse à fideiussore,& sequitur Saly.Pau.castren.Roma.Alex. & Ias.in d. l.duobus reis,& ita consuluit Alex. consil.25.uiso instrumento,uol.2.& consil. 123.uolu.6.& opinionem istam inquit communem Fulgosi. & Alex. in d.l.duobus,§.1.nu.2. Cōis opi. Bellonus consi.77.nume.6.& sequen.Tiraquel.in tract.de utroque retra.in titu.de retractu conuentionali.§.1.gloss. 18.num.84.& Marsi.in repeti.rub.ff.de fideiussori.nu.310. 311.& 312.ubi eam sequitur & declarat; & secundum cōmunem istam consuluit quoque Paul.castren. consil.396. quæritur utrum fideiussori, prout ipse refert, aut testatur, in d.l.duobus reis;& sequendo ego communem sentētiam prædictorum breuiter concludo, quod licet multi ex doctoribus dicant Bar.contrariari, in hoc tamen non meretur allegari contrarius, nam in d.l. duobus reis non firmat pedem,utitur enim uerbo forte, & opinionem istam communem plenius posui, quàm hic in primo lib. communiū opinionum, & eam ibi quoque sequutus fui in opinione fideiussor potest agere.

OPINIO CXIIII.

Fideiussor pauper à creditore uocatus, & conuentus in iudicio potest soluere de bonis principalis stante paupertate sua,& impossibilitate,difficultate, seu impotentia so-

lutionis de suo proprio, ne in carceribus maceretur, & in eis perpetuo detineatur, secundum Bar. per illum tex. in l. si procuratorem. §. ignorantes, in princ. ff. mandat. Ang. in auth. ut omnes obe. iudi. col. 4. Bal. in c. si qui testium, in fi. ex. de testi. & Bar. & Bal. in fin. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor. quorum sententiam sequitur, declarat, & ait esse communem Marsil. in repeti. rub. ff. de fideiussor. nume. 429.

Cōis opi.

OPINIO CXV.

Fideiussores dare promittens, certè dando pignora, etiam inuito creditore liberatur, secundum glo. Bar. & omnes, in l. 1. ff. qui satisda. cogan. glo. & Bart. in l. prætoriæ, la 3. ff. de prætor. stipu. Cyn. Bal. & cæteros scribentes, in l. 1. C. de procurat. Io. And. in add. Specu. in titu. de satisda. §. dicto, in prin. & in titu. de pigno. super rub. & opinionem istorum sequuntur, & asseuerant esse communem Alexan. nu. 6. & Ias. nu. 12. in d. l. 1. ff. qui satisda. cogan. Ant. Negusantij de Fano, in tract. de pignori. & hypothecis, in 5. par. principali, nu. 5. & Marsi. in repeti. rub. ff. de fideiussor. nu. 349. & seq. quoniam melius, ac tutius est incumbere pignori, quàm in personam agere, & sic quam habere fideiussorem, l. plus cautionis, ff. de reg. iu. & uoluit Bart. in l. in eo. §. 1. eod. titu. & in casu hoc debitor dans pignora creditori, si uellet postea dare fideiussorem, & repetere pignora sibi permissum non foret, nec facere posset inuito creditore, secundum gloss. in §. suscepto, in glo. magna, circa medium, in auth. de exhiben. reis.

Cōis opi.

OPINIO CXVI.

Fideiussorem dare promittens censetur, ac intelligitur promisisse eum in loco promissionis, & celebrati contractus, & de hominibus eiusdem loci, secundum Bar. Ang. & omnes communiter, per illum tex. in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cogan. ubi Alex. istam communem sequitur, nu. 3. ubi refert super hoc se aliàs de facto consuluisse, prout apparet consi. suo. 37. & opinionem hanc approbat etiam Ias. in d. §. si necessaria, nu. 2. 3. & 8. & sequitur,

Cōis opi.

tur, approbat, declarat, & dicit ueriorem Marsil. in repeti. rub. ff. de fideiussor. nu. 307. cum alijs seq.

OPINIO CXVII.

Fideiussionem, cautionem, seu satisdationem dare non tenetur, qui est manifestè idoneus facultatibus, etiam ex dispositione iuris communis, & municipalis, quando nulla uerisimilis causa suspitionis subest, sed sibi remittenda est satisdatio hæc, & obligatur, ac tenetur duntaxat nomine proprio absque fideiussoribus cum generali hypotheca omnium bonorum suorum, secundum Bart. & Io. de Pla. in l. quicunque, la. 2. C. de fund. patrimo. lib. 11. & Barto. in l. priuatae, C. de murileg. lib. 10. Roma. consi. 67. uiso themate prænarrato, col. 3. Pau. castren. & Ias. nu. 16. & seq. in l. 1. ff. qui satisda. cogan. & Alex. consi. 179. uiso & oportunè discusso processu, col. 6. uol. 2. & licet Alex. ipse titubanter, in d. l. 1. & in l. diuortio. §. interdum, ff. solut. matrimo. asseueret contrarium, tamen opinio Bar. & sequacium quicquid frustra suadeat Alex. est communis, secundum Ias. in d. l. 1. nu. 20. & ita obseruat consuetudo, teste Ange. in d. l. prætoriæ, col. 3. & sequitur Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. nu. 270. in quibus quidem locis, tam Barto. quam alij post eum tradiderunt super hoc congruum exemplum, uidelicet, quod si ex forma statuti officialis teneatur ante officij sui ingressum satisdare, tunc certè, & absque dubio aliquo si ipse idoneus foret crederetur, ac staretur ei soli cum generali obligatione bonorum suorum. in regno uero Neapolitano practica, & stilus obseruat contrarium, & officiales omnes in officij principio, & ante ipsius administrationē omni facultate, diuitijs, & idoneitate remotis, ac reiectis, & exclusis præstant necessario idoneam cautionem ante susceptam officij tutelam de parendo sindicatui finito eorum officio, imò officiales ipsi iurare debent in præsentia decem testium, secundum formam traditam in capitulo regni exordiente item recipiant sacramentum in forma subscripta, aliàs non præstita cautione prædicta in camera summariæ, & iuramento coram uno ex regentibus regiam cancellariam non possunt officium exercere sub pœna usurpatæ iurisdictionis principis posita, in d. capitulo item

Cōm. opi.

item recipiant,& tam cautio, quàm etiam iuramentũ hoc in commissione officialium specialiter exprimenda sunt ob dispositionem,d.cap.item in fin.& uerba d. capitul. refert Afflict.in constitutio.baiuli locorum,ubi pulchrè loquitur.

OPINIO CXVIII.

Fideiussor datus, seu acceptus in prima instantia non tenetur in eo, quod postea iudicatur in causa appellationis, nisi aliud actum sit,l.cum apud ff.iudicatum solui,quē tex. dicit singularem ibi Bar.in prin.& quamuis, d.l.cum apud loquatur, ubicunque prima sententia fuit absolutoria, & actor appellauit, nihilominus idem est si prima sententia condemnatoria fuerit, & reus appellauerit,secundũ Bart. num.4.& Ang.ibi per tex.cum glo. in l.2. C.de procura. & ibi Cyn.& communiter omnes, & institu.de satisdationib. §.sin autem,de quo ibi per Fabrum,& Aret. nam non oritur actio iudicati ex prima sententia, sed ex sententia appellationis confirmatæ, ideoque imputetur actori contra reum in causa appellationis si non petierit caueri,l. eos,§. fin.C.de appel.hocque uerum apparet,ubi appellatio non est deserta, aliàs secus, secundum Barto. in d.l.cum apud. Imò memorata communis sententia ampliatur in tantum procedere, ut cautio de iudicio sisti, aut representando minimè se extendat in causa appellationis, quia expirauit per sententiam,l.græcę,§.& post litem,ff.de fideiuss. & ibi per Pau.castren.& Imo.uerum huiusmodi cautio quotiescunque præstita est pro absente, tunc expirat, ex quo semel reus extitit pręsentatus,secus si fuerit pręstita pro reo præsente, quoniam durat usque ad sententiam, secundum Alex.in add.ad Bart. ibi,& per Barto.in l. 1.ff.si quis in ius uoca. non ierit, hoc uerò limitatur non procedere,quando cautio de sistendo reo in iudicio toties, quoties iudici uisum fuerit præstita foret, nam durat etiam post sententiam iux.not.per Bar.in l.si quis res,ff.de custo. reorum,& per Ang.in l. 1.§. 1.eod.titu.

Cõis opi.

OPINIO CXIX.

Filius uocare in ius patrem, aut matrem absque uenia non

non potest,l.fin.C.de in ius uocan.gl.in §.pœnales,in uer. uel parentem,institu.de actio.& Cotta, in memoria.iuris, in uersi. filius; imò hoc procedit quoque in patre,matreq; spirituali suscipiente cum de sacro fonte, nam per filium ipsum uocari in ius sine uenia nequeũt,secundum Ang. & Fulgosi.in l.adoptiuum, per illum text.ff.de in ius uocan. Guliel. de Cu.Bal. Ang.Pau.castren. Roma.Alex.& Ias.in l.generaliter,eod.titu.Ang.Areti.Ias.col.10.Zasi.col.2.& Gomesi.nu.24.in d.§.pœnales,Alex.in l.1.in prin.C.de in ius uo.Franc.in c.postremò,col.pen. de appel. Pari.de Puteo,in tract.findi.in uer.suspicio,col.fin. Guliel. Benedic. in repeti. c.Rainutius, de testa. in uer. & uxorem nomine Adelasiam,nu.765.& Tiraq. in repe.l.si unquam,C.de reuo.donat.in uer.susceperit liberos,nu.28.& in tract.de pœnis temperandis,aut remittendis.causa.21.nu.3.& seq. ubi audacter fatetur istorum sententiam fore communiorem, & ueriorem.Ampliatur etiam dicta regula q; filius uocans patrem in ius absque uenia, licet paratus sit, & uellet soluere pœnam,l pen.ff. de in ius uocan. non propterea processum conualidare posset,unde pœna in casu isto exigibilis est,& processus annullatur,secundum Cyn.Ray.Alber. Fulgosi.Alex.nu.2.& Moder.in d.l.fin.C. de in ius uoc.Io. Fabrum,in 4.q.in l.2.cod.tit.& Grammat.consi.ciuili.40. nume.4. ubi attestatur opinionem istam esse meliorem,& communem dicit Purpura. in l fin.nu.36.in tract. quem fecit post lecturam illius,l. C.de eden.& Capici. decisio.56. nu.6. sed aduerte q; processus iste ualeret, & teneret parte citata non opponente,ut uoluit Cyn. Bart.Ray.& omnes, in d.l. fin.C. de in ius uo. ubi opinionem istorum sequitur Alex.nu.2. & dicit communem,& uerioré, communemq; inquit Capicius,in d.decisio.56.nu.6.ac amplectitur Guido.Papæ,in sing.565.utrum si procurator. Ampliatur regula prædicta similiter procedere in ciue uniuscuiusque uniuersitatis, qui uolens suam uniuersitatem in ius uocare, debet & tenetur prius & ante omnia petere ueniam, secundum Ang.in d.l.generaliter,& Aret.in d.§.pœnales, col.7. & ita consuluit per pulcherrimas rationes Gramm. in d.cons.40.Alias uero quamplures ampliationes,& limitationes ad dictam regulam utiles, & necessarias tradidit Petrus

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Petrus Duennas in suis regulis,in uer. filius non potest uo care patrem in ius,quas uidere poteris.

OPINIO CXX.

Filium à patria potestate eximit, ac liberat episcopalis dignitas,auth.sed episcopalis, C. de episco. & cleri.& c.uenerabilem qui filij sint legiti. & notant Bart. in l.patre furioso,ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iu. & in l.si maritus,C. de pa.po.Franc.in rub.de testa.col.17.& omnes alij Canonistæ communiter,in c.si annum, de iud. lib.6. & in c. Iudæorum,de æta.& qualita.& Legistæ post Bar. in d l.patre furioso,ubi Ias.nu.48. & seq. inquit istam esse communem opinionem. item filiusfamilias creatus Cardinalis Romanæ ecclesiæ immunis est à patria potestate,secundum glo. in extraua.exacrabilis de præben.inter communes,uersic. sublimitatem,& Barba.in tract.de præstan.Cardi.in 1.par. quæst. 1.nu.69. & hoc idem operatur religionis professio, secundum gloss. in l.si ex causa.§.Papinianus,ff.de minor. quam dixit singularem Barba. in d.q. 1.nu.69. & hæc omnia procedunt, seu limitantur in his duntaxat, in quibus utile est ipsi filio à patria potestate liberum censeri, non autem in his, in quibus libertas hæc esset ei damnósa, & grauis,secundum Barto.in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui, uel alie.iur. in fin.Alex. in l.sub conditione,ff.de liber.& posthu.Barba.in d.q.1.col. penul. & istam fatetur communem opinionem Cotta in memoriali,in uers. episcopalis dignitas; & quamuis prædictæ dignitates liberent filios à patria potestate, nihilominus facer ordo non eximit filium à dicto patris nexu,seu potestate, auth. presbyteros,C.de episco.& cleri.Abb.in c.cum desideres,& in c. cum uoluntate.§. fin. de senten. excommuni. & in d.c.iudæorum contra gl. ibi, & ista est communis opinio,quam sequitur,& citat Io.de Arnono,in dialogo.691. exordiente sed si filiusfamilias esset sacerdos,& Cotta in memoriali.in uer.sacerdotium.Ias. in l filiæ.col.2.C.de collat.Guliel.Benedic.in c.Raynutius.de testam.uersi. insuper de remilit.nu.17.Boer.decis.121.nu.12.& Cassan. in consuetu. Burgun.fol.213.nu.4.

Cõis opi

Cõis opi.

Cõis opi

OPINIO CXXI.

Filius fratris non intrat in locum patris sui in fideicommisso, quando agitur de successione hominis, secus uero, quando agitur de successione legali, secundum Bal.in l cū ita.§.in fideicommisso,ff.de leg.2.quē sequuti sunt ibi Cuma.& Floria.Ias.in l.2.col.2.C. de succ. ędic.Alex.consil. 204. consideratis uerbis,nu.6.uolu.2. & Deci.consi. 1.ferè per totum,cons.478.in causa domini Aurelij nu.2. & seq. & consi.480.in casu,qui contingit,sub nume.9.cum seq.in quibus concord.allegat,& mouentur ea ratione,quoniam in fideicommisso, seu dispositione hominis consideratur affectio, quam quis uidetur habere ad proximiores in gradu, sed in titulo hæreditario, seu dispositione legali consideratur dispositio iuris, quæ est q; filius subintret locum patris,ut per citata ubi supra,& opinionem istam Bal. dicit magis communem,& ueriorem Deci.in d.consil. 1.nu. 5.& sequitur quoque consulendo, & ait pariter esse magis communem Natta.consi.127.nu.4.& seq. & consil.seq nu. 4.& Bellonus consi.50.nu.1. & seq. ubi refert quamplures Doct.ita consuluisse. præsertimq; Ias. Rubeum,& Crotū, ut habetur inter consilia.d. Rubei consi.36.cum tribus sequen. in contrariam uerò partem inclinauit glo. in .d.§.in fideicōmisso,in uer.proximo, uidelicet quòd filius fratris, licet agatur de successione hominis, assumat locū patris, quam sequutus est Alex. sibi contrarius consil.26.uideretur fortasse,col.fin.uol.3. ubi inquit doctores magis communiter sequi opinionem glo.quam Bal. & citat Bald.sibi etiam contrarium in consil. ut ibi,idem Alex. consil.124. uiso processu causæ,sub num.3.uol.7. ubi pariter sequitur sententiam gloss. Deci. qui memor sui primi consilij non erubuit tanquam ueriorem amplecti glo. consi.217.in casu proposito,ubi in terminis consuluit, hanc similiter scribit communem Ias.consi.159.magnifica,colum.2.lib.4. & consil.215.colum.quarta,cum sequen.lib.secundo,Curti. iuni.consil.57.colum.4.& alij innumeri,quos refert,& sequitur Crauet.consil.67.ultra per me scripta, nume.5.ubi supponit eandem opinionem cum gl.contra Bal.& Dec. ubi supra, & sic secundum communem præmissam, quando Cōis opi.

sumus

ſumus in diſpoſitione hominis,& præſertim, quando agitur de hæreditate aui, uel patrui filius indifferenter aſſumit locum patris; & licet ſuper hoc Doćto. ita uarij fuerint, ut uix diſcerni poſſit, quæ ſit communis opinio; tamen ueritatem profit ndo iſta ſecunda opinio gloſ. uidetur,& apparet cum effećtu magis æqua, magis uera,magiſque communis,prout atteſtatur,& eam ſequitur Dilećtus, in traćt.de arte teſtan.in titu.5 caut.27.& Ioan.Cephal.cõpioſiſſime,atque dоćtiſſimè, conſulendo, ac reſpondendo contrarijs omnibus,conſi.16.num.28.cum alijs ſequen. & ſecundum eam cõſului,& obtinui de præſenti anno.1565. in cauſa non leuis momenti, reiećtis tamen conſilijs aliquorum clariſſimorum uirorum per iudices cauſæ prædićtæ in cõtrarium ſcriptis copioſiſſimè,& in proceſſu produćtis,imò aliàs ſuperioribus annis ſecũdum eandem opinionem glo.iudicaui,& ſententia mea per iudices ſuperiores ad quos extitit approbata, & confirmata, & hoc non abſque ratione euenit, nam Deci. non ualens aliquo modo remouere obiećtionem, & obſtaculum gloſſ. prædićtæ auſus fuit atteſtari opinionem communem eſſe contra ipſam gloſſ. quando ſcilicet agitur de ſucceſſione hominis, prout fecerat,in d.ſuo primo conſi.ex ſe ipſo ibidem citato, non animaduertens ipſe Deci. quam ibi, in d. conſil. 480.& in conſil. 1. dicit communem opinionem fuiſſe à ſe ipſo reiećtam,in d.conſi.217.ubi non erubuit tanquam ueriorem,& communiorem ſequi opinionem,d. glo. & hoc minimè ab re concluditur per Deci. glo. & alios præcitatos Doćt.per rationes allegatas per eos optimas, & ueriſſimas, nam gloſæ ſunt naues, per quas nauigamus per hoc uaſtum pelagus iuris ciuilis ducentes nos ad portum claræ ueritatis,ut eleganter dixit Saly. in l.1.C.de pact.& Ripa, lib.3.de donationibus,nu.45.fol.77. & ſomniare dicuntur uolentes infringere opinionem gloſæ,ut dixit Bal.in c.cõtingit,col.6.ex.de dol.& contu.

OPINIO CXXII.

Filio ſupplementum legitimæ acquiritur, ſeu debetur ipſo iure eo declarante, & ſic eo ipſo, quòd filius declarat uelle

uelle tale supplementum, ei acquiritur, ac conceditur, secundum glo.2.in l.scimus,C.de inoffi.testa.cunctis doctorum suffragijs receptam ibi,Corne.consi.265.uol.1.consi. 265.in hac uidetur,col.fin.uol.3.& consi.264. uidetur prima,uol.4.& Alex.consi.69.in secundo dubio,uol.1.& hęc communis glosæ sententia procedit, ut statim mortuo testatore memoratum supplementum ipso iure debeatur absque filij declaratione, licet commutabiliter, & illa declaratio,quæ secundum glo. communem requiritur, operatur,ut ipsa acquisitio fiat incommutabilis, quod clarum est, quia defuncto filio nulla per eũ declaratione facta huiusmodi supplementum pure, atque statim filio ipso iure acquiritur,non autem conditionaliter si petatur, & transmittitur ad quoscunque hæredes,ut declarat,& firmat Saly.in d.l.scimus,& sequitur Alex.consi.55.col.3 uolu.2.& Ias.in d.l. scimus. imò & fructus legitimę cum ipsa legitima debētur ipsi filio à tempore mortis testatoris,secũdum Bal.in l.Papinianus,§.unde siquis,ff.de inoffi.testa.& consuluit Corne.in d.consi.265.uol.3.in fin. Cõis opi.

OPINIO CXXIII.

Filij non acquirunt,cum patri succedunt, sed acquisitũ capiunt,secundum gloss.fin.singularem ab omnibus communiter receptam,in c.1.de feudi cognitione,quam glos. Bald.ibi commendat, & dicit menti tenendam, ex qua, & Aluar.ibi,in fin.refert ꝙ mortuo uassallo ius feudale in filium continuetur,argu.l.1.§.largius,de success.edi.dicens feudum in filijs de nouo non acquiri,& idem tenet Præpo sit.loco prædicto,uolēs,quòd in feudo antiquo,& paterno non sit opus filios in possessionem mitti,quam prius habebant,exprimensque d.gloss.signandam fore,quòd materia suitatis, etiam in feudis locum habeat,faciunt, quæ tradit Bal.in l.cum antiquioribus.q.10.C.de iure delibe. qui per glo.præcitatam uoluit,ꝙ in feudis possessio ad suum hæredem transmittatur,qui & uiuo patre inuestitus esse,& possidere censeatur,& propterea possessionem in eum absque alia inuestitura continuari,idē Bal.in c.1.an mut uel fiird. ait filium in uita patris nominari feudatarium, ita ꝙ post mortem patris potius dicatur feudum retinere, quàm de Cõis opi.

nouo

nouo ſuccedere. Ampliantur prædicta,ꝙ & iure communi,nedum feudali poſſeſſio hæreditatis paternę continuetur,ut eſt glo.in l.in ſuis,de liber.& poſthu. ubi dicit filios heredes ſuos ſicuti in uita patris ſunt quodammodo domini,ita,& poſſeſſionem habere dicantur,& idem inquit glo. in §.ſed ſui,inſtitu.de hæred.qualit.& diff.uidelicet filium uiuo patre poſſeſſionem habere uideri per l.2.§. filium, ff. pro hæred. & dicit Bar. filium ſe non poſſe nominare hæredem de nouo, ideſt dominum, & poſſeſſorem, qui ante erat,idem & Pau.caſtren.ibidem, qui filium uiuente patre quodammodo dominum, & poſſeſſorem eſſe ait, & ſic per præmiſſa ſatis apparet quòd à patre in filium, & in feudis, & in alijs rebus poſſeſſio continuatur; Sed ſi rem ſincera iuris ueritate conſiderare uolumus iſta ampliatio, ꝙ poſſeſſio hæreditatis à parente in ſuum hæredem continuatur uera non eſt,& licet gloſſ. in d.l.in ſuis,& in d.§.ſed ſui huiuſmodi continuationem admittere uideantur, nihilominus hæ glo. iure non probantur, & contrarium docuit ipſamet glo.in l.cum miles,ex quibus cauſis maior. & in l. cum hæres,& ibi Bar.& communiter omnes,de acqu.poſ. & inquit Bal.in d.l.in ſuis poſſeſſionem non tranſire in ſuũ hęredem ſine apprehenſa poſſeſſione,quod & Alex.ibi aſſeueranter tenuit,qui pro hoc plura allegat,Bald.in auth. ingreſſi,col.3.C.de ſacroſan.eccle.& in l.fin.in prin.C. de edi. diui Adri. tollen. quod ſuſtineri poteſt iſta ratione, nam poſſeſſio ſine animo retineri non poteſt, l. ſi quis ui. §.1.de acqui.poſſ. & l.licet,C. eodem titu. ſed animus patris morte finitur,nec ad hæredem tranſit,l.4.ff.loca.unde morte patris rumpitur,& extinguitur poſſeſſio, l. qui uniuerſas,§.quod per colonum de acqui.poſſ.

Cõis opi.

OPINIO CXXIIII.

Filij ſola, ac ſimplex nominatio non operatur, ut quis filius eſſe dicatur, & ſic filiatio ex ſola parentum nominatione non probatur,niſi alia adminicula concurrant,ſecũdum Bar.in l.1.§.idem per contrarium,ff. de liberis agno. Ant.de But.in c.Michael,in fi.de filijs presby.Ang.& Pau. caſtren.in l.non epiſtolis.C.de probatio. Bal.in l.non nudis,

dis eod.titu. glo.in c. per tuas,de probatio. ubi Deci. nume.28.exprimit istam esse communem opinionem,Rebuffus quoque in tracta. nominatio. fol. 1. uersi. primò fallit, Couarruuias in epi.4.c.8.§.3.nu.7.& Pet. Duennas in reg. 342. filiatio non probatur, in quibus locis utiliter, & copiosè limitant communem istam in 4. casibus non procedere, quorum unus cõmuniter approbatur, ut clarè in locis præmissis colligitur, sed in casibus prædictis,in quibus præcitati Doct. aiunt nominationem filiorum probare uenit facienda necessariò talis interpretatio, ut hoc intelligendum, uerificandumq; sit in filijs legitimis, & naturalibus, uel in naturalibus tantum, non autem in filijs spurijs inter quos nominatio ipsa nihil prodest ita Ang.cõsi. 191. col. 1.quem sequitur Ias.consi. 102.lib.4. & Gratus consil. 158.col. 1.lib.2. ideo debent esse cauti aduocati in probanda filiatione,quos instruit Bar. in d.§.idem per contrariũ, & in d.l.non nudis,& Deci.cum alijs relatis per eum,in d. c.per tuas,numero. 40. Item filiatio minimè probatur per solum tractatum non concurrentibus alijs adminiculis,& per consequens,quando quis producit fuisse tractatum uti filium parentibus postmodum hoc negantibus, nõ ob hoc uidetur sufficienter probatus tractatus ipse filiationis, secundum Alberi.Bald.Ang.& Saly.in l.non ignorat,C.qui accus.non pos.Bald.in d.c.per tuas,colum.2.Barto. in d.l. non nudis, in 2.lectu. & in l.quidam, ff. de condit. institu. Flori.in l. quidam, ff. de probat. Ias. in l.neque professio, C.de testa. & consil.106. in fin. libro primo,& consil. 102. lib.4.& Alciat. in tracta.de præsump.in 3. reg. præsumpt. 38. ubi scribit istam fore ueriorem, magisq; communem opinionem.In contrariam uerò partem,uidelicet filiationem plenè probari per tractatum inclinauerunt Felyn. post alios relatos per eum,in d.c.per tuas, num.13. Iacob. de sancto Georgio,in d.l.quidam Natta.consil.159.nume. 15.& Deci.consi.54.colum.3.vbi ait istam opinionem esse communem,& sequitur Aegidius Bossius,in practi. criminа.in titu. de partu supposito, numero nono, undecimo, uigesimoseptimo,uigesimooctauo,& sequen.sed prędictas opiniones ad optimam consonantiam uidetur reducere Couarru.in d.§.3.nu.6.& Alciat.in d.prę́sump.38.nu.5.cũ

Cõis opi.

Cõis opi.

cõis opi.

h alijs

alijs seq. ubi occasione sumpta concordandi opiniones istas ponit quatuor casus necessarios. Et Vasquius, in trac. de successionum processu. lib. 1. §. 4. num. 4. & seq.

OPINIO CXXV.

Filij duorum fratrum venientes ad successionem patrui nullo superstite patruo succedunt eidem patruo ab intestato post mortem in capita, non autem in stirpes, secundum Azo. in summa, C. de legi. hæredi. §. iure uerò nouissimo. glo. in §. hoc etiam, instit. de legit. agna. succes. Hostien. in summa de succes. ab intesta. §. & qualiter. Io. And. in add. Specu. in titu. de succes. ab intesta. §. 1. uers. sed an filij fratrum. Iac. But. Bal. & Saly. in auth. cessante, C. de legi. agna. succ. & Couarruuias, in suis epi. in titu. de succes. ab intestato, sub nu. 8. fol. paruo. 399. cum alijs congestis per eum, & per Tiraq. in lib. 1. de retract. §. 11. glo. 11. nume. 3. quorum opinioni astipulatur etiam Capra consil. 21. nu. 13. proferens ibi hoc communiter teneri. in contrariam uerò sententiam, uidelicet filios fratrum, aut sororum succedere patruo in stirpes, non in capita inclinarunt glo. Dy. Iaco. Areti. Cy. Albe. Io. Fabe. Pau. castren. Corne. & Ang. in d. auth. cessante glo. Bar. & Ange. in l. 1. §. fin. ff. si pars hæredi. peta. Faber, & Porti. in d. §. hoc etiam, & istorum opinionem fassi fuere communem esse Nicol. de Vbal. in tracta. de succes. ab intesta. 3. par. col. 1. Zasi. in 1. lib. responsorum, cap. 7. Tiraq. in d. gl. 11. Alex. consi. 55. nu. 4. uolu. 4. & Bertran. consil. 2. uolu. 1. ubi ita consuluit, & in effectu ista est ueritas prout deducit pluribus rationibus, & authoritatibus Bar. in l. post consanguineos. §. hęreditas, ff. de suis, & legit. hære. & Alex. ibi, in addit. ad ipsum Bar. super litera. G. & Cy. Alberi. & alij communiter, in d. auth. cessante, & aduerte ne te decipiat Capra, in d. consi. suo. 21. in fin. & consi. 104. nu. 1. qui asseruit primam opinionem Azo. & sequacium communiter approbari, quia assertio hæc falsa redditur, & ipse Capra decipitur in hoc teste Tiraq. in d. glo. 11. nu. 3. cum alijs seq. fol. 165. ubi inhæret isti ultimę opinioni glo. communi simul cum alijs innumeris Docto. relatis per eum.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO CXXVI.

Filius, cui à patre concessi, datiq; libri apparent, ut literis uacaret, illos quippè fratribus suis conferre non teneretur, secundum Bar. in l. 1. §. nec castrense, ff. de colla. bo. Pau. castren. Alex. nu. 20. & Ripam, nu. 168. in l. in quartã, ff. ad leg. falcid. Ias. in l. filiæ licet, C. de collat. Corasi. in l. filium, quem habentem, nu. 92. & 100. C. famil. ercisc. Ang. Bal. & Saly. nu. 8. in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testa. Deci. & Alex. in l. si donatione, C. de colla. ubi perhibet istorum sententiam communem esse, quæ quidē procederet, quando filius erat emancipatus, & sic ubicunque filio emancipato donatio fieret, argu. l. quæ pater, ff. famil. ercisc. cum glo. iuncta, l. illud. C. de collatio. contrarium uero firmauere, & male quàmplures Doct. citati per Ruinũ, in d. l. in quartam, nu. 18. & per alios Doct. præcitatos, intelligiturq;, seu ampliatur premissa communis opinio similiter habere locum in filio scholari, cui si pater libros in studio donasset, & postea uiuo patre doctor euaderet, illos fratribus conferre minimè teneretur, secundum communem opinionem omnium scriben. quam sequitur, & citat Alex. consi. 142. col. pen. uolu. 2. & Ripa, in d. l. in quartam. imò ipse filius minimè teneretur conferre fratribus expensas factas ad gradum doctoratus ipsius adipiscendũ, quia quasi castrense id reputaretur, ut uoluerunt Bal. Ang. Saly. & Pau. castren. in d. §. imputari Bar. in d. §. nec castrēse, & ista est communis opinio, cui inhæret etiam Ripa, in d. l. in quartam, nu. 166. & Corasius, in d. l. filium, quem habentem, nu. 110. quamuis Ruinus ibi, & leuiter sentiat contrarium. imò quoque ipse filius equos, & arma à patre sibi concessa, ut ad bellum proficisceretur fratribus nullo modo conferre teneretur, secundum glo. & communiter Docto. in d. l. quæ pater, Bald. Ang. & Saly. in d. §. imputari, & Ripam, in d. l. in quartam, nu. 167. imò etiam expensæ factæ à patre, ut filius scriptoriam apostolicam, uel non apostolicam, uel decurionatum adipisceretur conferendæ fratribus non essent, cum nec uendi, nec ad hæredes trãsmitti possit, secundum aliquos doctores, in d. §. imputari, & Nicolaum de Vbaldis de successio. ab intestato, cōtrarium

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

h 2 uerò

Cõis opi. uerò ſenſere, ut conferendæ ueniant huiuſmodi expenſæ Pau.caſtren.& Iaſ.in d.§.imputari, & Ripa, in d.l.in quartam,nu.163.& iſta eſt communis opinio.

OPINIO CXXVII.

Filij non obſtante præſcriptione, ſeu lapſu triginta annorum poſſunt agere, & agnoſcere hæreditatem maternam,uel paternam ex capite,unde legitimi, dato quòd excludantur præſcriptione à capite unde liberi, ut per Bart. conſ.128. Alex. cæteroſque omnes,in l.licet,C.de iur.delibe.& iſta eſt communis opinio,ſecundum eundem Alex. conſi.89.uol.2.Corne.conſi.70.uolu.4.Gozadi. conſi.59. nu.7.& Dilectum,in tract. de arte teſtandi, titu. de acquirenda,uel repudianda hæreditate, cautela.6. nu.2. quoad extraneum uerò ſi extat ignorantia reſtituitur aduerſus præſcriptionem triginta annorum, non autem maiorem, ut per Alex.conſi.106.uol.5.Fulgoſi. conſi.64.Deci.conſil.103. & Dilectum cum alijs accumulatis per eum, in d. caut. 6. nume. 3. ubi docet iſtam communem ſententiam fore.

Cõis opi. (margin, beside "conſ.128. Alex." and "libe.")

cõis opi. (margin, beside "caut. 6." and "fore.")

OPINIO CXXVIII.

Cõis opi. Filius tenetur alere matrem,l.ſiquis à liberis, in prin.ff. de li.agno.ſed non dotare,l.tutor, ſecundum §. fin. de admi. tut.Bal.& Ang.in l.3.C.de præſcrip.long.tempo.Ang. & omnes communiter,in l. 1.ff.ſolu.matri.

OPINIO CXXIX.

Fiſcus ſuccedens in bonis priuati per uiam publicationis bonorum, ſiue alio modo tenetur ea obligatione, qua tenebatur priuatus.text. eſt,in l.uia conſtituti,§.ſi fundus, ff. de ſerui. ruſt. prædio. & in l.cum quidam,§. fiſcus,ff.de uſu.& in l.ſi marito,ff.ſolu.matrimo. idemque concludendum eſt in oneribus legatorum, & fideicommiſſorum, & reliquis omnibus, ut onera creditorum fiſcus ipſe ſubire debeat, quando bona uacantia ſibi deferuntur, l.recuſare, §.ſi fiſco, ff. ad Trebell. l.ſi Titio, ubi Bartol. & alij,ff.de

leg.2.

leg.2.& l.si seruus plurium,§.si quis ante, & ibi omnes Do cto.ff.de leg.1.& hoc certè,ac tutè intelligendum est, ubicunque culpa hæredis bona uacare, & ad fiscum transuolare cœperũt,l.sororem,C.de his,qui ut indig. & d.§. si quis ante,& tenet Ias.in l.eam quam,nu.13.C.de fideicommiss. & Alex. in d.§.si fisco, ubi appellat istam esse communem opinionem. Contrariam uerò partem, ut etiam,si sine culpa hæredis ipsa bona uacare cœperint adhuc fiscus onera subire debeat,& sic,ut teneatur legata,atque fideicommissa agnoscere,tenet Salyc.in §.pen.per text.ibi,C.de cadu. tollen. ubi firmat hanc esse communem sententiam. sed si propter crimen læsæ maiestatis, uel aliud simile publicarentur bona testatoris ille tam intestatus, intestabilis decedit quoad legata,& fideicommissa, quàm quoad institutiones,l.2.per quam ita firmant ibi Bart. Alberi.Pau.castren. Cuma.Alex.Ias.Ripa,& alij communiter,ff.de leg.1. Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CXXX.

Fratrum diuisio, seu diuisio inter fratres debet fieri sorte, uel iudicis officio, & sic in diuisionibus fratrum sortes mitti debent, aut iudicis officio expediri, ut uoluerunt Bar.& Ang. in l.1.C.de his qui se deferunt, libro decimo, Bald.in l.penul. in princip.C. com. diuid. Leo Speluncanus, in pract. artis notariæ, in for. instrumenti diuisionis duorum fratrum,fol. paruo. 283. & Ias. latissimè,in l.prima, numero.39. ff. si certum petatur. in l. 4.§. Cato,ff.de uerb. obligatio.& in l.si duobus,numero septimo.C.com. deleg. in quibus locis deducit istam esse communem sententiam, & demum cum opinione hac transeunt omnes Legistæ communiter.& nouissimè Ripa,in d.l.1.ff. si cert. peta.nu.70. Canonistæ uerò uidentur asseuerare, concluderecq; contrarium. uidelicet, quòd maior natu facere debeat portiones, & minor eligere, ut latè hoc tractat Ias. in §.quædam.col.duodecima, & sequen. institu. de actio. Ang.in l.3.in ulti.not.C.com. deleg.Bald.in cap.licet causam,colum.septima,de probatio. Angel. in d.§.quædam, colum.9.Petrus de Vbal. in tracta.de duobus fratribus,in undecima par.quęstio.duodecima,numero decimotertio, fol.paruo.133.Picus,in repet.l.in quarta,colum.55.uersi. Cõis opi. Cõis opi.

ego dum aliàs,ff.ad l.falci.& Bald.in d.c.licet,ubi dicit, ꝙ fortuna est Dei nutus nobis incertus,seu altera potius natura in cœlo caducorum dominium habens,& ob hoc nullo pacto debemus de suo officio immiscere, sed opinio hæc Canonistarum procedit de consuetudine,non autem de iure communi,secundum Bertachi.in prima par. sui reperto.in uer. diuisio,sub nu.7. & est uerissimum, ut appa- ret ex rationibus citatis per omnes memoratos Docto. & pro sententia hac ꝙ maior natu diuidere debeat, minorq́; eligere dicit facere tex.in c.1.de parochi.Afflict.in tracta. de iure protomiseos,in prin. sub nu.45.fol. paruo.34. faciuntq́; alia congesta per Ripam,in d.l.1.nu.70.

OPINIO CXXXI.

Frater tenetur alere sororem etiam uterinam, l. qui filium,§.fin.ubi Bal.ff.ubi pupil.edu. deb. & glo.in l.1.C.de alen.liber.sed non cogitur eam dotare secundum commu- Cõis opi. nem opinionem,de qua per Ange.& Alex.in l.à filio,ff.ad Trebel.Fulgo.consi.224.Ant.de But.Abb.& cęteros,in c. peruenit,de arbit.& per omnes,præcipueq́; Ias. & Ripam, in l.1.nu.83.ff.solu.matri.

OPINIO CXXXII.

Fructus prędiorũ consistentes in frumẽto,uino,oleo,& similibus ꝗ sunt de rebus, quæ seruando seruari non possunt non censentur, seu præsumuntur durare ultra triennium,secundum gloss.in l.1.C.si aduer.usucapio.cum qua Cõis opi. sentiunt omnes Doct.ibi,& Corne.consulendo consi.104. nu.25.& seq.uol.2. ubi scribit istam esse communem opinioné,unde siquis ageret ad fundum, & fructus perceptos ex eo annis decem,pluribusve transactis non debet petere suum aduersarium condemnari ad ipsos fructus,uerum petere tenetur condemnari ad extimationem, quia non est uerisimile quòd extent,secundum glo.in d.l.1.quæ ad hoc allegatur per omnes Docto.teste Pau.castren. ibi,numero quarto.

OPINIO CXXXIII.

Furans, ac surripiens commestibilia, & cibaria in extrema famis necessitate constitutus, seu subtrahens nuditatis necessitate uestimenta, ut quia infirmus est, & non potest quærere uictum, uel carestia est. excusatur à pœna furti tã in foro poli, quàm fori, dummodo sufficientem non excesserit quantitatem, ut in c. discipulos. de consecra. distin. 5. & in c. si quis, ex. de furt. per Archid. in c. penale. 14. q. 5. & sic tempore necessitatis extremæ licitum est furari, & ista est communis opinio Docto teste Cagnolo, in l. quæ propter necessitatem, nu. 3. 5. 7. & 8. ff. de regu. iuris, & ita tenet etiam Abb. in fin. & Ana. circa fin. in c. 3. de furt. & Ange. in l. 2. §. cum in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iact. Bonifa. de Vitel. in tracta. maleficio. in rub. de furibus, & latronibus, nu. 29. fol. paruo. 90. Couarruuias in regula peccatum de reg. iur. lib. 6. in 2. par. §. 1. fol. paruo. 67. celeberrimus D. Cornelius Benincasius Perusinus, in tracta. de paupertate. q. 7. 1 n. speciali, nu. 20. cum alijs seq. fol. paruo. 105. & Folleri. in pragmatica de censibus, in uer. Nicolaus episcopus, nu. 218. fol. 127. in quibus locis infinitis propè authoritatibus approbant istam sententiam, & fatentur communem esse; & aduerte, quod necessitas extrema, tũc dicitur ubicunque periculum uitæ imminet, cui aliter, quam per istã acceptionem cibariorũ subueniri non potest, ut per Tho. in 2. 2. q. 66. articu. 7. sed iste fur, qui propter ineuitabilem necessitatem aliena subtraxit, licet prædicta licitè surripuerit, tamen si ad pinguiorem fortunam peruenerit restitutionem subtractorum bonorum facere tenetur, secundum Abb. & omnes Canonistas communiter, in c. si quis, ex. de furt. & Cagnolum, in d. l. quæ propter necessitatem, nu. 8. alios quamplures relatos per Couarruuias loco, de quo supra, ubi explicat istam esse communem sententiam. item licet alicui rem alienam furari æquiualentem, quando ré suam occupatam ab aduersario opulenti, & potenti aliter habere non potest, ut est glo. in c. ius gentium. 1. dist. & ita tenet Innocen. in c. olim, el primo, nu. 8. de restitu. spolia. Alex. consi. 135. nu. 1. uol. 1. Fely. in c. quoniam, nu. 13. de simo. & in c. 2. de sponsalib. in fin. Afflict. in constitutio.

Cõis opi.

Cõis opi.

 Neapo.

Neapo.lib. primo.rubr.8. numero trigesimosexto,Marsil. in singu. 177. & in sua practica criminal. in §. constante, numero trigesimosexto, & sequen. & Folleri. in d. loco, numero 216. & Cotta in memoriali, in uersic. dolum bonum, circa fin. ubi tenet quòd creditor potest furtiuè accipere propria authoritate rem sui debitoris, & idem firmat Marsil. in d. §. constante, numero trigesimoseptimo, similiterq; furtum impunè potest committi in bonis meretricis, ut uoluit Marsil. in repeti.l.unicæ.C. de rap.uirgi.numero quadragesimooctauo,& quinquagesimosecundo, nec non ex furto perpetrato per quoscunque tempore,quo luditur in domo,in qua luditur non datur,nec conceditur aliquo modo actio furti, l. prima. §. prætor ait.ff. de aleat.& not. Grammati. decisio. quadragesima, numero sexto,& Folleri. in pragmatica de censibus, in rub. Nicolaus,num.211.fol.127. ubi recitat alios casus,in quibus furtum non est punibile.

OPINIO CXXXIIII.

Furta ita, & taliter leges, & iura abhorrent, ut contra fures actiones ciuiles,ad utilitatem priuatam, & criminales pro bono publico inducere curauerint, & sic aduersus fures ciuiles,& criminales actiones competũt, l. licitatio, §.ꝙ illicitè,ff.de publicia,& l.fin.ff.de furt.& per Dec.consi.520.col.1.siquidem contra fures agitur aliquando petendo pœnã dupli, & aliquando quadrupli.§. dupli,& §. quadrupli, institu. de actio. ideoque si aliquem furem condemnari contigerit ad mortis pœnam uigore capi. regni, incipien. ad hoc quod nostrorum, iudex in eodem iudicio,instantia,& sententia condemnare debet, & tenetur ipsum accusatum de furto ad pœnam mortis, & ad rei furtiuæ restitutionem, ut est cautum, in cap. regni si de furto, & ante d. cap. uoluit gloss. & Barto. in l.interdum, §.qui furem, ff. de furt. & Innocen. in cap. cum oportet, ext. de accusat.aliter iudex ipse teneretur de suo proprio. Caue igitur cum eris iudex in casu isto in iudicando diffiniendoque negocia ne erres, uerum prædicta pœna quadrupli in foro conscientiæ non est permissa, secundum gloss.

gloss. in cap. fraternitatis. duodecima quæstio. secunda, quam singularem esse scripsit Ias. in l. ut uim, numero uigemosecundo, ff. de iusti. & iur. & Matthesila. singu. uigesimotertio, & hinc Bald. in l. post decisionem, C. de furt. dixit quòd fures in foro poli duntaxat ad restitutionem bonorum furto subtractorum tenentur, & ista est cõmunis opinio, teste Gomes. in §. ex maleficijs, numero decimoquarto, institut. de actio. & dato quòd res ista furto subtracta, & iniustè occupata absque culpa furis, seu uiolenti occupatoris perierit, nihilominus fur tenetur ad æstimationem dictæ rei peremptæ, etiam in foro conscientiæ, & animæ, secundum Thoma. 2. 2. quæst. 62. articu. sexto, Syluest. in uersi. furtum, §. 16. glo. Ancha. in quinta oppositio. & Couarruuias, in reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6. ubi in secunda par. §. 6. numero primo, & sequen. fol. paruo. 153. declarat istam opinionem, & explicat cum ea omnes ibi communiter transire. cõis opi.

G

OPINIO CXXXV.

Glosæ opinio communis censetur, & ab ea in iudicando, consulendoque iudices recedere non possunt, secundum Iacob. Butrig. in l. prima. C. qui pro sua iurisdict. & Bald. in l. quanquam, C. de senten. quæ sine cer. quanti. & in l. hæreditas, C. deposi. imò glosa solet esse talis, tantæque præeminentiæ, & authoritatis, ut absque dubio aliquo omnes alias authoritates antecellat, secundum Barto. in l. ut uim, numero octauo, ff. de iusti. & iur. Abbas, in cap. primo, de constitu. Bertran. consil. 115. numero uigesimoquarto, uolumine secundo, Zasi. consil. tertio, numero sexagesimotertio, lib. 2. Ias. nu. 34. Deci. eodem nu. & Claud. Aquen. in lect. 1. nu. 334. in d. l. ut uim: sed hoc non est simpliciter credendum opinionem glosæ fore communem, & sequendam, quia glosæ nihil alleganti fides adhibenda non est, secundum Barto. in l. nemo, C. de sentent. & argumento, l. illam, C. de collatio. eius enim authoritas non est necessaria, sed magistralis, ut per Ioan. Andre. & alios commu-

Cõis opi. communiter,in c.2.de rescript. & opinionem istam quòd doctoris authoritas duntaxat probabilis sit, & non necessaria dicit communem fore, ponitq; pro regula cum ampliatio. & limitatio. Petrus Duennas in regula.66. authoritas doctoris; & hoc uberius, ac cōmodius scripsimus,& docuimus in primo lib. communium opinionum,in uersi. iudex in iudicando non potest recedere,circa fin.

H

OPINIO CXXXVI.

Homicidium deponens,seu confitens commisisse ad sui defensionem,& sic se defendēdo, nisi probet defensionem habetur pro confesso homicidium, debetq; capitaliter puniri,secundum glo.& Panor.in c.cum uenisset,ex. de consti.Bar.in l.Aurelius,§.idem quæsijt,ff. de libe.leg. Bal. & cæteros,in l. 1.C.de confes.Bald. Francis.de Aret.& Alex. in l.decem,ff.de uer.oblig. Io.de Imo.& Roma.in l. 1.§.si quis simpliciter eodem titu. & Boer.post alios innumeros congestos per eum decisio.164.nume. 10.cum alijs seq.ubi exprimit istam esse communem opinionem,& sequitur,& ait in praxi obseruari Areti.in tract.maleficio.in uer.com parent dicti inquisiti,& partim negant.post prin.Contrariam uerò partem tenuerunt Abb. Sicul.in c. auditis, col. fin.& ibi Fely.col.7.de præscrip. Deci in c.cum uenerabilis,colum.11.de excep.Marsil.sing.185.confessio inquisiti Thom.Ferrat. caute.5.Iaffredus decisio.360.dicens,Tiraquel.in tracta.de pœnis temperandis causa.17.nu.7.& seq. Grammat.decisio.5.num.13. & seq.Capicius decisio.155. num.11.Maranta,in tract.iudiciorum,in 6.par.uersi.confessio.num.29.fol.paruo.134.& alij citati per Boerium,in d.decisio.164.num.10. & seq. uidelicet,q̄ si de homicidio aliter non constat in processu, sed reus captus, & inquisitus deponit se patrasse homicidium ad suam defensionem, tunc non punitur quidem pœna mortis,uerum alia mitiori pœna defensione non probata, & prædictam Abb. opinionem Doct. præcitati eam sequentes appellant limitationem,& licet Deci. in d. c. cum uenerabilis, & Boeri.in d.decisio.164.nume.10.cum alijs seq.conentur opinio nes

istas

istas ad ueram consonantiam, & concordiam reducere,& disputando admitti posset huiusmodi concordia opinionum per eorum optimas rationes,iura non leuia,& authoritates omnium Modernorum, nihilominus caue ne incidas in scyllam credens euitare charybdim fretus fortasse opinione ista ultima,quam tanquam periculosam nunquã obseruari uidimus, nam Bald. signanter consuluit consil. 245.dauanti di uoi,uol.2. confitentem delictum,etiam cũ qualitate,puta ꝙ occidit ad sui defensionem, nisi qualitatem probauerit, puniri, in delictis enim præsumitur dolus,l. 1.C.de sicar.& l.1.C. de iniur. & pariter per confessionem factum est notorium,ergo puniri debet maleficiũ, ne delicta impunita remaneant, ideoq; ob hæc noli discedere à præmissa Bar. sententia communi in actu practico, q̃;communẽ fore asseuerant ferè omnes contrariæ opinionis authores in memoratis locis, & Ias. in l. ut uim, ff. de iusti. & iure, numero.13.

OPINIO CXXXVII.

Homicidium commissum à Titio per solas minas emissas contra eum est licitum, nec aliquo modo est punibile, imò excusatur iste homicida, quando huiusmodi persona erat solita uerisimiliter tales minas executioni mandare, aliàs secus,& sic ille,qui ipsi Titio mortem minatur potest in illo actu occidi impunè, nam expectare nõ debet se uulnerari,percuti,aut occidi,ita uoluit Bald.in l. 1.C.quando liceat sine iudi.uindi. Ang.in l.quemadmodum,ff. de inof. testã.Io.de Ana.in c. pen.de homi. Abb. in c.causa matrimonij,ff. de offi deleg.Ang.Areti.in §. ius gentium,instit. de iure naturali gen. & ciui. Cyn in l. 1.C.unde ui,Marsil. in sua practi.crimi.in §.diligenter,nu.87. Ias. in l. ut uim, num.14.ff. de iusti.& iur.ubi scribit istam esse communem opinionem,quam sequitur quoque Petrus Duennas in regula.192.num.4. post alios innumeros relatos per eum,& Corset.in sing.in uer.metus,ubi testatur etiam de communi, & declarat eam procedere solummodo de iure ciuili, non autem de iure canonico, & diuino, meliusq;, apertius, & latius interpretatur, & audacter communem fore exprimit

Cõis opi.

exprimit Petrus Duennas, in d. reg. 192. nume. 4. & Io. de Amicis consi. 116. nume. 4. & sequen.

OPINIO CXXXVIII.

Homicidium commissum esse præsumitur ex eo solũmodo, ꝙ quis dixerit summam uindictam de te, & præsertim hoc procedit, si is solitus erat minas executioni mandare, & sic præsumptio hæc sufficeret ad imponendam pœnam ordinariam, ubicunque ille cui minatus fuerat interfectus, occisusque reperiretur, secundum Imo. cum alijs relatis per eum, in l. fin. numero decimo. ff. de hæredi. instituti. ubi firmat istam communem opinionem fore. contrariam uerò partem uidelicet, ut huiusmodi præsumptio, seu probatio non sufficiat ad imponendam pœnam ordinariam homicidij sequitur, atque ait communiter teneri Anania, in cap. primo, numero septimo, de maledicis, & Docto. omnes, in l. prima. C. de his, qui. ut indignis, & cum hac opinione tanquam ueriori, atque mitiori libenter concurrimus, est bene uerum quòd præmissum indicium, & præsumptio ad torturam sufficeret in præsenti casu, secundum eundem Ananiam, ubi supra testantem hanc sententiam communiter receptam esse.

Cõis opi. Cõis opi. Cõis opi

I

OPINIO CXXXIX.

Impedimentum, ac casus fortuitus probari debet solo iuramento, concurrente optima qualitate personæ iurantis, arbitrio iudicis, ut uoluerunt Specu. in titu. de appella. §. nunc, uersi. quis ergo, Anto. Imo. & reliqui omnes, in c. querelam de procura. Bart. Pau. castren. Ias. numero primo, & seq. in l. quod diximus, ff. si quis cautionibus, ubi uocat istam sententiam communem esse, quam sequitur etiam, & citat Marcus Anto. Baueri. in tracta. de uirtute iuramenti. decisione quinquagesimatertia, in limitatione quarta.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CXL.

Impubes ante legitimã ętatem etiã si solemniter religionẽ profiteat̃, professio est nulla, c. 1. de regu. in 6. & p̃sertim procedit hoc quoq; si puer ẽt discretus foret, ac doli omnino capax, secundum glo. communiter approbatam, in c. postulasti, de regu. quam sequitur Abb. in c. significatum, eod. titu. idemq; notat Cardi. in clemen. fin. de æta. & qualita. quæst. 3. Abbas, in c. attestationes, de despon. impube. Syluestr. in uer. religio. 2. q. 12. & in uer. religio. 3. q. 2. Caietan. in sum. in materia uoti. §. ex parte autem uouentis. in uer. imperfectio autem ætatis. Cõis opi.

OPINIO CXLI.

Iniuriam, ac uiolentiam remittens simpliciter in instrumento pacis, seu remissionis iniuriæ non censetur damna, & interesse remittere, & sic in remissione ista simplici iniuriarum, uel mortis non uenit aliquo pacto remissio interesse pecuniarium, secundum gloss. in §. fin. institu de iniur. Dy. in l. si unus, §. si ante, ff. de iniur. Bar. Bald. & Ang in l. si tibi, §. quædam, ff. de pac. Boeri. decisio. 52. num. 6. & Io. de Amicis consi. 88. nu. 14. ubi scribit istam esse communem opinionem; unde cautè agere discat homicida, aut delinquens ut in instrumento pacis expresse, & specificè remittatur sibi interesse, & damna, aliàs nihil agit, nec remissa intelliguntur damna prædicta, secundum Bal. in d. §. quædam, & refert Io. de Amicis, in d. consi. 88. nu. 14. Cõis opi.

OPINIO CXLII.

Ingratitudinẽ licet committat ille, cui est beneficiũ collatum, in personam prælati conferentis ipsum beneficium, non posset prælatus ea ex causa collationem reuocare, ut voluerunt Io. And. & oẽs cõiter, teste Abb. in c fi. nu. 9. de donatio. siquidem collatio beneficij non potest dici donatio, ex quo prælatus illam fecit potius ex necessitate officij, quàm ex liberalitate, & istam opinionem ait communem quoque Ripa, in l. fin. num. 158. & sequen. C. de reuocan. donatio. Cõis opi.

OPINIO CXLIII.

Inimicitia capitalis ſola,ſimplex, & de per ſe, tanquam remota, ac remotiſſima à facto non facit indicium ad torturam,ſecundum Bal.in c.literas,de præſumptio. & conſi. 403.quidam fuit,in prin.uol.3.Ray. & Io. de Imo. in l.fin. ff.de hæredi.inſtitu.Gandi.in tracta. maleficio. in rubr.de quæſtionibus,in uerſ. quæ debeant præcedere quæſtiones, Ang.in d.tract.maleficio.in uer. fama publica,col.7.& 12. & ibi Auguſti.in additio. Io.de Amicis conſulendo conſi. 51.nu.6.& ſeq.Marſi.in practi. crimi.in §.diligenter,num. 69.cum tribus alijs ſeq.& in l.1.§.præterea, nu.24.& ſeq. ff.de quæſtio. & Grammati. in uoto.30. nu.20.& in uoto. 34.nu.1.& 7. & in conſi. crimi.3.nu.5.& 16.in quibus locis meminit iſtorum opinionem eſſe magis communem. in contrariam uerò partem inclinauerunt Ang. in l. fin.ff. de quæſtio.Specu.& Io.And. in add. in titu.de præſumpt. in §.ſpecies,uerſ. ſed pone,Rom.in l. 1.§.hoc reſcriptum, ff.ad Sylla. & Calcan. conſil.62. in Chriſti Saluatoris, & Marcus Ant.in tract.de indici. num.177. ubi firmat iſtam eſſe communem ſententiam,uidelicet,quòd ſiquis reperiretur occiſus in aliquo loco, & haberet Titium inimicum ibi,præſumeretur tunc ab ipſo inimico interfectus,& poſſet torqueri ſine alijs indicijs; ſed prima opinio uidetur magis communis,æqua,rationabilis,& uera,imo Auguſti. in d.add.Ang. pietate, optimiſq; rationibus ductus protulit magnum uerbum q͂ ob inimicitiam duntaxat capitalẽ præcedentem nunquam aliquem ad torturam poneret, & Marſi.in d.§.diligenter,& in d.§. præterea retulit opinionem Ange Specu.& ſequacium eſſe iniquam, & periculoſam,prout eſt fatua,diuinatiua,& periculoſa nimis in hoc, & in alio ſeculo iudicio meo,& probat fortiſſimis argumẽtis Marſi. in præcitatis locis, quibus nulla adaptari poteſt reſponſio, unde habendo ipſe ueritatem ante oculos amplector totis uiribus opinionem Bald. & communem, ne redditurus eſſem rationẽ in die iudicij uniuerſalis de ponendo manum cum maxima,irretractabili,& irreparabili iactura aliena in re ſic alta, profunda,& dubia, quæ ſoli Deo clareſcit.

cõis opi. — Cõis op.

OPI-

OPINIO CXLIIII.

Instrumenta antiqua inter alios scripta, seu confecta, in quibus fit mentio aliquem locum esse de iurisdictione, dio cesi, territorio, uel districtu plene probant, non solum cõfinia antiqua, sed etiam dominium, & possessionem rerum particularium, secundum glo. in c. si Papa, in uer. prolata, de priuileg. in 6. Abb. in c. super eodem, nu. 3. de paro. glo. & Abb. in c. cum olim, in uer. instrumenta, de censi. & in c. cum causam, & ibi Fely. & Deci. de proba. Bal. Salyc. Alex. & Ias. nu. 4. in l. cum aliquis, C. de iure delibe. Barba. consi. 6. col. 5. uol. 2. & in c. ex literis, in fin. de proba. Guid. Pap. consi. 88. nu. 2. Corne. consi. 333. nu. 9. uol. 1. Ias. consil. 81. nu. 2. & consi. 114. nu. 5. uol. 1. Soci. consi. 65. nu. 7. & consi. 86. & 166. uol. 1. Deci. consi. 42 num. 7. & seq. & consi. 428. nu. 4. & seq. Pari. de Puteo, in c. quia in materia de fini. feu. Crauet. consi. 54. nu. 11. & in tract. de antiqui. tempo. in 1. par. in prin. nu. 71. & 74. Parisi. consil. 104. nu. 23. cum alijs seq. uol. 1. & istam opinionem explicant esse communem Laurentius Syluanus consi. 57. num. 9. & seq. & plerique ex memoratis Doct. quam limitat, & declarat in aliquibus casibus non procedere Crauet. in tract. de antiquita tempo. in d. 1. par. nu. 74. cum alijs seq sed aduertendum est, quòd instrumenta antiqua dicuntur à quorum receptione cucurrerunt centum anni, ut habetur per Bertran. consi. 159. in fin. & consi. 171. nume. 8. uol. 2. cum alijs latè citatis per Laurentium Syluanum, in d. consil. 57. nu. 10. & seq. ubi asserit contrarium q tempus quadraginta annorum dicitur antiquum, ubi citat alios eiusdem sententiæ. item aduertendum est, q regulariter instruméta publica inter partes ipsas, inter quas conficiuntur probant, & sic ad earum preiudicium tantum inducunt plenam probationem, secundum glo. in d. l. cum aliquis, quam sequuntur omnes Doct. ibi, & præsertim Ias. numero quarto, ubi recitat istam esse communem opinionem, & sequitur Guido Pap. quæstio. 193. & Barba. in d. cap. ex literis, numero trigesimonono, post medium.

Cõis opi. [margin, beside "explicant esse communem"]

Cõis opi. [margin, beside "communem opinionem"]

OPI-

OPINIO CXLV.

Inſtrumentum in iudicio producens abſque indictione, ac conſule,uel abſque alijs ſimilibus ſolemnitatibus,& ſic non ſolemne cenſetur illud, ac omnia in eodem contenta ex huiuſmodi productione approbare,atq; confiteri, quo-ad fidem probatoriam,ut contra ipſum producentem fidé faciat,ſecundum Bal.in l.alia,col.2.C.de his quibus,ut indig.Ang.conſi.132.col.2.Alex.conſi.184.col.2.uol.7.Fely.col.7.& Deci.nu.90.& 95.cum alijs relatis per eum,in c.uenerabilis,de exceptio.& Crauet.in tract.de antiquita.
Cõis opi. tempo.in 1.par.nu.118. ubi oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionem, atque refert Docto. tranſeuntes cum contraria parte. & adeo inſtrumentum producens illud approbare céſetur quód minime releuat proteſtatio ſi aſſeueret ſe illud producere in parte, & partibus pro ipſo producente facientibus tantum,& non aliter, nec alio modo, & maximè quando aduerſarius huiuſmodi proteſtationi non conſenſerit, & ideo poteſt ex eo condemnari, ſecundum Innoc.in c.cum olim,ex.de cenſi. Bar. in l.poſt legatum,colum.2.ff.de his qui.ut indi.Bal.in l.1.C.ut quæ deſunt aduo. Ferrarien.in ſua practi. papienſi, in for. productio.inſtrumen.§.in illis,nu.1.& ſeq.fol.par.135.Iaffredum deciſio.408.& ſi pars dicat,Deci. in d.c.cum uenerabilis,nu.99.& ſeq.Craue.in d.1.par. ſui tract.de antiquita. tempo.nu.138.& ſeq.Nattam conſi.31.num.3. & Ruinum conſulendo conſi.136.nu.4.uol.4.hocq; non ita generaliter,atque ſimpliciter intelligendum eſt in omnibus,inſtrumentis, uerum in eis duntaxat, quæ ſunt communia, ſeu quæ pars producere tenetur,puta,quoniam in libello actoris narrata fuere,ita Alex. in d.l.1. col.4.C. ut quæ deſunt aduo.& conſi.124.circa fin.uol.7.in contrariam uerò partem uidelicet,q huiuſmodi inſtrumentu quantumuis proprium produci poſſit in parte,ac pro parte reprobari inclinauit Fely.in d.c.uenerabilis,col.5.& in c.imputari,in fin. de fide inſtru.cum alijs citatis per eum, ubi cócludit iſtam
Cõis opi. communem ſentétiam fore, & præſupponit Ruinus etiam in d. conſi. 136.nu.4. & refert Crauet. in d.1.par.tracta.de antiquita.tempo.nu.146.

OPI-

OPINIO CXLVI.

Instrumentum,,seu scripturam minus solemnem etiam continentem capitula separata reus contra quem producitur potest eam acceptare in parte,& in parte non,secundum Bart. in l.quædam §.nummularios, sub nume, 2.ff.de eden.Ang.consi.304.Roma.cons.346.colum.1. Geminia. consi.9. in fin. uolumi.secundo,Guido.Papæ decisio.503. pone ego sum,nume. secundo,& Crauet. cum alijs citatis per eum,in tractatu de antiquita. tempo.in 1. par.nu.134. ubi concludit istam ueriorem, communemq; opinionem fore,atque limitat in tribus casibus. Cõis opi.

OPINIO CXLVII.

Instrumenta de nouo reperta possunt produci post conclusionem in causa,atque post citatos litigantes ad audiendam sententiam, præcipueq; si productor iuraret ea nouissimè reperta extitisse, nec prius ea in ipsius cognitioné uenisse,facta tamen diligenti perquisitione,secũdum Bart. nume.3.Bal.in lectura antiqua,Ang.Fulgo.Ias.in repe.nu. 58.Caccialupum,col.20. Curti. nu.67.Purpura.nu.8.in l. admonendi,ff.de iureiu.Abb.& Imo.in c. cum dilectus,de fide instru.Matthesila.notabi.57.Felyn.in c.pastoralis,nu. 9.de excep.& Ripam,in d.l.admonendi, num.48. ubi istorum opinionem communem esse perhibet,& communem pariter ostendit,& in practica obseruari inibi Curt.& Lãfran. in c.quoniam contra,cap.9.de instrumen.productione,nu.36.de probatio.& sequitur etiam,ac de iure procedere pluribus manifestat Roderi. Suares, in allegatione quinta,& ita obseruatur in regno Neapolitano, ut instrumenta quandocunque etiam post conclusionem produci, & recipi possint,teste Annibale Cauense in scholijs ad ritus magnæ curiæ uicariæ in ritu exordiente item quòd in quacunque causa ciuili,quæ in dictis curijs. & Maranta,in tracta. iudiciorum,in 6. par.in 8. actu de instrumentorum productione,nu.27.fol.paruo.137. Cõis opi.

OPINIO CXLVIII.

Instrumentum publicum productum de longinquis, ac ualde remotis partibus in aliquo iudicio si negetur illud esse à notario confectum, seu negetur eum qui confecit esse notarium, tunc illi instrumento standum non est, & sic aduersario præsente, & contradicente huiusmodi instrumentum nullam fidem facit pro ipso producente, secundũ Specu. & Ioan. And. in add. ibi, in §. restat, in titu. de instru. edi. uers. quid si produxit Cy. Bal. col. pen. & Saly. col. pen. in l. comparationes, C. de fide instru. Lanfran. in c. quoniã contra, cap. 9. de instru. productione, sub nu. 14. de probatio. Deci. cum alijs copiosè deductis per eum, in c. si scripturam, nu. 52. de fide instrumen. vbi scribit istam esse communem opinionem, & Boeri. etiam decisio. 36. num. 10. & refert Marsil. in l. si quis ne quæstio, nu. 138. ff. de quæstio. Licet ipse ibi contrarium asseueret. Sed tale instrumẽtum indubitanter, ac plenè probaret ubicunque productor ipse portaret secum literas testimoniales habentes sigillum, & alia requisita, & confectas per officialem regentem ciuitatem, uel per ciuitatem ipsam, & facientes mentionem, ac fidem de tabellionatu, moribus, & uita illius notarij, qui confecit tale instrumẽtum, & hoc modo dabitur plena fides ipsi instrumento producto de partibus remotis, secundum Bald. col. pen. & Ang. in d. l. comparationes, Cagnolũ cum alijs relatis per eum, in l. si librarius, nu. 57. ff. de regu. iuris, Ancha. & Fely. col. 6. in d. c. si scripturam, & ibi etiam Deci. nu. 52. & seq. ubi refert opinionem istorum obseruari in practica, atque in toto orbe similiter obseruari attestatur Marsil. in d. l. si quis ne quæstio. nu. 144. & obseruatur etiam in Regno Neapo. teste Afflicto, in constitutio. instrumentorum robur, q. 9. ob ritum magnæ curiæ uicarię inchoantem item seruat dicta curia quòd instrumentis confectis extra regnum non creditur, ubi de hac eadem obseruantia in regno facit mentionem Annibal Cauensis in suis scholijs. Cæterum ubi productor huiusmodi instrumenti in partibus longinquis celebrati careret literis testimonialibus officialium loci, ubi confectum est ipsum instrumentum, tunc posset docere per testes idoneos de tabellionatu

(margin: Cõis opi.)

bellionatu ipsius notarij,& instrumentum,probato tabellionatu notarij prædicti faceret plenam fidem,aliàs secus, ut uoluit copiosè, & doctè sacrum regium concilium Neapolitanum,teste Afflicto,in decisio.251.per totam.

OPINIO CXLIX.

Iudæus coiens cum christiana sine matrimonio,non vi, nec stupro,nec adulterio, habensq; carnalem copulam cũ ea non pœna mortis,sed alia arbitraria, & sic extraordinaria punitur,secundum Oldra.qui ita consuluit consi.333. & sequitur Barba.consi.63.col.pen. uol.4. Deci.in c.1.nu. 61.in prima lectu.de constitu.& in c.consuluit,il 3.nu.13. de appellatio. Alex.consi.99.uisa,uol.6.Marsil.consi.101, Pau.Grilan.in tracta.de pœnis omnifariam coitus illiciti, q.12.nu.6.& seq.& Boeri.decisio.116.num.5.ubi meminit istam esse communem opinionem,& Couarruuias cũ alijs relatis per eum in epito.de matrimonio,in 2.par.c.7.§.11. sub nu 3.fol paruo. 112. quæ communis absq; dubio procederet quidem secundum antesignatos Docto.si christiana, cũ qua fornicaria copula habita fuerat, erat meretrix, quoniam tunc iudæus puniendus ueniret pœna extraordinaria arbitrio iudicis,& ita consuluerunt per optimas rationes , ac non spernenda fundamenta Petrus de Vbaldis Perusinus consil. 29. factum sic proponitur,Honofrius de Perusio consi.38. circa hoc dubium,& Franciscus de Placentia consi.84.in Christi nomine amen,quæ consilia reperiuntur inter consilia criminalia diuersorum , collecta per Io Bapti.Zilettum,in 1,uolu.& alij consulentes relati per Grilandum ubi supra , & ita uoluit quoque Marquardus de Susannis,in tract. de iudęis, & infidelibus,in 2. par. c.3.nu.2. cum alijs seq. ubi plenius per distinctionẽ,quàm alius quem hucusque uiderim resoluit quæstionem præmissam . imò in fortioribus terminis consuluit Alex. in d. consi.99.iudęum adulterium committentem cum christiana meretrice non fore adulterij pœna puniendum. Cõis opi.

OPINIO CL.

Iudæi habent filios in potestate , & sic filij eorum sunt in potestate parentum, secundum Bal. in l.item qui in potestate,

testate,ff.de his qui sunt sui,uel alie.iu. Doct. omnes,in c. 2.de conuersi.infide.Cardi.in clem.1. in fin.de iudi.Alex. in l.multum interest,ff.de uerb.oblig.in consi.99.nume.6. uol.6.& consi.13.nume.2. uol.7. ubi citat istam esse magis communem opinionem,& Parisi.consi.2.uolu.4.& sequitur Abb.in c.fin.de conuersi.infid.Fely.in c.iudęi, il secondo,col.fin.de iudæ.Deci.in c.consuluit,in 2.nota.de appella.& Cotta in memoriali,in uer.usuræ trientes,ante fin. & quamuis contrarium asseuerauerit Afflict.decisio.151.nu. 4.& 9.ob hoc igitur nouissimè Rodericus Suares in suis allegationibus,in l.9.titu.de los pleytos,nu.7.& seq.& Ioan. Bapt.Bouius,in tract.de statut.urb.præscr.in tit.cont. om. cred.glo.19.nu.55.& seq.Marquardus de Susannis,in tracta.de iudæis,& infidelibus in 3.par.cap.4.num 9.& seq.& dicit eam audacter communiorem, & ueriorem, respondetq; contrarijs omnibus,prout ante eum fecit Alex.consi.71.col.2.uol.2.& de hoc non est mirandum, quia ipsi iudæi communi iure Romano utuntur,tex. est in l.iudæi,C. de iudæis, & ita consuluit Corne.post Fulgo. & Alex.cõsi. 114.col.fin.uolumi.1.& ponit Ias. in l.si insulam 3.nota.ff. de uerborum obligatio. & Felyn. in cap. primo, colum. duodecima, de constitu.

Cõis opi.

OPINIO CLI.

Iudæorum filij infantes,uel paruuli non possunt inuitis parentibus cogi ad fidem suscipiendam, & sic ad baptismum ipsum,secundum glo in c.iudæorum.28. q.1. Cardi. in clemen. 1.in fin. de iudæ.Io.Andre.Abb.Io. de Ana.Felyn.& omnes,in c.sicut,eod.titu.de iudæ.& Calderi. consi.3. in titu.de iudæ. quorum opinionem scribit esse magis communem Parisi.consi.2.uol.4.col.4.& seq. In contrariam uerò partem inclinauerunt Io. Andre. in d.c.sicut,& Afflict. decisio. 151. post alios Canonistas, & Theologos relatos ibi per eum, scilicet, quòd filij paruuli iudæorum ad baptizandum auferri possunt absque patris consensu dummodo hoc fiat pro saluandis pueris ipsis, non autem fiat pro compellendis parentibus eorum ad fidem, sed de opinione ista nonnihil dubitauit Abb. in d. c. sicut, prout

Cõis opi.

per

per rationes citatas per eum, & per alios tenentes communem dubitari contingit; ideo, ne te decipiant sequentes istam partem ultimam noli discedere in consulendo, & iudicando à communi præmissa, quam non leuibus fundamentis sequitur etiam Marquardus de Susannis, in tracta. de iudæis, & infidelibus, in tertia parte, cap. secundo, numero sexto, & dicit ueriorem, & magis communem, plurimumque declarat.

OPINIO CLII.

Pœnæ capitis appellatione in dubio de pœna mortis non intelligitur, & sic si iudex asséreret in sententia diffinitiua condemnatoria Titium condemnamus in pœna capitis, seu pœna capitali non ueniret plectendus pœna mortis iste reus, sed alia mitiori, ac minori pœna, & per consequens exilij perpetui, quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur, secundum gloss. in l. unica, C. de christi. mancip. post Azonem ibi in summa, quam glo. dicit singularem Imol. in l. 2. col. 3. ff. de publi. iudic. Ias. in l. transigere, C. de transactio. numero nono, Anani. & Fely. in cap. qualiter, il secondo. §. licet, numero quinquagesimosecundo, de accusatio. & Marsil. cum alijs signatis per eum, in practica crimina. §. oportunè, numero quadragesimo, ubi præsupponit istam esse communem opinionem, & admonet iudices, quòd in sententijs capitalibus ultimi supplicij proferendis apponantur illa uerba, scilicet, quòd taliter moriatur, & anima separetur à corpore. iudex Cōis opi.

OPINIO CLIII.

Ius patronatus præscribi potest aduersus patronū quadraginta annorum curriculo, secundum Federicum de Senis consilio 234. in secundo dubio, Ioan. Andre. in cap. querelam de electio. Deci. consil. 134. & nonnullos alios Docto. congestos per Rochum Curti in tracta. de iurepatrona. in uersicu. ipse, uel is à quo. quæstio. 36. Pau. de Citadinis, in tract. de iurepatrona. in 3. par. in 5. causa acqui-

rendi ius patronatus, in q. 1. & per Balbum, in tracta. præscriptionum, in 9.q. 1.par.prin.præcipueq; in secunda con-
Cōis opi. clusione, in quibus locis sequuntur opinionem hanc, atq; profitentur eam esse magis communem, ac magis ueram, & Ripa quoque in lib.2.de legibus, cap.2.nu.13. & ius patronatus hoc acquiritur etiam populo ex præscriptione, ut uoluit Io. And. in d.c querelam, cuius sententiam auda-
Cōis opi. cter affirmat obseruari in practica ibi Abb.imò Deci.in c. cum uenerabilis, de exceptio. nume. 140. ait communem fore.

L

OPINIO CLIIII.

Legatum est accessorium testamenti, non autem pars, secundum gloss. in rubr.ff.de leg.1.cum qua sentiunt Cyn.
cōis opi. Alex.Soci.nu.6.Ias.nu.4.& seq. Ripa, nu.6. cæteriq; communiter ibi, ut meminit D. Pontanus Perusinus inibi, nu. 6.unde cautè loquuta est, d.glo.secundum præcitatos Docto. non appellans legata partem testamentorum, sed accessorium quid ad testamenta; quippè, cum testamentum possit absque legatis ualere, ut l.1.§. qui neque legaturus, ff.de hæred.institu. sequitur ergo, quòd non est pars, l.malum, ff.de uerb.sig.

OPINIO CLV.

Legatum alicui factum de re alteri obligata etiam pro æquiualente quantitate ualet, & tenet, atque hæres illam luere tenetur, etiam si testator rem obligatam fore ignorasset, secundum glo. in l.prædia, C. de fideicommiss. & in §.sed si rem institu. de lega. Alex & Ias.cum alijs quamplurimis signatis per eos, in l.si res obligata, nu.13.ff.de leg.1. ubi præsupponūt istam opinionem communem esse. Contrarium uero asseruere Pau.castren.Fulg.& Ias.in d.l. prędia, Negusantius de Fano, in tractat. de pignoribus par.3.
Cōis op. princip. primo membro, sub numero uigesimonono, & ista est communis opinio, secundum Soci.in l.1.§. per seruum corporaliter, numero secundo, ff. de acquir.poss. sed prima opinio glosæ uerior, communiorq; apparet, atque eam in actu practico sequendam fore suademus.

OPI-

OPINIO CLVI.

Legatum uxori per maritum relictum sub conditione si castè, honesteq; uixerit post eius mortem per secundas nuptias non ammittit legatum ipsum, nec eo priuatur aliquo modo, secundum Bar. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. cuius opinionem communem esse appellat Claudius ibi, & sequitur Euerardus in topicis, col. 543. in contrariam uerò partem quòd uxor priuetur legato præmisso, si post morté mariti nupserit inclinauit magna cohors scribentiũ, & eorum opinioné communem esse constat, teste Io. Dilecto, in tract. de arte testandi, titu. 5. caut. 39. num. 4. & Bermon. de publicis concubi. col. 193. sed ne erres, sciasq; quid consulendum, iudicãdumve sit casu eueniente super præsenti conflictu opinionum inhæreas distinctioni in hoc traditę per Ias. in l. fin. C. de iudic. uiduitate, & per Alex. & Ang. in d. §. cum proponeretur. Cõis opi. cõis opi.

OPINIO CLVII.

Legitima ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis, cum hæc bona uigore primogenituræ acquisita, ac obtenta primogenitus habet præcipua, nec recognoscit aliter ab hæreditate patris, nec ab ea proueniunt aliquo modo, secundum Tiraquel. cum alijs citatis per eum, in tracta. primogenitorum, q. 5. & 55. & ista est communis opinio, teste Parisi. consi. 17. nu. 30. uol. 2. & hinc est, quòd minimè conferendum est alijs fratribus illud, quod ad primogenitum iure primogenituræ peruenit, ut uoluit Bal. in repeti. l. cunctos populos, col. 8. C. de sum. trini. & fide catho. quia hoc proprium lucrum esse apparet, ut per eum ibi, & in auth. ex testamento, col. fin. C. de collatio. & refert, atque ex alijs comprobat Tiraquel. in d. tract. primogeni. quæstio. 51. Cõis opi.

OPINIO CLVIII.

Legitimatus ab Imperatore in feudis succedere potest si ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit, & sic ipse legitimatus ad effectum succedendi in feudo, huiusmodi

legitimatio facta per Imperatorem, ualida erit, eritq; capax in successione ipsius feudi, secundum gloss. Bald. Iaco. Aluaro. Cardi. Mediolanen. & cæteros communiter, in c. naturales, in titu. si de feu. fuerit controuer. Bald. in l. eam quàm, C. de fideicomm. Io. And. in c. lator, ex. qui filij sint legi. & Soci. consi. 3. col. 3. uolu. 3. Clarus cum alijs congestis per eum, in tract. de feud. quæst. 82. & Curti. seni. consi. 65. nume. 1. in quibus locis ostendunt istorum opinionem communem fore. & ipse Curti. ibi, sub nu. 15. consulendo eam limitat, atque declarat, & Clarus etiam in d. q. 82. uer. & hæc quidem. imò secundum scriben. communiter, in d. c. naturales sufficeret expressio in legitimatione ipsa, uidelicet, quòd tales filij in feudis succederent, licet minimè exprimeretur ad talia, & talia feuda; sed hoc non procederet ubicunque essemus in maximis dignitatibus, tunc quippè in eis legitimati non succederent, nisi specialis mentio facta extitisset, ut uoluit Martinus Laudensis, in c. 1. de natura feud. & Bal. in d. l. eam quàm.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CLIX.

Legitimatio filij naturalis, quæ impetratur uiuente patre, optimè expeditur absque alicuius citatione, præsertimq; accedente ipsius patris consensu, quoniam potest liberè pater bona propria distribuere, ideo iniuriam nulli facit, si proprium filium consentiat à principe legitimum fieri, secundum Barto. & cæteros omnes, in l. Gallus. §. & quid si tantum. in fin. ff. de lib. & posth. Bal. in l. 1. col. pen. C. de inoffi. dona. & consi. 56. uol. 1. Ang consi. 84. Ancha. consi. 406. & in c. 1. de succes. ab intest. Io. And. Ant. Cald. Card. Abb. & omnes, in c. per uenerabilem, ex. qui filij sint legit. Federi. de Sen. consi. 57 Dec. consi. 338. colum. fin. & opinionem istorum ostendit communem esse idem Deci. consi. 55. col. 1. & 3. & consi. 367. col. fin. Boer. decisio. 121. Tiraq. in l. si unquam, in uer. susceperit, nu. 53. C. de reuocan. donatio. & copiosius post alios relatos per eum, in tract. res inter alios acta sub secunda limitatione, fol. par. 510. quæ quidem sententia communis procedit, etiam, si filius legitimus efficeretur quoad feuda in præiudicium agnatorum, ut consulendo respondit Albert. Brunus consi. primo

Cōis opi.

primo cum alijs Docto. qui se subscripserunt dicto consilio.

OPINIO CLX.

Legitimatus absque præiudicio proximorum, legitimorumq; hæredum nihil penitus petere potest, nisi aliquid ei in testamento relictum foret, & sic ab intestato succedere nequiret in præiudicium ab intestato uenientium uigore clausulæ sine præiudicio uenientium ab intestato appositę in legitimatione, secundum Bald. consi. 173. in fin. uolu. 1. Ancha. consi. 242. col. 2. Pau. castren. consi. 222. in fin. Cuma. consi. 98. Fulgo. consi. 16. & Deci. cum alijs compluribus signatis per eum consi. 393. nume. 1. ubi ostendit istam communem opinionem esse, cui quidem inhæret quoque consulendo doctissimè per plures rationes Iacobus Mandellus consi. 7. nume. 1. cum alijs sequen. ubi pariter præsupponit istorum sententiam communem fore. Cõis opi.

OPINIO CLXI.

Lis inchoata coram ordinario non transfertur ad rationalem Cæsaris si fiscus litigatori successerit, & sic instãtia cepta cum defuncto nõ transit aliquo modo in fiscum, quia fiscus ipse habet iudices proprios, l. si constante. §. fin. ff. solu. matri. per quem textum ita firmauere Bar. ibi, Ant. Abb. & cæteri, præsertimq; Barba. nu. 44. & 51. & Deci. nu. 29. 32. & sequen. in cap. quia. de iudic. ubi existimat istam communem opinionem fore. Contrarium uerò sensere, Cõis uidelicet, quòd in ius rei conuenti post litem contestatam opi. succedens fiscus causa ipsa finienda sit coram Cæsaris rationali, non autem coram alio iudice ordinario cepti iudicij Iac. de Are. & Bal. in d. l. si constante. §. fin. Io. de Im. in l. si cum hominem, ff. de fideiuss. & Curti. iun. in l. hæres absens, ff. de iudic. nume. 2. ubi firmat istorum sententiam communem esse; tamen prima pars communior, ueriorq; apparet, & secundum eam tutè, ac optimo quidem iure suadente iudicari per doctissimos, grauissimosq; uiros uidimus.

OPI-

OPINIO CLXII.

Locare potest operas suas liber homo in perpetuum, secundum glo.Bar.Saly.& cæteros omnes, in l.antiquitas, C.de usufru. Specu.in titu. de locato.§.postquam,uersicu. quid si locaui.Imo. in c.2.ex.de pignori. Bart.in l.stipulationes non diuiduntur,q.8.ff.de uerb. obliga.& Ripam,in l.obligatione generali, nu. 10. & seq.ff.de pignoribus, ubi explicat istam opinionem esse communem, approbat, declarat,& ampliat. In contrariam uerò partem inclinauit glo.in l.post certi. C.de lib.cau. Dyn.in l.Titio centum,§. 2.ff.de condi.& demon. & Laurentius Syluanus consil.34. nu.11.sed ego ueritatis memor sequor primam sentētiam communem,tanquam uerissimam.

Cõis opi.

OPINIO CLXIII.

Ludum inter alia crimina, ac delicta connumerat, text. in §.illud uerò in procemio ffvrum,& Grammati. decisio. 11.nu.6. & qui ludi hodie liciti, permissiq; sint legibus secularibus, & itidem, qui prohibiti reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur constat, in l. 1.ff. de aleæ usu, & aleat.& in auth.alearum usus,C.de relig.& sumpt.fune.& in c inter dilectos de excessi.prælat.ibi glo.& Abb.nu.8.& ipsemet,in c. clerici,il secondo,de uita,& honest.clerico. & ponit omnes ferè ludos apertissimè tam licitos, quàm prohibitos,ac eorum pœnas Marcus Ant.Blancus,in practi.crimi.in rub. seu titu.ludo etiam committitur homicidiũ,nu.1.cum alijs seq.in regno uerò Neap.ludentes continuò ad taxillos,& ad aleas inter personas infames habētur,& à testimonio repelluntur,& ad aliquod officium publicum minimè admittuntur, ut in constitutione mores dissolutè iuuentium,ubi And. de Isernia,dicit quòd doctores ludentes ad dados sunt infames, quæ constitutio maxime fuit condita ob aduocatos, & doctores, qui propterea ab eorum officijs amouentur, nam turpis uita agitur propter ludum, secundum Hostien. in titu. de excess. prælat. imò in regno ipso officiales, & iudices omnes, ut primum eorum officium assumunt in locis destinatis emittunt bana,

na,ac proclāma,ut ludere nullus audeat ad taxillos,ſeu ad alium ludum ſub determinata pœna, cum hoc in republica christiana ſit maxima pernicies, & tunc uigore dictæ admonitionis publicè factæ eadem pœna puniuntur inſpicientes ludere, ſeu commorantes cum ludentibus ſicuti ludentes ipſi,ut uoluit Bal.per illum text. in auth.interdicimus,in prin.C.epiſco.& cleri. quem ſequitur Bertachi. in ſuo reperto.in uerſi.iurans,col.1. & licet Marſil.ſing.552. ſæpius in ciuitate noſtra.non auſus fuerit hoc firmare, nihilominus ipſe opinionem Bal. tanquam ueriſſimam amplector,& in regno efficiuntur infames,non ſolum ludentes,ſed tenentes etiam aleas,& taxillos,& alijs accommodantes ad ludendum,ut habetur in d.conſtitutione mores diſſolutè uiuentium ; ſed omiſſis his deſcendo in præſentiarum ad utiliora,frequentioraq; in practica, & pono hic quòd qnæſita ex ludo in foro poli,& conſcientiæ neceſſariò non ſunt reſtituenda ante iudicis condemnationem, ſecundum Thom.de Aquino,in 2. 2.q.32. articu.7. ad ſecundum, & ibi Caietanus Io. Maior.in 4.ſententiarum diſtin.15.q. 13.& Palludanus ibi.q.3.articu.5. gloſſ.in pragmat.ſanct.titu.de ſpectaculis,in uerſi. ludibria, & Adrian. in 4.ſententia. tract.& in c. quia in ſuperioribus,de reſtitu. & Io.Medina,de reſtit. q.22. & Canoniſtæ admittunt hoc omnes communiter,in c.pen. de uita,& honeſta. clerico. & ſic opinio iſta approbatur communiter à Theologis, & Canoniſtis ; imò conſuetudine quamuis ludus licitus fieri nequeat propter blaſphemias,fraudes, & tot mala, & inconuenientia, quæ ex eo oriuntur, tamen conſuetudo ipſa excuſare poteſt uictores ad reſtituendum bona ludo quæſita,& per conſequens,ut non teneantur ad reſtitutionem faciendam prædictorum, nec ad ſoluendum pœnam in lege ſtatuta occaſione ludi, ſecundum Thom. de Aqui. in d.articu.7.Cardi.& Imo.in c.clerici,de uita,& honeſta. cleri.Caccialupum, in tracta.de ludo,q.17.& Paridem de Puteo,in tract.de ludo,nu.33.& 49.& Soci.iuni.conſi.68. nu.103.uol.3.quorum opinionem meminit eſſe communem Bírba.conſi.65.illud in medium,lib. 4. Adrian. in d. c.quia in ſuperioribus,col 2.& Rocchus Curti.in c.fin.de conſuetu.in 1.ſectio.in titu.ſeu rub.incip.& ſtante doctri-

Cōis opi.

Cōis opi.

na,

na,nu. 15.& seq fol. 22.& hæc cautè intelligi debent,ut uictores non teneant quæsita ex ludo in aïæ iudicio restituere,ubi in eo cessaret o is dolus,& fraus, quod fatētur Tho. de Aqui. & oēs pallegati Doct. unde non cessante fraude, sed potius interueniēte,& cōcurrēte in ludo eo casu quippè in foro aïæ absque iudicis cōdemnatione debet fieri restitutio omnium lucratorum mediante dicta fraude,secūdum præcitatos omnes Docto.uno ore,& ista est communis opinio,teste Pari.de Puteo,in d.tracta. de ludo,numero uigesimoseptimo, cæterum ob temporis iacturam maximam frustra factam, & ob peccatum mortale commissum in ludo ipso, & alia inconuenientia ex eo exorta admoneo uictores oēs, ut pecuniā ludo quæsitā pauperibus erogare debeant,nā scd'm cōem opinionem oïum Doct.citatam per Rochū Curt.in d.c.fi.aïæ tutius foret pecuniam ipsam elargiri inter pauperes,& hoc suadet quoq; pro animæ salute exequendum fore Imo.in d.c.clerici,Stephanus Costæ,in tract.de ludo,in 4.artic.principali,nu.5.sed omnia præmissa interpretantur non procedere ubi quis ob nimiam lucri cupiditatem adduxerit, seu attraxerit uehementibus precibus,& opprobrijs Sempronium eo inuito, ac penitus renitente ad ludum, tunc in foro conscientiæ iste quæsita ex ludo tenetur restituere, secundum sanctum Thom.de Aqui.in 2.2.q.32.artic.8.quem omnes communiter sequuntur,& præsertim Caietanus,in d.arti.7.canonistæ frequentissimo omnium consensu, in d. c. clerici, & Alciat. in lib. parergon, cap. 16. interpretaturq; similiter omnia hæc non habere locum ubicunque ludentes,qui pecuniam amiserunt non habebant administrationem liberam rerum in ludo appositarum, quemadmodum est seruus filiusfami.monachus,furiosus, prodigus, & institor,& alij his similes, tunc lucratio, seu acquisitio hæc facta est ipso iure nulla, & qui uicit uelit, nolit tenetur restituere lucrata non tamen lusori perdenti,sed administratori,secundum gl.& Doct.omnes,in d.c.clerici,& Theologos omnes in locis præcitatis,Io.And. & Innoc. in c.quia plerique,de immuni.eccle.Caccialupum,in d.tracta.de ludo. q 10.nume.43. & Pari.de Puteo,in eodem tract. de ludo,nu.26.cum 3.seq.& Bolog.in l.singularia, num.46.ff.si cer.

Cōis opi.

Cōis opi.

Cōis opi.

cer.pet. quia ludens cum talibus scienter committit furtũ, tanquam accipiens pecuniam alienam, arg.l. seruus cuiusdã, ubi tex.no. secundũ Bal. in rub.C.de cõdi.ob turp.cãm.

OPINIO CLXIIII.

Ludos omnes præterquam ludum propriæ uirtutis Imperator pp blasphemias reprobauit, & penitus inhibuit, in auth.alearum usus, C.de relig.& sump.fune. dicens, q̃ multis lachrimas prodijt, quod declaratũ extitit per Host. in summa de excess.præla.& Doct.in c.clerici, de uit.& hone. cle.& Io.Bernar.Diaz.in pract.crim.in tit aleatores, c.63. & Gramma.decisio. 11.nu.7.nam aliqui perditis substãtijs desperati ueneno se occidebant, aliqui laqueo se suspendebant, & aliqui proprio chyrographo diabolo se uiui dederunt, & nonnullos homines ob blasphemiam terra absorbuit, & fulgure perierunt, secundum Canonistas ibi, & in c.inter dilectos, de excess. prælat. & denique, in d. summa Host. lusores appellat paganos pp canonis transgressionem, imò lusores ob substantiam eorum in ludo perditam imagines Dei, & sanctorum percutiunt, & euenit miraculum hoc in ciuitate Aquilæ annis superioribus q̃ lusor quidam amissa in ludo quadã pecuniarũ quantitate uti desperatus percussit cũ mucrone imaginẽ sacratissime virginis in quadã ecclesia extra dictæ ciuitatis menia posita, & ex illa percussione, seu uulnere ꝓfluit statim miraculosè maxima sanguinis effusio, quẽadmodũ profluit aqua de fonte uiuo, & ꝑcussor iste uix egressus ecclesiã prædictã repentina, ac improuisa morte præuentus cecidit in terrã, & obijt, & sic intemerata virgo solũ Deũ habuit ultorem, & hodie similiter in dicta ecclesia, quæ nuncupaт̃ sancta Maria pontis Rodij apparent euidẽtissima signa sanguinis, & ꝑcussionis prædicte, & isti tales percussores imaginis Dei, & sanctorũ capitaliter sunt puniẽdi, ut latè probat Ang.in l.ex senatu, ff.de sica.Marsi.in sua pract. cri.§.& qa, nu. 25. & Paris de Puteo, in tract.de ludo, nu.61.& seq. ubi refert se ita aliàs consuluisse, ac fuisse decisum in sacro regio consilio Neap.& plenius, ac aptius hoc firmat, & explicat Grillandus, in tract.de sortilegijs, quæst. 11.num. 18.& sequen. ideoq; præcauendum est à ludo ab omnibus, tam laicis, q̃ clericis, nam dicta constitutio, auth. alearũ usus seruanda

est,

eſt,etiam inter clericos,& perſonas eccleſiæ ſubiectas, ſecundum glo.& Docto.omnes communiter,in d.c.clerici, ut fatentur Stephanus Coſtæ,in tract.de ludo,in 3.articu. principali,numero.8.& Paris de Puteo,in tracta.de ludo, fol. 2.

OPINIO CLXV.

Ludentibus mutuum factum à tertio, ſeu extraneo non ludente, nec eos receptante in domo ſua repetere poteſt, & ſibi concedi ur actio mutui,ſecundum glo.& Iaco.But. in l.fin.ff.de aleator.Io.de Imo.Abb.& omnes,in c.clerici
Cõis opi. de uita,& hone.cleri.& iſta eſt communis opinio,ſecundũ Moder. ibi, quam ſequitur etiam, & citat Paris de Puteo, in tract.de ludo,nu.18.Caccialupus in eodemmet tractat. de ludo.q.8.nu.33.& Stephanus Coſtæ,in d.tract.de ludo, in 6.articu. principali,nu.1. & ſeq. ſi uero mutuans pecuniam ludum, uel ludentes ipſos receptabat in domo ſua, tunc quippe mutuum hoc repetere non poſſet, ſecundum
Cõis opi. Io.And.Imo.Abb. & cæteros Canoniſtas,in d.c.clerici,& opinionem iſtorum profitetur eſſe communem Caccialupus,in d.tract.de ludo q.8 num.34.item,quando mutuum fieret ludenti à colluſore, eo caſu quoque ex eo agi non poſſet,ſecundum glo.in l.ſi quis cum ſciret,ff.pro empt.& in l.quòd ſi minor,§.pen.ff.de minor.Imo.Abb.& alios,in
cõis opi. d.c.clerici,& Legiſtas,in d.l fin.ff. de aleator. & opinionẽ hanc dicit approbari communiter à Doct. utriuſque cenſuræ Caccialupus, in d. quæſtio. 8. in princip. & ſequitur Grammati,deciſio.40.nu.3.& ſeq.

OPINIO CLXVI.

In ludo tranſactio facta non ualet, neque tenet, ſecundum Doct.omnes,& Abb.in c. clerici de uita, & honeſta, cleri.Stepha.Coſtæ,in tract.de ludo,in 5.articu.princ.nu. 2.cum alijs ſeq.Pari.de Puteo.in allegato tracta. de ludo, nu.21.& Caccialupum in eo dem met tract.in 8.q.num. 34. quia ibi lis eſſe non poteſt, ſed euidentiſſima calumnia,
Cõis opi. quæ inducere non debet litem,ubi non eſt,l.in ſumma, ff. de condi.indebi.& opinionem iſtam retulerunt eſſe communem

munem Doct. mentionati, in d. tracta. imò si ludens ipse se obligaret collusori ex causa ludi per instrumentum publicum minimè teneret obligatio, & instrumentum hoc non sortiretur effectum, & denique denegaretur ei actio, & si solutum aliquid foret uigore prædictæ obligationis usque ad quadraginta annos repeti posset, tex. est, in auth. alearum usus, C. de religio. & sumpt. funer. & ita in causa cuiusdam militis refert se obtinuisse Paris de Puteo, in d. tract. de ludo, nu. 21. ac fuisse decisum, declaratumq; in sacro regio concilio Neapolita. instrumentum hoc causa ludi celebratum nullas uires habere, nec aliquo modo ualere, & sequitur quoque Caccialupus, in d. quæst. 8. numero. 34. Aliam conclusionem de ludo intorno alle scommesse, uide infra in opinio. pactum.

M

OPINIO CLXVII.

Mala fides præsumpta triginta annis purgatur, atq; extinguitur, & sic præsumptio malæfidei tollitur triginta annorum curriculo, secundum Bart. in l. cum querebatur, in fin. C. unde ui. Alex. consi. 6. col. 1. uolu. 1. & consil. 151. nu. 7. uol. 2. Affli ct. decisio. 40. nu. 12. Panor. in c. si diligenti, col. 3. de præscriptio. Bar. in l. Celsus, num. 17. ubi etiam Claudius, nu. 31. & Io. Francisc. Balbus, in 3. par. nume. 41. ff. de usucapio. Iaf. consil. 57. col. fin. uolu. 1. & in §. sed istæ, nu. 100. institu. de actio. Deci. consi. 267. & consi. 558. in fi. Curti. seni. consi. 82. col. 3. Curti. iuni. consi. 52. nu. 2. & ita consuluit Crauet. consi. 146. Ruinus cons. 156. nu. 10. uol. 1. consi. 34. nu. 10. uol. 2. & consi. 118. nu. 4. uol. 4 Soci. iun. consi. 115. nu. 30. uol 2. & eidem opinioni inhæret quoq; Couarru in relectione, c. possessor, in 2. par. §. 8. num. 3. de reg. iur. in 6. & Iacobus Menochius, in tract. recuperandæ possessionis remedio 13. nu 70. cum alijs compluribus in illis locis relatis per eos, in quibus apertè ostendunt istam opinionem communem esse post Claudium, & Balbum, in d. l. Celsus. Cõis opi.

OPINIO CLXIX.

Maritus, & uxor fatentes in uenditione prædij dotalis pariter illius precium recepisse, tunc profectò intelligitur partem illius, ad unumquemque coniugum peruenisse, & sic ubi uir, & uxor constante matrimonio uendiderunt simul prędium alicui, quod ante inæstimatum in doté fuerat ab uxore datum uiro, si soluto matrimonio morte ipsius uiri uxor repeteret dotis nomine precium fundi, utiq; posset partem duntaxat uirilem repetere ab hæredibus, quasi in hoc casu intelligendum sit, q̃ partem precij uirilẽ tunc ipsa uxor receperit, ut uoluit Bar. consi. 124. punctus quæstionis, in prin. cum quo transeunt Bal. in l. mater tua, col. 5. C. de rei uendi. Pau castren. consi. 296. col. 1. & consi. 340. in prin. uol. 1. nouiss. & consi. 362. in fin. uolu. 2. nouiss. Curti. seni. consi. 53. col. 2. & cęteri signati per Boeri. decisio. 23. in princ. in contrariam uerò partem, uidelicet, q̃ in re hac non obstante mulieris confessione, intelligatur uir omnem pecuniam adeptus inclinauere Specu. in tit. de oblig. & solutio. §. ante omnia, uersi. sed pone uir, & uxor, & Vber. de Pob. & Io. And. in add. ibi, Alber. cum alijs antiquioribus relatis per eum, Pau. castren. sibi contrarius, col. 1. & Bald. quoque titubanter, col. 1. in auth. si qua mulier, C. ad S.C. Velleia. ubi firmat ex huiusmodi confessione uxoris non præsumi quicquam ad eam peruenisse de precio rei uenditæ, si id aliter non probatum fuerit, & prętérea Saly. inibi, & Imo. in l. cum uir, colum. 6. & col. 9. de usucap. & in c. cum contingat, col. 27. de iureiur. attestantur, secundum opinionem istam extitisse aliquando Bononiæ iudicatum, idemq; tradit Roma. in l. si cum dotem, §. transgrediamur. solu. matri. & Federi. de Senis consil. 241. & sententiam hanc ueriorẽ ait Ang. Aret. in §. est & aliud, col. 2. institu. de donatio. refertq; se consuluisse apud Regium, in casu, quo pater. & filius in eodem instruméto dotem recepisse pariter fassi fuerunt, ut esset intelligendum illam totam peruenisse ad ipsum patrem mercatorem, & secundum istam partem iudicauit sacrum Regium consilium Neapolitanum, teste Afflict. decisio. 209. & sequitur

etiam

ẽt Boeri.in d.decisio.23.nu.7.Natta consi.30.nu. 1. & Cra uet. consulendo cum alijs quampluribus congestis per eũ consi.91.ubi ostendit istam communem opinionem fore, & ꝙ hæc communis sit constat ex relatis etiam per Cassaneum iu consuetudinibus Burgundiæ,rub.4.§.8. nu.4. Tiraquel.in tract.de utroque retractu,§.31. glo. unica,nu.4. & seq.& Carol.Moli.in tract. de contractibus usura.q.38. in prin. ideo ab opinione ista tantorum patrum,tanquam communiori,tutiori,ueriorióq;, & approbata in curijs, & prætorijs tam illustribus erubescerem discedere. Cõis opi.

OPINIO CLXX.

Matri asseueranti filium non esse mariti, siue marito,siue filio declaret sibi nequaquam credendum esset, secundum Bal.Floria.& Iaco.de san.Geor.in l.fin.§.fin.per tex. celebrem ibi,ff.de probatio.Cy.Ange.Alberi.Salyc.in l.si uicinis,C.de nuptijs Bart.in l.filium,ff.de his, qui sunt sui, uel alie.iur.Marsi.in l. 1.§.ad quæstionem,in fin.ff.de questio. Alciat.in tract.de præsump.in reg.1.præsump.19.Paleotum,in tract.de notis,& spurijs,cap.24 nu.1.& seq. Io. de Neuizanis in sua sylua nuptiali,libr. 1. nu.50.& seq.fol. par. 38. & copiosè Boeri. cum alijs congestis per eum, in decisio.299.num.4. cum alijs seq.ubi ampliat opinionem istam,atque ostendit esse ueram,& communem. Cõis opi.

OPINIO CLXXI.

Mater,uel frater assignantes,dantesq; simpliciter in dotem rem propriam, seu communem, illam utique donare censentur,etiam ꝙ aliàs administratores bonorum puellæ fuerint,secundum Cyn.Iacob.de Are.& Saly.in l.fin.C.de dot.promiss.Bal.in l.Nesennius,col.2.ff.de neg.gest.& istorum opinionem tuetur pluribus, & quidem optimis rationibus, sequitur consulendo, & demum magis ueram, magisq; communem esse inquit Iacobus Mandellus cons.12. nu. 1.cum alijs seq. Cõis opi.

OPINIO CLXXII.

Matrimonié. In matrimonio carnali uerba non sunt necessaria, etiam in his, qui loqui possunt, sed sufficit, ut consensus contrahẽtium matrimonium aliquo signo exprimatur, secundum glo. Hostien. Abb. cæterosq; communiter, in c. cum apud de sponsal. per tex. ibi, qui dicit, ꝙ solus consensus ad contrahendum matrimonium sufficit, ex quo sequitur ꝙ non requiruntur uerba consensum partium exprimentia, & opinionem istorũ sequuti fuere Faber. Ange. & Ias. in add. ad Porti. in §. nuptiæ, institu. de patria potesta. Alex. consi. 146. col. 8. uol. 5. & in l. de pupillo, §. meminisse, in fin. ff. de noui ope. nun. ubi exprimit sententiam hanc ueriorem fore, & communem inquit Abb. in d. c. cum apud, & Boeri. decisio. 1. nu. 18. & probat, sequitur, atque cõem dicit Couarruuias in epito. de sponsalibus. 2. par. c. 4. num. 1. & seq. fol. par. 67. & in relectione, c. quamuis pactum, de pact. in princi. sub nu. 4. & secundum communem præmissam doctissimè, ac elegantissimè consuluit Boeri. consi. 40. nu. 21. cum alijs seq. ubi post alios consulentes pro hac parte per eum signatos nihil intactum dereliquit pro dictæ opinionis clipeo; ideo, tanquam ad uberrimum fontem casu eueniente pro explenda eius siti quilibet ad. d. consil. 40. recurrere posset. Cõis opi.

OPINIO CLXXIII.

Matrimonium tecum uolo contrahere, uel uolo ducere te in uxorem, seu placet mihi te habere in coniugẽ huiusmodi uerba efficiunt sponsalia de futuro, & non de presenti, & sic solum sapiunt sponsalia de futuro, secundum Io. And. & Abb. in c. ex literis, de sponsa. Alex. consil. 153. uol. 5. in prin. & col. 4. Afflict. in constitu. Neapo. lib. 3. tit. 19. col. 2. Syluest. in uer. matrimonium. 2. q. 9. Boeri. consi. 40. nu. 54. & seq. & Couar. in epito. de sponsalibus. 2. par. c. quarto, numero quarto, fol. par. 68. ubi præsupponit istam esse magis communem opinionem, & eam concordat cum sententia Cardi. in d. c. ex literis asserentis per uerba præmissa contractum fore uerum matrimonium.

OPI-

OPINIO CLXXIIII.

Matrimonium inducunt uerba hęc.habebo te in uxorē, uel promitto q te in coniugem habebo,& per consequens ex istis uerbis matrimonium contractum esse cēsetur, secundum gloss. Abb.& Præposit. in c.ex parte,de spon. per tex.ibi, Abb.& Deci.in c.iurauit,col.1.de probatio.& opinionem istorum communem esse scribit Couar. in epito. de sponsalibus.2.par.c.4.nu.5.licet ipse, & malè cum alijs citatis per eum contrarium asseueret. Cōis opi.

OPINIO CLXXV.

Matrimonium non potest, nisi inter puberes contrahi, c.puberes,& c.fi.de despon.impub.ideo de iure ciuili masculus, nisi maior sit decimoquarto anno, quo pubes esse incipit, matrimonium ipsum contrahēre non potest. fœminæ uerò si sint uiripotentes etiam si duodecimum annū non excesserint possunt contrahere,§.masculi,instit.de nupti.de iure uero canonico nō fit differentia;quia dummodo apti sint ad procreandum annorum numerus non attēditur, concluditur ergo ex istis utiliter mulierem contrahentem matrimonium non completo duodecimo anno matrimonium non conualidare, & sic ad ualiditatem ipsius matrimonij requiritur mulierem compleuisse 14. annos,nisi constaret uiripotens, ut quia extitisset ab alio cognita,aliter non completo duodecimo anno matrimoniū contractum non ualeret,nec teneret aliquo modo, secundum Abb.in c.attestationes,& in c.continebatur, in fin. de despon. impub.& ista est communis opinio,teste Alex. de Neuo.in consi. 1.nu.9.& seq.ubi illam sequitur consulendo. sed in sponsalibus contrahendis non ita ætas matura ut ad matrimonium exigenda est, nam contractus sponsaliorum annum septimum, ita completum exigit, ut inceptus minime sufficiat, & sic iura canonica requirunt septē annos completos in contrahentibus sponsalia prædicta,c. literas,& c.seq.de desponsa.impub.& notat Couar. in epi. 1.de sponsalibus,c.2.num.2.& sequen.primæ par.ubi hoc latius declarat. Cōis opi.

OPINIO CLXXVI.

Medicus carens publico salario non debet ab ægrotis, ac infirmis salarium recipere, nisi postquã eos curauerit, & sanauerit, & sic ab ipso infirmo recipiet mercedem suã in fine curæ, non auté in principio, seu in medio ipsius, secundum Spec. in tit. de salarijs, §. nunc autem uer. fin. Bar. in l. archiatri. per illum tex. C. de professo. & medi. lib. 10. Cõis opi. Canonistas omnes, in c. propter. de locato, Petrum Duennas, in regula. 63. assessori, nu. 1. & Ripam, in trac. de peste, in tit. de remedijs ad curandam pesté, nu. 127. ubi scribit istam esse communem opinionem; sed hoc deridet Zasius in §. tripli, instit. de actio. in fin. dicens ꝙ si uerum foret me dici non induerentur tam splẽdidis, & purpureis uestibus, qui semper rubeas uestes habent, siue moriatur, siue sanetur infirmus æqualiter triumphant. in regno uero Neapo. habemus constitutionem, incip. quia nũquam sciri potest scientia medicinæ, in tit. de medicis, disponentem medicũ teneri bis in die infirmum uisitare, & semel in nocte ad ipsius infirmi requisitionem, & recipere debet solummodo per diem medium tarenum auri, si non egrederetur ciuitatem, uel castrum, si uero uisitaret infirmum extra ciuitatẽ recipiet ab eo per diem tres tarenos cum expensis infirmi, uel cum expensis suis tarenos quatuor.

OPINIO CLXXVII.

Melioramenta facta in re feudali nõ pertinent ad dñm reuertẽte ad eum feudo finita inuestitura feudali per cursum temporis, per lineam finitam, uel aliter, absq; tñ dolo, uel culpa ipsius uassalli, sed tenetur ad extimationem eorum, si uelit ea retinere, ut est casus, & ibi omnes, in c. 1. §. Cõis opi. si uassallus, in tit. hic finitur lex, & cætera in usibus feud. & not. Brunus consi. 106. nu. 2. Cagno. in l. 2. nu. 175. C. de pactis inter empt. & uendi. & Aluaro. in c. 1. §. si quis de manso. nu. 6. si de inuestitu. feud. fue. controuer. ubi inquit cum ista conclusione doct. omnes transire, & Curti. iuni. consil. 165. nume. 1. Nec expensas tenetur hæres uassalli cum fructibus perceptis compensare, sed melioramentorum expensæ integraliter sibi restituendæ sunt, secundum Bald.

&

& Ang.in l.in insulam,§.fructus,ff. solut. matrimo. & in l. emptor,ff.de rei uendi.per gloss.ibi,Felyn.in c.cum causa, col.pen.de re iudicata,& Ias.in l.domos,in 2.no.ff.de leg. 1.& Soci.iuni.consi.150.nn.32.uol.1.& ista melioramenta restituenda sunt, ac ueniunt æstimanda non secundum ædificij incorrupti,& consistentis ualorem,& sic dominus non tenetur ad extimationem ædificij integri ipsorum melioramentorum, sed ædificij diruti, ut uoluit Bald. in d.§.si uassallus,numero quarto,in l.in fundo 3. not. de rei uendi.& in auth.excipitur,C.de bo. quæ liber.Ruinus consil.24. numero decimo,uolumine primo,& Beroum,in q. 96.sub nu.4.ubi meminit istam esse magis communem opinionem. in contrariam uerò partem, tanquam æquiorem inclinauit Iulius Clarus,in tract.de feud.quæst.88.uer. sed quero,uidelicet quòd dominus teneatur ad extimationem ædificij integri, & non ad illud, quod consequi posset ex ruina illius, ubi deridet Beroum attestantem contrariam opinionem communem, nihilominus profiteor ipsum Beroum ueritatem dixisse attestando de dicta communi, cũ qua tanquam uerissima intrepidè transeo, imò credo ipsum Iulium Clarum allucinatũ esse talia proferendo, dum allegauit Bald.in locis præmissis concludere quod solutio fieri non debeat de precio ruderum,sed ædificij integri,& tamen Bald.firmat expresse contrarium,ut supra ostendimus. est bene uerum quòd Berous,in c.1.nume.36. & seq. de in integrum restitu. firmat contrarium in emphyteosi, uidelicet, quòd ecclesia teneatur soluere melioramenta utiliter, & necessario, & non aliter facta in ipsa emphyteosi ad rationem, seu ualorem integri ædificii, non autem diruti, & hoc expresse uoluit Bald. loquens in emphyteosi, in d. §. si uassallus. prope finem, & in d. §. si quis de manso. post medium, nam emphyteosis datur, conceditur que ad meliorandum, l. prima, C. de iure emphyteo. unde siquis exportare melioramenta ipsa teneretur facta præcipue ex pacto, naturaque contractus iniquum foret absque dubio aliquo,ut est textus cum gloss.in d.cap.primo,de in integrum restitu. ut probat ibi Berous, & sic in hoc casu procedere posset opinio Iulij Clari, & aliorum relatorum per eum, & non in feudo; & ma-

Cõis opi.

materiam ipsam melioramentorum, uide latè, & utiliter declarantem Ant. Negusantium, in tract. de pignori. & hypothecis, in 4. membro. 5. partis, nu. 8. cum alijs sequentibus, & Beroum, in d. c. 1. nu. 22. cum alijs seq.

OPINIO CLXXVIII.

Minor litigans cum consanguineo compromittere tenetur absque solemnitatibus, & sic ad compromittendum compelli potest stante statuto, quòd causæ inter cõsanguineos debeant compromitti, ut uoluerunt expresse, & eleganter Ang. Pau. castren. Alex. & Ias. in l. si plures, ff. de pactis, quam legit ipse Ias. in l. & suum, §. hodie, eo. tit. & hoc idem firmarunt optimis quidem rationibus Bal. Saly. Areti. Pau. castren. Alex. & Ias. in l. fin. C. de in integ. restit. ubi istam opinionem ueram esse asseuerat. & licet Bart. consil. 40. quæritur an statutum affirmet, teneatq; contrarium uidelicet, quòd statutum de compromissis non liget minores, tamen primam sententiam ex relatis authoritatibus communem fore non ignoramus, quam sequitur etiam, declarat, atque ab omnibus contrarijs tuetur Marcus Antonius Blãcus, in tract. de compromissis. q. 3. nu. 39. cum alijs seq. fol. par. 75. & pro hac parte communi consuluit pariter doctissimè Alex. consi. 254. uol. 6. & uotauit Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis decisio. 20. nu. 11. cum alijs seq. & obtinuit Alex. ut ipse recensuit, in d. l. si plures.

Cõis opi.

OPINIO CLXXIX.

Minores uigintiquinque annis, & maiores 18. arbitri esse possunt de uoluntate partium si uellent, secus si nollent, & sic ad assumendum arbitrium inuiti compelli nequirent aliquo modo, secundum gloss. & omnes Legistas uno ore, in l. quidam consulebant, ff. de re iudi. per tex. ibi, ubi Alex. col. 1. recitat istam esse communem opinionem, Legistarũ, & Are. in §. pen. nu. 17. insti. de exce. in contrariã uerò partẽ uidelicet, quòd minor 20. annis arbiter esse nõ possit, & eius sñia non ualeat inclinauerunt glo. Abb. & cæteri omnes Canonistæ communiter, in cap. cum uigesimum. de offi. deleg. Specu. in titu. de arbitris, §. potest, uers. item minor,

Cõis opi.

Cõis opi.

nor, Hostien. in sum. de arb. §. 2. Alex. & Io. de Imo. in d. l. quidam, Lanfran. in tract. de arbitris, §. hactenus, & Bapti. de sancto Blasio, in tract. de arbit. q. 9. & opinionem istam Canonistarum inquit ueriorem esse Alex. in d. l. quidam, & Marcus Ant. Blancus, in tracta. de compromissis, quæst. secunda, numero uigesimosecundo, fol. par. 35. ubi eam sequitur, declarat, & denique ab omnibus contrarijs uerissimis responsionibus suis tutam derelinquit, ideo eidē tanquam tutiori, ac ueriori libenter inhæremus.

OPINIO CLXXX.

Minoris quatuordecim annis contractus non firmatur iuramento, & sic pupillus doli capax nulliter contrahens, etiam ꝙ iurauerit huiusmodi iuramentum contractū non firmat, quia auth. sacramenta puberum, C. si aduer. uendi. non procedit in pupillo doli capace, sed in pubere, & non in impubere, ut uoluerunt glo. Pet. de Bellaperti. Cy. Butr. Bal. Ang. Odofre. Saly. Fulgo. & Iasnu. 10. ibi, ubi simul cū alijs scriben. recitant istam esse communem opinionem Cōis Legistarum, quam sequitur quoque Federi. de Senis consi. opi. 30. Pau. castren. in l. qui iurasse, ff. de iureiu. & Alciat. in c. cum contingat, nu. 141. de iureiu. ubi profert utile, & magnum quidem uerbum istorum opinionem magis communem fore, atque eam limitat Afflict. cum alijs signatis per eum decisio. 322. nu. 3. Cæterum contrarium asseruit Bar. in d. auth. sacramenta puberum, uidelicet, ꝙ minor quatuordecim annis, maior autem capacitate obligetur iuramento, & d. authē. sacramenta puberum habeat locum in pupillo doli capace, ut mediante iuramento tenaciter obligetur quemadmodum pubes esset, & cum Barto. sensere Hostien. Io. Andr. & Io. de Imo. & cæteri omnes, in d. c. cū Cōis contingat, Archid. in c. quamuis de pactis, in 6. Panor. con opi. sil. 108. uolu. 2. Deci. in l. pupillum, ff. de re iudi. Io. Mau. in tracta. de resti. in integ. cap. 112. Salyc. & Pau. castren. in d. auth. sacramenta puberum, ubi aiunt istorum sententiam procedere de iure canonico, & ueriorem præsupponit Alex. in d. l. qui iurasse, & secundum eandem notauit sacrū regium concilium Neapolitanum, teste Afflicto, in d. de-

cisio.322.nu. 1. 2. 3. 4. & 5. & in decisio.393.sub numero 10. ideo ob obseruantiam iuramenti, & fauorem animarum, & propter decisiones sacri concilij Neapo. quæ sub nomine regis proferuntur, succeduntque loco imperialis interpretationis, ut posuimus, in prima par. in opinio. iudex in iudicando cum hac ultima communi, & uerissima canonistarum libenter concurrimus.

OPINIO CLXXXI.

Molendinum habens in parte inferiori fluminis utrum possit impedire uolentem facere molendinum in parte superiori ipsius? tunc distinguendum est, secundum omnes Doct. communiter, in l. siquis ex argentarijs, §. si initium, ff. de eden. & in l. manifestè, C. de ser. aut flumen illud super quo molendinum est ædificatum priuatum est, aut publicum, si priuatum est utriusque partis, & hoc casu si una pars uult de nouo suum molẽdinum ædificare, ut sibi principaliter commodum afferat, & prosit, & quippe tunc potest licitè ipsum facere in suo absque impedimento alterius partis molendinum habentis in parte inferiori, & sic ea inuita, si uero uult cõstruere molendinũ, ut noceat principaliter parti prædictæ, quæ præuenit in ædificando, & hoc casu, absq; dubio non potest, nec audiendus est; quando uerò flumen est publicum, eo casu, uel dicta pars in parte inferiori molendinum habens licitè illud ædificauit, & tunc altera pars uolens construere nouum molendinum audienda non est, imò potest licitè suum aduersarium impedire in usu dicti noui molendini, ne sibi auferatur, ac diminuatur lucrum, & emolumẽtum ipsius aquæductus preoccupati, aut dicta pars habens molendinum in parte inferiori illicitè ędificauit, & tunc nõ posset impedire alteram partem uolentem nouum molendinum construere in parte superiori dicti fluminis, secundum Dyn. Old. Ray. Bald. nu. 2. Ias nu. 21. & Ripam, nu. 25. cum alijs seq. in l. quominus, ff. de flumi. ubi explicant istam esse ueram, & communem opinionem, & eandem sequitur, & citat Papien. in sua pract. in for. libel. in actio. confess. nu. 7. & sequen. fol. paruo. 209. Ruinus consil. 191. nume. 3. uolu. primo, & consil. 98. nu

Cõis opi.

98.nu.12.uolu.4. cum alijs relatis per eum, & Curti.ſeni. conſil.33.nu.2.& ſeq. & declarat,& latè interpretatur Ripa,in d.l.quominus,nu.25.cum alijs ſeq. ſed quæ nam ſint flumina publica,& quæ priuata, & quot ſpecies fluminum reperiantur,uide Iaſ.declarantem,in d.l.quominus,nume. 37.& Ripam,nume.1.& Curti.ſeni. in d.conſi.33. nu.1. & Cæpol.in tract.ſeruit. ruſtico. prædio. in titu.de fluminibus,cap.31.numero primo,cum alijs ſequen. & in cap. ſequen.fol.paruo 411.& ſequen.

OPINIO CLXXXII.

Molendini opus, ſeu aquæductus incipiens ædificare,ac præoccupare, licet illud non perfecerit, ac compleuerit cenſetur ius ſibi acquiſiuiſſe, ut poſſit prohibere alium cõſtruere uolentem aliud molẽdinum,ſeu opus,& ſic iſto caſu potior uidetur cauſa,& conditio præoccupantis,& ſola operis inchoatione acquiritur ei ius, ob quod alijs præferatur,ſecundum Bar.in l.quominus,num. 10. cum duobus ſeq.ff.de flumi. Bal.in l.item pilli,in 4.q.ff. de rerũ diui. Cæp.in tract.ſerui.ruſti.præd.in tit.de ſerui.aquęductus,c. 4.nu.44.& ſeq.fol.par.298.Iaſ.nu.54. & Ripam, nu.47.cũ alijs ſeq.ubi aiunt iſtam opinionem eſſe communem,& eã latè declarant,& in aliquibus caſibus limitant. Cõis opi.

OPINIO CLXXXIII.

Moneta, ſeu pecunia promiſſa, ſi in totum ſimul ac in perpetuum reprobaretur utique extimatio eius ſoluenda foret in noua pecunia, & ſic mutata pecunia ipſa conſideraretur bonitas,quæ erat tempore contractus,atque ſolueretur extimatio monetæ antiquæ,ſecundum Bar.in l.Paulus,la j.ſub nu.6 ff.de ſolut.Per.& Cy. in l.in minorum,C. in qui.cau.in integ.reſt.non eſt neceſſa,Io.And.Abb.Ant. & Imo.in c.quanto,de iureiu. Curti.in l.quod te,ff.ſi cert. pet.Roma.& Soci.in l.cum quid, eod.tit. ubi recentiores, præſertimq; Bolognettus num.69.& ſeq. exiſtimant iſtam eſſe communem opinionem,& Boer.deciſio.327.nu.12. cõis opi.

OPI-

OPINIO CLXXXIIII.

Moneta non diminuta, aut mutata in totum, sed diminuta ob diminutionem ligæ,uel ponderis,tunc periculum spectat,ac pertinet ad debitorem,qui ualorem prioris monetæ soluere tenetur,secundum Bar.in l.Paulus, sub nu.6. ff.de solutio.Oldra.consi.250.Abb.Sicu. aliosq; Canonistas communiter,in c. quanto,de iureiur.Soci.Purpura.& cæteros,in l.cum quid,ff.si cer.peta.& Boeri.decisio.327. nume. 13. ubi ostendit istam opinionem communem esse utriusque aulæ,& sequitur Oldra.consi.31. & 250. Specu. in titu.de oblig.& solu.§.nunc aliqua,in fin.& ibi Io.And. & Bal.in add. Areti. consil.11.Afflict.decisio.90.sub nu.1. & seq.& decisio.194. nu.1. & seq.Abb.consi.56.col. 2.uol. 2.Imo.in clemen.fin.de decim.Corne.consi.287. nume.4. uol.1.consi.181.nu.7 1.uol.3.& consi.321.nume.12.uol.3. Soci.consi. 298.uol.2.And.de Iser.col.3.& Afflict. nu.15. & 20.in titu.quæ sint rega.uerbo monetæ in usi.feud.Gui. Papæ decisio.493.nu.1.Bald.in l.3.nu.4.C. communia de lega.& in l.illud,C.de sacrosan.eccle.q.fin.Bertran.consi. 168.261.& 312.uolu.1.& Crauet.consi.47.nu.6.cum alijs signatis per eum, ubi attestatur de communi , & ita debet intelligi decisio Neap. præcitata 194. teste Petro de Benintendis decisio.49. sub nume.2. quoniam ex tali solutione non est facienda deterior conditio creditoris,secũdum Ferrarien.in practi.papie n.in for.libelli,in actio.hypothecaria.§.relaxandum,sub nume.2.

Cõis opi.

OPINIO CLXXXV.

Moneta, pecuniave nõ diminuta, uel mutata, siue aucta in põdere,aut liga, sed in ualore, extimationeq; ex cõstitutione principis,tunc illius pecuniæ periculum, ac incommodum,commodumve pertinet ad creditorem, & sic uolens soluere scuta in auro , secundum formam obligationis nulla habetur consideratio ualoris augumenti,aut detrimenti,sed numeri tantum,secundum Zaba. Anchara.& Imo.in clemen.2.de decim.Soci.Alciat.circa fin. aliosq; in l.cum quid,ff.si cer.peta.& Boeri.decisio.327.sub num. 13.ubi

13.ubi ostendit istam esse communem opinionem,& sequitur Rota Bononiensis,teste Petro de Benintendis decisio. 39.sub nu.1.& Bolognettus,in d.l.cum quid,sub nu.74. faciendo etiam mentionem de communi præmissa. & hoc idem concludendum est in dote, nam deterioratio dotis contingens ob uariationem in bonitate extrinseca,vt quia ualor duntaxat sit alteratus remanente eadem argenti bonitate,tunc tempus solutionis,non autem contractus attēdi debet,secundum Bar.in l.Paulus,in fin.ff. de solut.Bald. consil.137.& 424.uolu.2.& in l. cum quid,ff.si cer.peta.& Aret.cons.11.ubi meminit istam esse communem opinionem,& Boeri.decisio.327.sub nu.4. Cōis opi.

OPINIO CLXXXVI.

Moneta mutata, uariataq; post moram debitoris, tunc ipse debitor quantitatis morosus soluere teneretur extimationem quanti plurimi à tempore moræ prædictæ, secundum Bar.sub nu.6.& seq.aliosq; omnes,in l.cum quid, ff.si cer.peta.& in l.quod te,cod.titu.Curti.in tract. monetæ,col.3.Laud.in tract.de moneta,col.6.& Boeri. decisio. 327. sub nu.4. & 13. ubi istam opinionem limitat,& communem esse asserit, & ita determinauit Rota Bononiensis in facti contingentia, teste Petro de Benintendis decisio. 39.in fi. Cōis opi.

OPINIO CLXXXVII.

Moneta uariata,seu mutata,tunc tempus solutionis, nō autem contractus attendi debet, & sic si mutuaui, uel in dotem dedi libras centum Bononienses, uel centum uncias Neapo. in aureis, & postea contingat q; precium, seu ualor ipsorum aureorum augeatur, uel diminuatur, hoc casu debitor teneretur soluere aureos in illa extimatione, quę currebat tempore contractus,ac fieri posset solutio in ea, quæ tunc est, quoniam creditor censetur extimasse illos aureos in illa summa,& per consequens omne commodum in ipsa pecunia ita, & taliter appreciata contingens pertinet ad ipsum debitorem,ut uoluerunt Bar.nume.10. Bald.Ang. Alberi.Alex.col.pen.Paulus castren. Alciat.& cæteri

cæteri recentiores,in l.cum quid,ff.si cer. peta. ubi Bolognettus,nu.74.atteſtatur iſtorum opinionem communem eſſe,& ſequitur etiam Ferrarien. in practi. papien.in for.libelli,in actio. hypothecaria,§.relaxandum,ſub nume.3. & Boer.cum alijs ſignatis per eum deciſio.327.nu. 10.

Cōis op.

OPINIO CLXXXVIII.

Moneta,ſiue pecunia minuta de conſuetudine ſolui poteſt pro ducatis,& econuerſo,quãuis moneta nõ ſit in obligatione,ſecundum glo.notabilem,in l. ſi quis argentum,in prin.C.de dona.Bar.in l.ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ col. 2.ff.de ſolu.Curti.iuni. conſi.24.nu.5.& Brun.in tracta.de augu. mone.2.limitatio.col.2.quæ quidem conſuetudo in hoc ſeruanda eſt.Bar.col.1.& Imo.in princ.in l.Paulus,ff. de ſolutio. & iſtam tradit eſſe generalem conſuetudinem Ioan.de Plate.in l.1.C.de arge.prę. lib.10.& Rube.conſil. 148. numero primo, & ſic inter partes ſemper tacitè cenſetur actum, ut ſecundum conſuetudinem loci ſoluatur ipſa pecunia,ut per Afflict.in titu. quæ ſint regalia,in uerſ. monetæ, numero uigeſimoprimo, in uſi. feud. & iſtorum opinio communis eſt,teſte Curtio, in memorato conſilio 24. numero quinto.

Cōis opi.

OPINIO CLXXXIX.

Monetarum ualorem ſolus princeps abſque populi conſenſu mutare poteſt, ſecundum Io.Fabri.in auth. hoc niſi debitor,C.de ſolutio.& inſtitu quibus mo. tollitur obligatio.in princ.& Boeri.cum alijs congeſtis per eum deciſio. 327.nume.6.& ſeq.ubi deducit iſtam opinionem communem fore; & ipſa moneta debet tantum ualere formata quantum in maſſa, & ſic tantum in pondere, quantum in ualore eſſe debet,& expenſa debet fieri de publico, ſecundũ Bart. in l.qui falſam,ff.de falſis,& in l.2.§.mutui datio. ff.ſi cert.peta.Imo.in l.Paulus,ff.de ſolutio. Soci.in l.cum quid,ff.ſi cer.peta.Brunum,in tracta. de mutatio. monetarum,in princ.& Afflict.deciſio 90. nu.4. & glo.in l. 1.ff.de contrahen.empt. in contrariam uerò opinionem inclinarunt

Cōis opi

runt, quod imò de iure debet detrahi expensa cudendi, & quod minus ponderis sit in ea, quàm ualeat Innoc. & Abb. in c. quanto, Curti. & Zasi. in d. §. mutui datio, & Cagnolus, in l. 2. C. de pactis inter emp. & uendi. quæstio. septuagesima-quarta, numero 213. & 214. sed prima opinio glo. Bart. sequaciumq; obseruatur ubique.

OPINIO CXC.

Mors ficta, & sic ciuilis naturali morti nunquam æquiparatur, nisi in casibus à iure expressis, secundum glo. in c. susceptum, de rescrip. lib. 6. & in c. placuit 17. q. 1. Alex. nu. 5. & seq. & Costa. par. 2. in prin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de libe. & posthu. Vincen. Hercul. col. 1. & Ripam. nu. 11. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Treb. Fely. in c. in præsentia, nu. 55. de probatio. Soci. in l. cum annis, nu. 103. cum alijs seq. ff. de conditio. & demon. & Boer. decisio. 323. sub nu. 6. ubi existimat istorum opinionem communem fore, & Ioan. Bapti. Bouius, in tract. de statutaria urbis præscriptione, titu. de eodem habente apodissas, cap. 102. glo. 12. nu. 2. & seq. fol. paruo. 29. Cõis opi.

OPINIO CXCI.

Mulieres duæ se mutuo, ut uiri subagitantes, ac actum uenereum, seu libidinem earum exercentes, & insimul corrumpentes pœna ultimi supplicij puniri debent, l. fœdissimam, in prin. secũdum unam lecturam glosæ, quam sequitur ibi Saly. C. de adulter. Cyn. Alberi. & Saly. in l. cum uir eod. titu. Ang. in tract. maleficiorum, in uers. che hai adulterato la mia donna, in uersi. quærò, quæ sit pœna stupri, nume. 53. & Carreri. in practi. crimi. in §. circa, uersi. circa quartum itaque quibus ex causis excusetur homicidium, nu. 303. & opinio istorum nullam habet dubitationem, & est communis, secundum Criminalistas uarijs in locis, Cõis opi. & ita decisum extitit in curia Burdegalensi in facti contingentia, teste Boerio decisio. 316. nu. 14.

OPINIO CXCII.

Pater dotans filiam, ac stipulans ei dotem profectitiam reddi, si absque filijs decederet relicto dicto patre, matre,

fratribus,& sororibus,tunc solus pater succederet exclusa matre,fratribus ipsis,& sororibus,& sic solus pater admittitur in dote prædicta, simul ac in alijs bonis ex linea paterna,uidelicet ab auo,auiaq; paterna prouenientibus,secundum Bar.nu.36.Io.de Imo.in fin. Roma.Iasnu.105.cũ alijs seq.& Hercula.in fin.in l.post dotem,ff.solu.matrim. Bar.in auth.itaque,nu.2.C.communia de successio. & cons.18.in fin.Bald.& Ange.in l.quod scitis,§.finautem,C.de bonis quæ liber.Roma.consi.40.Abb.consi.75.in fin.uol. 2.Ancha.consi.349.Guid.Papæ consi.50.Bal. consil.36.& 106.uol.2. Alex.consi.150.col.2.uol.2.ubi meminit istam
cõis opi. esse communem opinionem,& Crauet.consi.176.num. 1. cum alijs seq. idemq; firmat Boeri.decisio.192.sub num.5. Rubeus consi.79.qui pro ista parte consuluit, & Tiraquel. in tract.de retractu consanguineorum.§.14. nume.12.fol. 170. dixit opinionem præmissam receptam esse apud gallos,& ratio assignatur isthęc,nam in bonis à linea paterna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato,ut est tex. secũdum unam lecturam, seu intellectum,in d.§.fin autem,quem approbat ibi gloss. Bart. Ang.Pau.castren.Alex.in add.Bald.& Parisi. in add.Bart. ubi exprimit magis communem fore, idemque asseuerat Alex.in d.consi. 150. col. 2. sed quando bona proueniunt à matre,uel latere materno, tunc mater ipsa, seu parentes ex parte matris in bonis filij præferuntur,ut noluerunt omnes Doct. præcitati. in contrariam uero sententiam,scilicet,q; pater,& mater debeant æqualiter succedere inclinauerunt Cyn.Rayne.Bal.sibi contrarius,Saly.Fulgosi. & Corne. per tex.ibi,in auth.defuncto.C.ad Tertul. Dyn.in d.auth.itaque.Cuma.consi. 122.consulendo,Capra etiam consi.34.& Corne.consil.94.uolu. 1.& consil.165.uolu.4. eiusdemq; opinionis fuerunt Nicol. de Vbal. in tracta. de succes.ab intesta.in 2.par.col.3. & alij congesti per Tiraq. in d.§.14.num.13. & Couarruuias in epitom.in 4. lib.decretalium,in tit.de successio. ab intestato,nu.2 fol.paruo. 397.posito post titu. de testamen.,& partem hanc fatetur
cõis opi. ex seipso iudicio meo communem esse Bal.in d.consil.31. uel 36.uol. 1.& retulit Couarru. ubi supra; tamẽ quicquid isti Doct. suadeant fatuum foret in actu practico recedere

ab

ab opinione præmissa Bart. & sequacium, quæ communis quidem, uera, rationabilis, & æqua apparet ex supra relatis, ac eam limitat Couarru. in d. titu. de successio. ab intesta. numero secundo, in fin.

OPINIO CCXIX.

Pater hodie in aduentitijs filio suo efficaciter obligatur, & similiter filius potest patri obligari, cum materna, & aduentitia quærere ualeat, & sic inter se tenaciter, atq; efficaciter obligantur, secundum Bal. Salyc Pau. castren. & Corne. in l. iubemus, §. in supradictis, C. ad Trebel. gl. Bar. Caccialupum, nu. 39. & Ias. num. 37. in 1. lectu. in l. frater à fratre, ff. de condit. indebi. ubi ostendit istam communem opinionem fore, & ei inhæret quoque Alex. consi. 185. nu. 6. lib. 6. & Crotus, in l. si constante, in secunda repeti. numero 120. ff. solu. matrimo. Cõis opi.

OPINIO CCXX.

Pater habens filios, ingrediensq; religionem non perdit usumfructum aduentitiorum, & maternorum, & sic usus fructus acquiritur monasterio per totum tempus uitæ ipsius patris, secundum glo. Cyn. Bar. nu. 42. Alberi. & Rosel. in auth. ingressi, C. de sacrosan. eccle. glo. Bald. Fulgo. Pau. castren. & Corne. in authen. idem est, C. de bonis quæ lib. Inno. Deci. nu. 256. & seq. & Augusti. Beroum, nu. 529. & seq. in c. in præsentia, de probatio. Specu. in titu. de sta. mo. §. 1. q 47. Imo. in l. cum filio, ff. de leg. 1. Cæpol. consil. 22. nu. 4. & cum opinione hac pariter concurrunt profitendo eam communem esse Alex. consi. 139. uol. 2. nu. 5. Soc. consi. 10. uol. 1. nu. 20. Gomes. in l. 48. tauri. nu. 8. Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 49. C. de bon. mater. & Crot. in l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 30. ff. de libe. & posthu. & ita iudicatum extitit in curia parla. delph. teste Guid. Papæ decisio. 595. si usufructuarius, cum contraria uerò opinione, uidelicet usumfructum ipsum statim consolidari cum sua proprietate, reuertiq; ad filium, atque in totum extingui transiuere Martinus Silenianus Cyn. & Dyn. in d. auth. idem est. & Cõis opi.

ibi etiam Saly.& Iaſ.nu.48.in d.auth.ingreſſi.Marſi.ſingu. 668.Riminal.in §.1.nu.128.inſtit.per quas perſo.ius nob. acqui.& Couarru.in c.2.num.8.de teſtamen.ubi cum alijs relatis per eum oſtendit iſtam eſſe communem opinioné, quam tanquam æquam, atq; optimis rationibus uallatam per memoratos Doct.ſequi non erubeſcam.

Cõis opi.

OPINIO CCXXI.

Pater uſumfructum bonorum,quem in filij ſui bonis habet non perdit aliquo pacto per monachiſmum, uel clericatum ipſius filij,& ſic uſusfructus bonorum,quæ filiofamilias clerico,ſeu monacho effecto acquiruntur ipſi patri cópetit,ſecundum Specu.in titu.de ſta.mo.§.1.uerſic.quæritur,Abb.in c.conſtitutus,de in integ.reſtit. Saly. Fabrum, & Iaſ.nu.48.in auth.ingreſſi,C.de ſacroſan.eccle. Imo. in c.quia ingredientibus,col.6. de teſtamen. Deci. nu.246.& ſeq.& Auguſt.Beroum, nu.525. cum alijs ſeq. in c. in præſentia,de probatio. & iſtorũm opinionem ſequũtur etiam cum alijs ſignatis per eos,atque communem eſſe perhibét Couarru.in c.quia nos,num.2.de teſtamen.& Vaſquius,in tracta. de ſucceſſionum proceſſu,titu.qui teſtari non poſſ. lib.1.§.1.numero 41.

Cõis op.

OPINIO CCXXII.

Pater eſt legitimus adminiſtrator iure hodierno in dote profectitia filiæ,licet cum ea nullam communionem habeat, & quæritur in huiuſmodi dote patri uſusfructus, & ſic dicitur uſufructuarius, ſecundum glo. communiter receptam ab omnibus Docto. in l.cum dos,ff.de pact. dota. Soci.& Moder.in l.2.§.quod ſi in patris,ff.ſolu.matrim.& iſta eſt communis,& uera concluſio,ſecundum Curti.iun. conſ.152.numero 3.

Cõis opi.

OPINIO CCXXIII.

Pax non dicitur rumpi ex noua cauſa ſuperueniente, & ſic pax ipſa ex noua occaſione, ſeu rixa rupta non cenſetur,

tur,l.qui seruum,ff.de uer.obl.ubi Doct. notant,Bar.quoque,Ang.& Alex.col.1.& seq.in l. qui insulam,ff. de uerb. obl.Bal. in c. 1.in prin.de pac.tenen.Rom. Alex.& cæteri, in l.semel mora,ff. solu.matri.Ant.& Imo. in c.cum inter P.de renun.Abb.& Fely.in c. 1.ex.de treug.& pace,Parisi. consi.164.& seq. uol. 4. & istorum sententiam deducit esse communem Alex.in d.l.qui insulã, col. 1. & seq. & Petrus de Benintendis decisio.65.nu.2.secus uero in treuga, quæ quippè ex noua causa rumpi uidetur, secundum Vincentium,& Fely.col.2.in d.c. 1.de treug.& pa.Io.And.in add. Spec.in rub.de treug.& pa.circa fin.Archi.in c.hij qui.24. q.3.Ias. cum alijs signatis per eum, in d.l.qui seruũ, col. 2. & istam opinionem inquit de cõsuetudine obseruari Imo. in d.l.qui seruum cum alijs congestis per Petrũ de Benintendis,in d.decisio.65.nu.3. & cõem esse cõstat ex assertione Alex.in d.l.qui in insulam,nu.4.& de iure scribit procedere Ias.consi.70.nu.5.uol.2.sed pro parte cõtraria,uidelicet, ꝙ ex noua causa treuga rupta non dicatur, sicut pax ipsa. consuluit Corne.cõs.175.& seq.uol. 1.& Rota Bononiensis per plures rationes, & authoritates ita determinauit,teste Petro de Benintendis, in d. decisio.65.nu.4.cum alijs seq. & in effectu hæc ultima opinio ꝙ treuga ex noua causa non rumpatur uerior est. Cõis opi.

OPINIO CCXXIIII.

Pax,uel treuga facta, ac rupta ab una parte, & terminis sic stantibus alteri parti non licet illam rumpere sine pœna,& incursione illius; adeò quòd ipsam pacem, seu treugam rumpere non potest, nec debet impunè, secundum Archi.in c.illi. uigesimaquarta quæstio.3. Io.And.in add. Specu.de treuga,& pace Ang.Pau.castren.& utrunque Raphaelem,in l.qui seruum,ff.de uer.obl.Bal.in rub.de treuga,& pa.col.fi.Ang.& Imo.in l.si ex legati causa,ff.de uer. ob.Io.And.Ant.& Fel.in c.peruenit,il 2.de iureiu. Marsi. consi.21.uol. 1.& ita in terminis cõsuluit Maria.Soci.cõsi. 27. Ianuensium dux. in cõtrariam uerò partem inclinauit Abb.in d. c. 1.de treug.& pa. quòd impunè ille,cui est fracta pax, aut treuga posset eandem frangere, quia illam nõ frangit,sed fractam inuenit, & licet aliqui Doct. inhærẽtes

Cõis opi. Abb. sententiæ, tamen quicquid isti suadeant opinio Archid. & sequacium est communis, & de consuetudine potius; quàm de iure obseruatur, teste Rapha.in d.l. qui seruum, & eam sequendam fore in iudicando, consulendoq; tanquam communem,& tutam hortamur.& aduerte quòd pacem iuramento firmatam frangens occidendo, uel uulnerando pœna mortis naturalis puniendus est,c. 1.§.siquis hominem.de pace tenen. uel uiolatoribus.item offendens aliquem de comprehensis in treuga, treuga ipsa durante puniri debet in pœnam amissionis manus.§. coges auth.de mand. princip. col. 3. ita φ punitur in ipso membro, cum quo deliquit,auth.omnes peregrini,C.communia de successio.& d.§.si quis,& ita tenet Bonifacius de Vitellinis,in tract.maleficiorum,in rubr. de treuga, nume.5.& seqben. circa fin. d. tracta.

OPINIO CCXXV.

Pignus prætorium, quod capitur ob rei non comparentis contumaciam, cum non reperiatur tempus præfixum in iure,quãdo uendi debeat,& possit; ideo relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus tale pignus uendi possit,secundum Docto. omnes,in l.cum proponas,C.de bon auth.iudi.poss. Bar.& alios,in l.si finita.§.Iulianus,ff. de dam. infec.Alex.& Ias.in l.à diuo pio.§. in uenditione, ff.de re iudi.& Ias.in l.debitoribus,nu.4.in fin.eod. tit.ubi
Cõis opi. ponit istam esse communem opinionem, & Negusantius, in tract.de pignori.& hypo in 6.parte.1. membri, nu.8.& aduerte quòd pignus prætorium illud dicitur,quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto,sequuta tamen immissione,ut est tex.& ibi not. Bar. in l.non est mirum,ff.de pigno. actio.

OPINIO CCXXVI.

Pignus conuentionale, quando aliud non conuenitur inter partes creditor debet expectare biennium à tempore moræ numerandum prius quam illud alienet,& sic elapso biennio illud uendere potest.text. est,in l.fin.§. sanci-

mus,

mus,C.de iu.do.impe. & hoc firmant glo. & omnes communiter,in l.debitoribus,ff.de re iud. & istorum opinionē sequuntur,tuentur,& dicunt esse communem ibi Alex.nu. 6.& 27.& Iaſ.nu.5.& seq.& licet in aliquibus casibus inter se conueniant pignus conuentionale, & prætorium,ut latè explicat,& interpretatur Negusantius,in trac. de pignori. & hypothe. in 3.par.2.membri, nu.29. cum multis seq. tamen ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale,& prætorium utiles,ueras,& necessarias.& pignus hoc conuentionale constituitur inter absentes,contrahitur quoque quibuscunque uerbis, etiam absque scriptura. item constitui potest de nocte,& in multis alijs casibus relatis,& plenè probatis per Negusantium,in dicto tract. de pignori.& hypo.in 3.par.1.membri,num.2.cum alijs seq. Cōis opi.

OPINIO CCXXVII.

Pollicitatio, quæ est unius promissio absenti non præsenti facta de iure canonico actionem, & obligationē inducit,& sic iure isto actio oritur,& conceditur ex pollicitatione,tex.est in c.iuramenti.22.q.5.& cōclusio hęc probatur,secundum Abb.ibi, in c.qualiter de pact. quam latè tuetur Fortun.in l. 1.col.2.& seq.ff.de pact.sed Panor.titubanter,& parum sibi constans,in c.inter uniuersas,col.fin. de elect. uoluit contrarium quòd iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur,cuius opinionem sequuntur Iaſ.in l.iurisgentium. §. sed cum nulla,ff. de pact. & in rub.ff.de uer.oblig.col.3.& seq.ibi Galiaula, fol.12. & Alciat.num.7.cum opinione hac transeunt,& explicant eam esse communem,& ego sequor tanquam uerissimam, prout in eandem sententiam inclinaui in prima par. in opinione. pactorum genera tria reperiuntur, in 3.ampliatio. Cōis opi.

OPINIO CCXXVIII.

Pollutio nocturna dormientis,& somniantis sola,& de per se non est peccatum mortale, nec ueniale, etiam quòd procedat à praua uigilantis cogitatione,& ab ingluuie,secundum Thom.de Aquino,in secunda secundæ.q.154.art. 5. sed ubicunque pollutio hæc dormientis haberet ortum

tum à causa, occasione, & culpa ipsius, tunc ratione culpę esset peccatum mortale, uel ueniale, secundum Thom. de Aquino, in d. articulo quinto, Ioannem Maiorem in quarto sententiarum, distinct. nona, quæstio. secunda, Paluda. in quarto sententiarum distinct. nona, quæstio. tertia, & Thom. de Aqui. ibi: quæstio. quarta, Florent. in tertia par. titulo decimoquinto, cap. sexto, §. decimo, & Theologos omnes communiter, & Canonistas, in cap. testamentum, sexta distinct. & Caieta. in secunda secundæ quęstione centesimaquinquagesimaquarta, ubi ait quòd nocturna pollutio est peccatum, ubi quis data opera ita, & taliter dormit quòd polluatur; & hinc est quòd ob huiusmodi pollutionem nocturnam à culpa ueniali procedentem sacerdos debet eo die abstinere à celebratione missarum de consilio, sed ubi culpa esset mortalis, tunc necessario, & de præcepto deberet à dicta celebratione abstinere, ut uoluerunt Thom. in tertia parte, quæstio. octuagesima; articulo septimo, & in alijs locis præcitatis Floren. in d. §. decimo, Palud. in d. quæst. tertia, & ibi Thom. quæstio. quarta, Siluest. in uerbo eucharistia tertia, quæstio. decima. & est text. & ibi gloss. in uersicu. humiliter, in d. cap. testamentum; cæterum Paluda. in d. quæstio. tertia, declarat hoc procedere cum grano salis, & tenet sacerdotem non incurrere peccatum mortale celebrando, ac se communicando post pollutionem nocturnam ortum, seu principium habentem à culpa mortali, etiam intra decem horas præmissa prius debita, & requisita contritione, & confessione dictæ culpæ, & opinionem istam Paluda. sequitur Siluest. in loco præmisso, & Ioannes Maior, in d. quæstio. secunda, ego uero in casu hoc admonerem sacerdotes omnes, ut si commodè fieri posset abstinerent eo die à communione propter maximum honorem præstandum sacramento sacrosanctæ eucharistiæ.

Cōis opi.

OPINIO CCXXIX.

In pluribus fundis possessio unius apprehensa, aliorum fundorum possessio apprehensa non dicitur, secundum gl. in uer. quamlibet communiter receptam ab omnibus, in l. 3. de acquir. possess. quod, & in rebus hæreditarijs præsertim procedit, in quibus, si apprehensa reperiatur aliquarum rerum possessio cæteræ res nondum apprehensę absque dubio aliquo possideri non dicuntur, ut uoluerunt Dyn. & Ancha. in c. 1. de reg. iur. Alex. post alios, in d. l. 3. quod, & Ias. inibi pulchrè tradidit dicens apprehensione possessionis unius prædij nequaquam acquiri possessionē aliorum prædiorum, etiam concurrente animo acquirere uolentis, l. prædia de acquiren. possess. allegansque Bald. in l. 2. C. de seruit. & aq. & Ang. in l. licet, C. de acquiren. possess. subiungendo hæc procedere non solum, quando plures res distinctę separatæque forent; uerum etiam si plures sub uniuersitate iuris, puta hæreditatis continerentur, nam, & eo pariter casu per apprehensionem possessionis unius rei hæreditariæ aliarum rerum possessionem nō contineri. in contrariam uerò sententiam inclinarunt Docto. antiqui, quos recitat Andre. de Iser. qui tenuere in casu, quo plures res titulo uniuersali quæsitæ essent, unius rei apprehensione, etiam aliarum rerum possessionem apprehensam dici, exemplificando de rebus hæreditarijs. per glo. in l. restituta. ad Trebell. & ita iudicatum esse, sicut Aluar. in cap. primo, uersicu. quæro ab extra. in titu. quid sit inuestit. ex dicto Andr. de Iser. latius tract. sup. & opinioni huic inhæret quoque Tiraquel. in tractat. de retractu consanguineorum, §. trigesimosexto, gloss. tertia, numero secundo, tertio, & undecimo, in titu. seu rubri. iurisdictionis in cuius territorio bonum acquisitum sit. sed parum, aut nihil obstant ea, quæ Aluar. & And. de Iser. super antiquorū opinione tradidit, quia ipsemet Andr. eā opinionē reprobat, & ait malè secūdū eam esse iudicatum allegando, l. qui absenti. §. fin. de acq. poss. quam antiquorū doctrinam, ét Dyn. & Ancha. in d. c. 1. reprobarunt, ideoq; remoto omnī dubio, tutè, & libenter possumus sequi cōem

Possessio. Cōis opi.

præmissam,quòd ex apprehensione aliquarum rerum hæreditariarum aliæ res,quæ non essent apprehensæ possideri non censeantur.

OPINIO CCXXX.

Possessionis probatio non sufficit in decisorijs petitorij iudicij,sed tituli quoque probatio requiritur,ut uoluerunt Pet.Cyn.Bal.Alberi.& Saly.in l. non ignorat,C. qui accu.non poss.Bar.Cy.& Bal.per tex.ibi in l.non nudis,C. de probatio.& Ias.in l.neque possessio.C. de testa. & istorum opinio communis est;licet,& malè Deci.consil.54.& Fely.in c.per tuas,ex.de probatio.teneant oppositum.

cõis opi.

OPINIO CCXXXI.

Possessor bonæfidei fructus suos faciens eos cum expensis melioramentorum compensare tenetur, c. ad nostram de rebus ecclesiæ non alienandis,l. sumptus, ff. de rei uendi.& l.insulam,§.fructus, ff.solu.matrim.ideoq; si colligeret,seu perciperet tot fructus,qui melioramẽtis ipsis æquiualerent,utique tunc rem restituere teneretur absque aliquorum melioramentorum solutione, secundum iura memorata,& not.& limitat Berous,in c. 1.nu.41. & seq. de in integ.restitu.q̃ quippe in tantum procedit,secundum cõmuniter Docto. ut si quis bonæfidei possessor esset uirtute tituli iniusti, & nulli,adhuc haberet locum dispositio,d.l. sumptus cum alijs.ll.præcitatis, uidelicet, q̃ melioramenta ipsa cum fructibus compensarentur, ita declarat Felyn. cum cæteris congestis per eum,in c.cum causa,col. fin.ex. de re iud.& Ant.Negusan. in tractatu de pignoribus in 4. membro quintæ par.nu.12.

cõis opi.

OPINIO CCXXXII.

Possidens prior per constitutum præfertur secundo habenti actualem possessionem , quia possessio est uera, licet modus sit fictus,secundum Bar. & cæteros omnes communiter,in l.ab emptione,col.fin.de pact.Ias. in l.quoties,C. de rei uendi. Deci. in l. contractus,ff.de regu.iuris,& Ias. consi.6.sub nu.2.uol.3.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCXXXIII.

Positio impertinens,quę aliàs reijcienda est,si cum alia coniuncta foret,efficeretur absque dubio aliquo pertinés, & admitti deberet,secundum Io.Andr. & omnes,in c. fin. de confes.in 6.Bal.in l.2.§.quòd obseruari,col.4.C. de iu. ca.Albe.Ias.num.19.& Ripam,nu.22. in l.quominus,ff.de flumini.ubi explicat istorum opinioné communem esse. Cõis opi.

OPINIO CCXXXIIII.

Præscriptio currit contra creditorem habentem hypothecariam intentandam aduersus tertium possessorem, etiam nondum discussis bonis principalis,ut per Deci.in c. cum inter,nu.23.de excep.& Soci.iuni.consi.17. nu.13.& consi.117.per totum,uol.1.ubi docent communiter reprobari Alex.cons.58.uol.5.asserentem contrarium,quoniã, cum quis impedimentum remouere potest, & non remouet non excusatur aliquo modo, & cum hac opinione cõmuni concurrit quoque Alex. sibi contrarius consil. 220. uol.6. nam , ut ipse inquit creditor est in culpa , cum non egerit ad discussionem principalis ; sed pro prima parte multa accumulauit Tiraq.in tract.de præscrip.in glo.7.ipse uero inhæreo sententiæ communi, tãquam ueriori per ea,quæ scribunt Soci. in d.consilijs,& Deci. ubi supra. Cõis opi.

OPINIO CCXXXV.

Princeps reuocans facultates sub quibusuis formis , & clausulis,non reuocat ob hoc concessas recepto precio,& in uim pacti, nam reuocaret conuentionem q. non posset, secundum Bal.in l.qui se patris,col. 7,C.unde libe.Roma. consi.252.nu.3. Anchara.in c. 1.nume.8.de constitu.lib 6. Abb.in c.nouit nu.25.ibi,quia illud transiuit in quasi contractum,quo etiam princeps obligatur,de iudi. Felv,in c. quæ in ecclesiarum,num,51.de constitu.Deci. consi.256. nu.6.consi.292.nu.7.& consi.689.nu.5.& seq.& Curti.iuni.consi.174.nu.24.& 33.ubi scribit istam opinionem esse communem,& Parisi.quoque consi.82.nu.48.& seq.& nu. Cõis opi.

52.uol.

51.uol.1.& ratio assignatur ista,siquidem princeps in contractibus uidetur uti iure priuati, ut per Pau. de Cast.in l. digna uox,C.de legi.Roma.consi.436.num.17. & seq.Ias. post alios,in l.traditionibus,C.de pact. & Deci. in d.consi. 286. nu.6. imo si princeps ipse motu proprio reuocat ea, quæ tenetur obseruare fingitur circunuentus, adeo φ contrarium probari non possit, quasi sit præsumptio iuris, & de iure,ut per Deci.consi.588.nu.19. & prædictæ communi ita comprobatæ accedit hęc altera opinio communis similis, uidelicet, quòd in illis rebus, quæ motu proprio principis apparent alicui concessa absque dubio aliquo in eum retorqueri non debent, & sic retorcutio fieri nequit, quando concessio est facta motu proprio,secundum gloss. communiter approbatã, in l.1.in uer. decernetur,ff.quod quis.iuris,quam sequitur, & recitat esse communem Iaffredus Lanfran.in decisio.368.in his quæ motu proprio, sed hoc limitat,& declarat Fely.in c.2.de mutuis peti.ubi ponit multos casus, in quibus fit retorquutio etiam, quando concessio motu proprio esset facta, & unum casum posuit quoque Ias.in l.fin.nu.13.C.de indic.uidui.tol.

Cõis opi.

OPINIO CCXXXVIII.

Principis literis,ac priuilegijs continentibus, seu attestantibus aliquem commisisse delictum, super quibus se fundet postea donando bona illius standum est, & sic ista assertio, atque narratio principis est sufficiens probatio delicti,secundum Tancre.Io.And.& Abb. in c.cum oporteat,ex.de accu sa.& in add.Specu.in titu. de inquisitione, §.nunc tractemus,uer.hoc autem notandum,& Barba.cõsi.46.col.23.uol.1. In contrariam uerò partem,uidelicet, φ assertioni principis non stetur, siue fides adhibeatur super crimine commisso inclinauit consulendo Deci. cum alijs signatis per eum consi.410.sub nu.8.cum alijs sequentibus,& Curti.seni.consi.49.sub nu.94. Sed primam opinionem mihi sequendam fore constitui,cui inhęret quoq; Aegidius Bossius,in practi.crimi.in titu.de principe,& priuilegijs eius,nu.80.& seq.fol.248. ubi ostendit istam opinionem Tancre.& aliorum uerissimam,& communem fore,quando

re, quoniam uerbis narratiuis ipsius principis credendum est,ubicunque in eis princeps se fundat,clemen. 1. de probatio.Alexan.consi.15.uol.5. Aret.consi.antepen.col.3.& sequen.& Felyn.in c.cum in iure,de offi.deleg.& in c.nonnulli,§.1.de rescrip.col.4.

OPINIO CCXXXVII.

Priuilegium potest concedere pontifex, per quod religiosi à decimarum præstatione eximantur,text. est in c.ad audientiam,c.ex parte,il primo, & il secondo,c.ex multiplici,c.dilecti,& c.super de deci. & docuimus supra in opinione consuetudo non soluendi decimas, circa fin. & potest pontifex per huiusmodi priuilegia eximere eos, liberareq; à præstatione ipsa decimarum, etiam ab alijs possessarum dummodo de hoc mentionem faciat.tex.est clarus, & apertus,in c.dudum,de priui.& ibi Innocen.Card.Ant. Abb.& alij,& Oldra.consi.268.sed si priuilegium hoc per triginta,uel quadraginta annos continuè,pacificè,& absq; lite aliqua seruatum non sit,& sic decimæ post impetrationem priuilegij huius solutæ sint in dicto tempore, & spatio, tunc per actum, consuetudinem, & usum contrarium perditur, & omnino extinguitur prædictum priuilegium concessum,tex.est in c.accedentibus,de priuil. & ibi gloss. quæ alias opiniones contrarias,tanquam erroneas reprobat,& glo.ipsam sequuntur Inno.Cardi. Ant. & alij communiter ibi,& in c. cum accessissent de constit. ubi Felyn. col. 15.multa congerit,& hoc idem uoluit Alex.consi.33. in princ. uolu.5. qui ex mente And.de Barulo,in l.2.C.de his,qui mu.spon.sub.lib. 10.determinat q̄,quando priuilegium actum reiterabilem continet ei nullo pacto præiudicari potest,nisi spatio triginta, uel quadraginta annorum, & sic opinio ista communis est, & indubitata quidem tam ex relatis authoritatibus,quàm ex omnibus Doct. utriusq; iuris consulentibus , & iudicantibus uarijs in locis, & ita fuit conclusum, licet in alio proposito in Rota Bononiensi, teste Petro de Benintendis decisio.13.sub nu.9.

Cõis opi.

a OPI-

OPINIO CCXXXVIII.

Priuilegium concessum patri pro se,suisq; filijs,& filiabus non competit filiæ nuptæ,& sic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit,secundum Bar.Ang.Io.de Plate. & cæteros,in l.quoties,C.de priuileg.schola. lib. 12. Fely.in c. nouit.col. 1.de iudi.Corsetum,in sing.in uer.priuilegium, Barba.in c.proposuisti,col.fin. de foro competen. Roma. & Ias.in l.cum quædam puella,ff.de iurisdi.om.iudi.& Ripam in respon.2.lib.2.de res.num.2.ubi perhibet istorum Cōis opi. sententiam communem esse, idemq; firmat Hierony. Cuchalon,in add.ad Deci.in l.fœminæ,ff.de reg.iuris,quamuis ibi Dec.& malè, nu. 83, & seq. contrariam partem sustineat,ut latius docuimus supra, in prima par. in opinio. 126.incip.priuilegium concessum alicui.

OPINIO CCXXXIX.

Procurator accedens de partibus ualdè remotis in aliquod iudicium cum instrumento mandati, petensq; creditum sui principalis,atque exhibens mandatũ ipsum in iudicio prædicto, licet aduersarius excipiendo opponeret de procuratore incognito,ac non esse il'um in mandato descriptum,nihilominus præsumitur,secundum Cy.Bald.& Saly.in l.si qua per calumniam,C.de episco.& cleri, Ang. in l.comparationes, in fin.C.de probatio. Abb. in c.corã, de offi.deleg.Imo.in clemen. 1.col.7.de procu.Felyn.in c. 2.col.8.de testi.Alciat.in tract.de præsumptio.reg. 1.præsumptio.33.nu.2.& Marsil. cum alijs accumulatis per eũ, cōis opi. in l.si quis ne quæstio,nu. 143.ff.de quæstio.& ista est communis opinio, præcipueq; ad præsumptionem inducẽdam pro producente,ut onus probandi transferatur in aduersarium opponentem non esse illum, de quo in mandato fit assertio. quamuis Fely. in d.c. coram,col.fin. ab hac communi sententia,& uerissima recedere non erubescat.

OPI-

OPINIO CCXL.

Prodigus notorius, ac manifestus potest contrahere, obligare, & alienare antequam sibi expresse interdicatur à iudice administratio bonorum, & sic prodigus ipse notoriè ante interdictam bonorum administrationem contrahere ualet, secundum glo. Bar. Bal. Ang. Pau. castren. & Roma. in l. is, cui bonis, ff. de uerb. oblig. Bal. in c. ex parte, col. 2. de consue. Imo. Anchar. & cæteros omnes Canonistas, in c. 2. de testa. Bar. Bald. Ang. Imo. & Aret. in l. is, cui lege, ff. de testa. & ista est communis opinio, ut referunt Castren. Alex. Aret. & Iaf. in d. l. is cui bonis, & magis communem inquit Boeri. in consuet. bitu. §. 8. in fin. & Aufre. in addi. ad. q. Tholosa. 362. & Carolus Molineus, in add. ad Deci. in l. furiosi super litera, e, ff. de reg. iuris. Cōis opi.

OPINIO CCXLI.

Prodigus delinquens postquam ei bonis interdictum fuit puniri ob talem delictum commissum non potest, & sic ad mortem naturalem propter facinus cōmissum damnari nequit aliquo pacto post bonorum interdictionem secundum communem opinionem relatam per Carolum Molineum, in add. ad Deci. in l. furiosi super litera, a, ff. de reg. iur. in contrariam uero sententiam, uidelicet, ut prodigus ipse. delinquendo subeat pœnas à lege definitas, sicut quilibet alius delinquens inclinauere glo. Bar. nu. 14. Bal. nu. 7. & Saly. nu. 5. in l. si quis in tantā, C. unde ui, Tiraquel. post leges connub. glo. 3. nu. 147. Bar. nu. 6. Ripa, nu. 33. & Iaf. nu. 17. in l. is, cui bonis, ff. de uer. oblig. ubi firmat istorum opinionem communem fore. adeo, ꝙ prodigus ipse, etiam ad mortem condemnari posset, ut uoluerunt Bal. in l. furiosum, circa fin. C. qui testa. facere poss. Ang. in l. Fulcinius, §. adeo, ff. ex quibus causis maiores, Areti. in d. l. is, cui bonis, in fin. Deci. nu. 6. & Cagnolus, nu. 13. in d. l. furiosi, ubi scribit istam esse communem opinionem. Cōis opi. Cōis opi. Cōis opi.

OPINIO CCXLII.

Promiſſio facta per uerba generalia, & adulatoria non inducit obligationem aliquam, ſecundum Ant. Io. de Im. Abb. & cæteros per illum tex. in c. cum ueniſſent, de inſtit. quia uerba hæc non ſunt appiccicatoria, cum licitum ſit ſeruire de uento, ut per præcitatos Doct. & Alex. in l. ita ſtipulatus, la grende, ff. de uerb. oblig. num. 5. & ſeq. & Afflict. in tract. de iure protomiſeos. §. 1. nu. 9. fol. paruo. 85. & hinc eſt, quod ſi poſtulo à Titio uis dare, ſeu donare mihi talem rem, & ipſe reſpondeat non modo rem iſtam, ſed etiam quæcunque habeo, & quicquid tibi placebit, tunc profecto ex iſtis uerbis generalibus non naſcitur obligatio, & petens ex huiuſmodi reſponſione non poſſet ſe fundare aliquo pacto, etiam ad petẽdam illam rem ſolam, cũ promiſſio prædicta per illa uerba nulla reddatur. d. c. cum ueniſſent, per quem tex. ita uoluit Bald. in concluſionibus iuris. Roma. in rubr. ff. de arb. & Alex. in d. l. ita ſtipulatus, nu. 5. cum alijs ſignatis ibi per eum, & Franciſ. Curti. iuni. in l. ea quæ commendandi, ff. de contrahen. emp. & Andr. ab Exea, in tract. de pactis, in 1. parte, num 271. fol. paruo. 228. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & quod hæc communis ſit conſtat pariter apertiſſimè ex cõgeſtis per Alex. in d. l. ita ſtipulatus, nume. 5. ideo ob hoc cautè agunt aduocati, qui nullam fidem adhibẽt promiſſionibus magnatum, ut eis ſuadet Io. Andr. in add. Specu. in titu. de aduo. §. hic dicendum, & refert Afflict. in d. §. 5. nu. 9. quoniam pluſquã ſimplices cenſentur illi, qui ſuaſionibus credunt, ſecundum Bal. in l. 1. in prin. C. ne filius pro patre. Et licet uerba animo iocandi prolata non ſint in conſideratione nec obligent, nihilominus iuramentum iocoſe prolatum obligat ſaltem ad ueniale peccatum, gloſſ. in c. nam §. fin. 25. diſtin. An autem iuramentum temerarium obliget uenialiter, uel mortaliter, dic ut per glo. & Arch. in c. Archidiaconum Florentinum. aliàs incipit, Florentinum. 85. diſtin. & per Abb. in cap. 1. de hijs quæ fiunt à maiori par. capit.

Cõis opi.

OPINIO CCXLIII.

Publicantur etiam hodie bona damnatorum ad mortẽ naturalem,secundum gl.Bar.& alios, in l.eius qui.§.si cui, ff.de testa.Alex.Corneũ,Deci.& reliquos omnes,in l.2.C. qui testa.fac.poss.Bar.in l.1.ff.de bonis damnato. & ista est cõis opinio,secundum Io.Igneũ,l.1.§. qui sibi,nu.93.ff. ad Syllan.Soci.in l. si cognatis,ff. de rebus dub. Deci. & Cagnolum,in l.seruitutem,ff.de regu.iur.& Ioan.Cephalum copiosè consi.79.num.4.ubi cum cæteris signatis per eum, nu.8.cum alijs seq.videtur respondere contrarium. Cõis opi.

R

OPINIO CCXLIIII.

Ratificatio, quæ fit tẽpore, quo actus nihil operatur pp lapsum tpis non ualet,quia inuenit obstaculum in medio, quod quippè impedit,ne tempora,seu extrema coniungantur,secũdum doctrinam Bal.in l.fin.C.ad Maced.communiter approbatam ibi à Doct.& ab Alex. cum ceteris citatis per eum,in l. 1.C.qui admit.& à Gomesio,in reg. cãcellariæ super reg.de annali possessore.q.46. in prin. ubi meminit de ista communi sententia, & sic ratificatio ipsa debet fieri tempore habili,ad hoc ut ualeat,ut per Doct. Cõis opi.

OPINIO CCXLV.

Restitutio in integrum ex ignorãtia probabili,ẽt maioribus concedenda est,secundum gl. fin. & cæteros,præsertimq; Ias.in l.2.C.de iure emph.Spe.in ti. de locato.§.nũc aliqua,q.15.& seq.Bar.in l.Aemilius,col.2. de mino.Dec. consi.564.nu. 19.Fel.in c.uigilanti,col.2.de præscri. Affli. decisio.37.in prin.& 329.per totam,Bar.cæterosq; cõiter, in l.cũ filius,§.in hac,col. 1.ff.de uer.ob.Craue.consi.204. nu.22.& consi.225.nu.7.Ruin.consi.139.nu. 14. & 17.uol. 2.consi.26.nu. 19.& 32.uol.3.& Balb. in tract. de præscri. in 4.par.5.partis princ. q.29.ubi cum alijs copiosè relatis per eum perhibet istam cõem opinionem fore, & Grãma. quoq; decis.52.nu.5.& seq.& sic non tm̃ minorib. ex iusta ignorantia,uerũ etiã maioribus,ut supra docuimus ipsa in integrũ restitutio ex clausula generali uenit concedenda. Cõis opi.

S

OPINIO CCXLVI.

Scientia sola in crimine læsæ maiestatis ob delicti atrocitatem,& immanitatem non sequuto aliquo consensu,cõsilio, & facto est punibilis, ideo uassallus sciẽs maleficium committi contra personam principis sui, uel contra patriam, & id non propalans,seu releuans incidit in crimen læsæ maiestatis,& punitur uti rebellis,secundum Bar. in l. utrum,nu.3.ff.ad leg.Pompe.de parrici.Ang. & ibi Augu. in add.in tracta.maleficio. in uer. tu hai tradito la tua patria,in uersi.quod crimen,nu.10.Salyc. in l.quisquis,C.ad leg.Iul.maiesta. Ang.in §.publica,in fin. institu.de public. iudic.Afflict.in c. 1.§.& bona committentium, nu. 103. in tit. quæ sint regal.in usibus feudorum,Calca.consi.2.quod autem,col.4.Deci.in l.culpa caret,nu.9.ff.de reg.iu. Marti.Lauden.in tract.de crimi.læsæ maiesta.q.13.Abb.& Fely.in c.1.de offi.deleg. & in practica opinionem istam seruari dicit ibi Fely.& Ange. in locis præcitatis, & sequitur Bertachi.in suo reperto.in uer.scire,in uersi. 14.ubi meminit se fecisse decapitari quosdam ex sola scientia tractatus non releuati contra summum Pontificem,& August. in d. additio.ad Ang. refert quoque aliàs se fecisse unum potentem dominum decapitare hac de causa , & Deci. in d.c. 1. nu. 35. asseuerat ꝙ ita obseruatum extitit Florentiæ, dum ipse legebat Pisis contra Renatum de Patijs,qui ob nõ reuelationem factam coniurationis cõtra rempublicam fuit decapitatus, & infinitos decapitari uidit Bononiæ Barba. per istam Bart.sententiam,ut ipse testatur, in d.c. 1.nu.26. & eandem opinionem declarat Io.Cephalus consi.75.nu. 6. 28.cum alijs seq.& consi.seq.nume.60.cum cæteris seq. uol. 1. sed contrariam partem tenuerunt nonnulli Docto. congesti per Fely.in c.quanto,de senten.excommuni.& in c.de cætero,col.fin. de re iudi. ubi titubanter fatetur opinionem Bart. in praxi non obseruari, & nimis rigorosam esse ait Gigas,in tract. læsæ maiesta.lib 3.in titu. de pluribus,& uarijs quæstionibus. q.2. & Cassaneus in consuetudini.Burgundiæ,rub. 1.nume.32. & iniquissimam appellat

Marsil.

Marsil.in sing. 164.nemo debet se submittere,& crudelem commemorat Barba.in d.c.1.nu.62.& Bal.consi. suo inci. cũ quędam allegata sint, qui originaliter reprobauit cõsu lendo Bar. & protulit ibi quædã fatua uerba ꝙ iudices sequentes Bart. doctrinam omnes sunt homicidæ, & ꝙ anima Bart. ob hoc sepulta est in inferno, nihilominus spretis uerbis Bald. tanquam uanis,& mordacibus ipse sequor opinionem Bar.quem tueri non posse ob temporis angustiam multum crucior, cæterum iudicio meo eius felix, benedictaq; anima ob huiusmodi opinionem non patitur detrimentum, nec afflictionem aliquam apud inferos, at quiescit in pace,& quiescet in æterna secula,prout in hoc proposito attestatur,& commemorat Franc. Coscius Decanus Senensis,in c.1.nu.93. de offic.delega. & opiniones istas conatur concordare distinguendo Augusti. Berous, in d.c.1.sed opinio ipsa Bar. est communis,teste Alciato, licet sub dubijs uerbis,in l.bona fides,num.20.ff.deposi. & in l.4.§.Cato,nu.25.ff.de uer. oblig. & in effectu communis,& uerissima est,obseruaturq; in practica,ut patet ex rolatis apertissime. quæ quidem communis procedit quoq; in filio, qui sciens aliquem occisurum patrem suum, & nõ reuelans, licet non sit delicti particeps punitur, ut parricida,secundum Bar.in d.l.utrum,& quare anima Bar. crucietur apud inferos non uideo rationem, cum ex sententia philosophi dijs, & parentibus non possumus reddere æquale, immo in fundamentis naturæ Deus per potẽtiam suam non posset producere Socratem, uel Platonem non concurrentibus patre,& matre,ut habetur.2.physicorum, tex. commẽ.26. quamuis Theologi putent Deum gloriosum supplere uices causarum particularium, ut patuit in Adam,nec obstat ratio Bald.in d. consil. ꝙ non reperitur lex, quæ dicat, ꝙ quis propter solam scientiam mori debeat,quia respondeo ꝙ transcenduntur fines legum crimi nis atrocitate ex deductis per Barto. in d. l. utrum, & hoc in terminis tenent Abb. in cap. primo, de restitutio. spoliatorum, & Domini. in cap. negligere. vndecima, quæstio.septima.

Cõis opi.

OPINIO CCXLVII.

Scholarium,uel professorum appellatione ueniunt doctores,ut latè per Abb.col.2.& seq.& Fel.in proœ.Gregoria.Barba. in c. ex literis,nu.9. de constitutio.& Iacobum Mandellum consi.27.nu.6.sed appellatione ipsorum scholarium, aut studentium utique non ueniunt scriptores aliquo modo,secundum glo. singularem,in clem.1. de elect. Ant.cæterosq; omnes,& præsertim Barba.num.13.in c.ex rescripto de locato,ubi istã esse cõem opinionẽ existimat.

Cõis opi.

OPINIO CCXLVIII.

Sententia lata de nocte, quasi extra tempus statutum à lege prolata, & qñ potestas iudicis suspensa uidetur nõ ualet,secundum glo.Bar.Abb.Bal.Ang.Pau.castren. Alex.& Ias. qui asseruit opinionem istam esse communem, in l.nõ minorem,C.de transactio.& in l.more,ubi gl.& alij, ff.de fer.& Iaffredus,in decisio.412.ubi scribit quoque istorum sententiam esse communem,& sequitur gl. Ang.& omnes, in §.omnis,institu.de uer.oblig.ubi ipse Ange.inquit opinionem præmissam Bar.seruandam fore, & qꝫ recedens ab ea litem suam faceret, & inquit communem, declarat, & sequitur pariter subtilissimus,& celeberrimus in legendo, & consulendo hac tempestate D.Thobias Nonius Perusinus,in d.§.omnis,nu.22.& seq.& Maranta,in tracta. iudiciorum,in 6.par.3.& ultimæ partis,in 1.actu,num.92.fol. paruo.158. in contrariam uerò partem inclinauit Hostiẽ. in summa,de iudic.§.qualiter,& gloss.& Butri. in c.consuluit,ex.de offic. deleg. quorum opinio procederet absque dubio, quando ambæ partes essent præsentes, & non contradicerent, quando ultima dies instantiæ, & iurisdictionis expiratura esset, aut quando accederet expressus partium consensus, siue quando iudex negociorum multitudine impeditus de die pronunciare non potuisset,aut quãdo consuetudo in loco uigeret,ut nocturno tempore sententia feratur,& sic in omnibus istis casibus prædicta Hostien.opinio procederet,& sententia lata de nocte ualeret, & teneret,prout cõmuniter declarant Doct. in locis præcitatis,

Cõis opi.

Cõis op.

citatis,& Canonis.in d.c.cōſuluit,ubi Feli.Io.Andr.in add. Spec.de ſenté.§.iuſta,col.4.in uer.de nocte,Iaſ. in d.l.non minorem,& Iaffredus,in d.deciſi.412.ubi meminit de iſta cōi,& prædictas limitationes,ſeu declarationes,& alias q̄-plures poſuit uberius, utilius, ac diſtinctius q̄ alius, quem hucuſq; uiderim D.Thobias,in d.§.oīs,& aduerte ad præmiſſorum declarationem ꝙ nox dr̄,qñ tenebræ ſunt ſuper terram,adeo ꝙ homo de facili non cognoſcitur,c.ſi perfodiens,ex.de homici.qué text.ad hoc citat Ang.in l.1.C.de cuſto.reo.declarat Bal.in d.l.more,in prin.& refert Deci.conſi.354.in caſu, in fin. & aduerte etiam,ꝙ,qñ ſententia ipſa fertur de nocte in dictis caſibus tria luminaria adeſſe debent,ſecũdum Bar.Ang.& oés,in d.§. omnis,& ego tam in cauſis ciuilibus,q̄ criminalibus multoties in regno dum eram in iudicandi poteſtate conſtitutus impeditus de die nocte protuli ſententias,tribus tñ luminaribus accenſis,& ita uidi obſeruari multis uicibus me patrocinante, quãuis iudices non teneantur, nec cogi aliquo modo poſſint ad pronunciandum de nocte de iure cōi, nam magiſtratibus temporibus ueſpertinis in publicum eſſe non conuenit, l. 2.§. deinde cum eſſet, ff. de orig. iur. ſed cauſas audientes matutino, mox meridie, & demum ueſpere ideſt ante noctem ſedere debent.§.ſedebunt,in auth.de iudi.& hoc idé in regno ſancitum reperio in conſtitutione baiulos diſponente, ꝙ omnes iudices à mane uſque ad ueſperas præter neceſſarias horas comeſtionis,& ſomni ſui copiam omnibus præſtare teneantur.

OPINIO CCXLIX.

Sententia expertorum peritorumq; in arte,ut ſunt Medici obſtetrices,extimatores,ſimiles, qui de credulitate iurant,& non de ueritate nunq̄ tranſit in ré iudicatam, ita ꝙ perpetuo ab ea pōt appellari,ac pōt retractari, reuocariq; ipſa ſñia poſt tp̄s datum ad appellandũ, ſi ſuperueniret dictũ aliorũ magis peritorũ,qui contrariũ dicerent, ꝙ prędicti imperitè extimauerunt,& iudicauerunt,ſcd̄m Io.And. in add.Spec.in ti.de homic.§.fi.uer.ſed pone, Bal.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir.ff.ſo.ma.Ang.in l.ꝙ ſi mãcipiũ,ff.de ędil. edic.Ant.& omnes,in cap. propoſuiſti, de probatio.Iaſ.in l.ad-

l.admonendi,ff.de iureiu. Barba. & Deci.nu.42.cum alijs seq. in d. c. proposuisti Maran.in tracta. iudiciorum,in 6. par.in 1.actu,nu.131.fol.paruo.159.& Marsil. in l.1.§.fin. Cōis opi. aliàs siquis ultrò,ff.de quæstio.num.55. ubi scribunt istam esse communem opinionem, & ita consuluit Io. de Amicis conf.102.ubi,nu.5. pariter dixit istam communem sententiam fore,prout asseruit quoque Grammat.consi.ciuili.118.nu.2.& Cagnolus,in regu.consil.j,ff.de regu. iuris, nu.32.sed si appellatio interposita extitisset ab hac sententia expertorum utique curreret,& periret instantia appellationis unius anni circulo,quemadmodum in cæteris iudicijs,& posset ipsa sententia exequi,ut in c.ex ratione,de appella. & ita consuluit Grammati.in d.consil.ciuili.118. item interpretatur dicta communis non habere locum, ubicunque experti assumpti forent accedente ambarum partium consensu, tunc quippè sententia istorum retractari nequit,secundum Ias.in d.l. admonendi,col.22.& Marantam ubi supra.

OPINIO CCL.

Sententia,qua iudex simpliciter pronunciauit,prout in consilio sapientis, seu consultoris cōtinetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum,ualet, & tenet propter relationem factam ad illud consilium,secundum Pet. Cy. & Bal.in l.1.C.si aduer.lib.Ange. in l. qui se dicit,ff. de iudi. Abb.& Deci.in c.cum uenerabilis,de exceptio.nu.142.& Marantam,in tract.de iudi.in 6.par.3.par.num.126.super cōis opi. primo actu, in quibus locis recitant istam esse communē opinionem. Hoc uerò limitatur non procedere ubicunq; iudex diceret in sententia pronuncio in omnibus, & per omnia, sicut pronunciauit talis iudex in tali causa, tunc profectò huiusmodi sententia non ualeret aliquo pacto, si quidem certificatio nulla sit per relationem ad acta eiusdem instantiæ,secundum Ange.& Imo.in l.si conuenerit, ff.de re iudi. Specu. in titu.de sentent. prola. §. qualiter, uer.sed si iudex.ubi pariter Io.And.in add. hoc firmat An cōis op. ge.& Ias.in §.curare, nu.37.instit.de act.ubi scribit istā esse communem opinionem,fallitq; similiter præmissa cōis nō habere

habere locum, quando iudex formaliter assereret pronun cio absolutionem, ut in cõsilio, hoc enim casu, cum iudex ipse futuri temporis uerbis utatur non ualet sententia, secundum Bar. in d.l.1.C.si aduer.lib.& Deci.in d.c.cum ue nerabilis, ubi nu. 144. præsupponit istam esse communem opinionem. Sed si iudex diceret in sententia. condemno si est probatum aliter absoluo, hoc casu absque dubio ualet sententia ista, secundum Ange.in d.§.curare, & ibi Ias. numero trigesimonono, qui explicat opinionem hanc communem fore. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCLI.

Sẽtentia lata ex probationibus priuilegiatis, sicuti si fertur ex testimonio partis aduersæ in supplementum semiplenæ probationis, & in multis alijs casibus, quod est contra, l.omnibus, C. de testi. cum similibus nunquam transit in rem iudi. intantum ꝙ perpetuò, semperq; apparentibus ueris probationibus reuocari potest, secundum Inno.in c. tua nos, ex.de cohabi.cleri.& multe.Bar. Roma. Alex.Ias. & omnes, in l.admonendi, ff.de iureiu. Angel.in l. sub specie, C.de re iudi. Ant. Imo. Cæterosq; Cano.in c.proposuisti, de probatio. Panorm.in c. ex tuarum de purg. cano. Deci.in d.c.proposuisti, nu.44.& Io.de Amicis consi.102. num.4. ubi exprimit istam esse communem sententiam, & sequitur, ac limitat Maranta, in trac.iudiciorum, in 6. par. in primo actu, nu.146.fol.paruo.159.ubi, nu.130. cũ alijs seq.refert 24. casus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam. Cõis opi.

OPINIO CCLII.

Sententia lata ex præsumptionibus non transit in rem iudicatam, ut habetur, in l. si qui adulterij, C. de adulter. secundum communem intellectum, de quo per Fely. post alios, in c.proposuisti, ex.de probatio. Cõis opi.

OPINIO CCLIII.

Seruitutis titulum à domino habens, licet non possit probare per instrumenta, ac testes, potest tamen illum titulum

tulum probare ex longa possessione, undè in casu isto alle gans ad probandum titulum pro coniectura tituli se usum fuisse illa seruitute domino sciente, & patiente decem, uel uiginti annis debet obtinere in causa, secundum glo. Bart. & Floria. in l. seruitutes, ff. de seruit. Inno. & Abb. col. 5. in c. si diligenti, de præscrip. Inn. Ant. & Abb. in fin. in c. peruenit, de censi glo. Bar. Fulgo. & Floria. in l. cum de in rem uerso, ff. de usuris, Bart. in sua disput. exordiente quædam mulier, Ang. Aret. in §. æque, institu. de actio. Bart. & Imo. in l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. & Pau. castren. in d. l. seruitutes ubi scribit istam esse cōem opinionem Legistarum, & Canonistarū, quos omnes refert Fely. in c. de quarta, col. pen. de præscrip. & idem firmat Cæpoll. in cautela. 108. incip. in præscribenda seruitute.

Cōis opi.

OPINIO CCLIIII.

Simonia commissa in ordine suscepto non dat, neque præbet aliquo modo executionem huius ordinis, imò impedit executionem omniū aliorū, & sic simoniacus iste est suspensus ab ordine per simoniam suscepto, & ab alijs ordinibus, scḋm tex. in c. præter. §. uerū. 32. dist. Inn. & oēs, in c. tanta, de simo. Host. in summa, ti. de simo. §. qua pœna, Syluest. in uer. suspensio. q. 7. Archidi. in c. ordinationes. 1. q. 1. Inno. & Abb. in c. per tuas, il 2. nu. 5. de simo. quorū opinio cōis est, ut per scriben. in c. si quis, eo. ti. in d. c. tanta, & hoc procedit quoq; in simonia cōmissa in beneficio, uidelicet, ꝙ simoniacus iste est ipso iure priuatus beneficio, secūdū Præpo. in c. presbyter, col. fin. 1 q. 1. & in c. statuimus, in 1. & 2. col. in ea. q. & licet opinio hæc olim per aliquos Docto. dubia redderetur, hodie tñ per constitutiones modernorū Pontificum simoniacus ipso iure beneficio est priuatus, teste Fel. in c. in nostra, de rescri. & in c. 2. eo. tit. imò in concilio Constantiensi fuit facta determinatio ita clara, perspicua, & aperta, ut non accidat amplius ullo pacto circa hæc dubitare, ut constat in extrauag. exordiente. multa, ubi Martinus Papa, ita inquit sacro approbāte concilio declaramus ꝙ ordinati simoniacæ ab executione suorū ordinum sint ipso iure suspēsi, electiones, aut postulationes, cōfirmationes, & quæuis prouisiones simoniacæ ecclesiarū, monasteriorū, dignitatum, personatuū, officiorū, & beneficiorum

Cōis opi.

ciorum quorumcunq; deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumq; per illas ius cuicũq; acquiratur, nec promoti, cõfirmati, aut prouisi faciãt fructus suos, sed ad illorũ restitutioné, tanq̃ iniustè ablatorũ, teneantur. statuẽtes insuper q̃ dãs, & recipiẽs ipso facto sñiam excõicationis incurrat, ét si põtificali, aut cardinalatus refulgeat dignitate. itẽ in alia extrauagãti facta anno secundo sui põtificatus, inci. dãnabilẽ, confirmat oẽs excõicationes, suspẽsiones, priuationes, & interdicta, & alias cẽsuras latas à sũmis pontificibus. Cõtra simoniacos, quos incurrere uult ipso facto oẽm simoniacũ occultũ, uel manifestũ ubicunq; simoniã cõmiserit, cuiuscũq; status, ét si epatus, aut cardinalatus, aut quauis alia ecclesiastica, uel tpali pręfulgeat dignitate, dictarũ, excõicationũ, suspensionũ, & pœnarũ absolutionẽ sibi reseruãs, nisi in mortis articulo, nec uult q̃ uirtute cõcessionis indulti, aut cuiuscũq; facultatis absoluẽdi cõcessæ, uel cõcedẽdę à sede apostolica, possint absolui, nisi spãliter de pctõ simonię authoritatẽ absoluẽdi cõtineãt, hoc idẽ statuit Eugenius in alia extraua. inci. cũ detestabile, ubi excõicat oẽs simoniacos tã in ordine, q̃ ét in beneficio, & absolutionem reseruat sibi, & successorib. suis pterq̃ in morte, nec uult (sicut, & Martinus,) q̃ possint absolui, nisi mẽtionẽ faciãt de simonia, & sic oẽs simoniaci in ordine, & beneficio, & oẽs meditatores, pcuratores, & cõsentiẽtes sunt excõicati, qm ut ait Pau. ad Ro. qui talia agunt digni sunt morte, non solũ, q faciũt, sed ét, q cõsentiũt faciẽtibus, & ideo scriptũ ẽ, nemo assumat sibi honorẽ, nisi uocatus à Deo, tanq̃ Aron: & simoniacus p dictã extrauag. cũ detestabile Eugenij, seu Pauli. 2. in ti. de simonia est excõicatus ipso iure, & ipso facto, unde hæc uerba posita ubi cõtra simoniacũ canones inducũt latæ, nõ ãt ferẽdæ sñiæ, scdm gl. in c. in penis, de reg. iu. in 6. & in c. quẽcũq; de hęret. in 6. Ias. in l. 2. col. 4. C. de iure emph. & Ab. i c. 2. circa fi. d' fo. cõp. ubi recitat istã esse cõem opionẽ, idẽq; fatet Cassadorus, i decis. 1. nũ. 2. 4. & 5. in ti. de simonia, pferẽdo quoq; hoc utile, & magnũ uerbũ q̃ ita i curia Ro. tpe suo interptata fuit d. extrau. cũ detest. Cõis opi.

OPINIO CCLV.

Sodomita occultus, ét pacta pnĩa ẽ ipo iure suspẽsus ab executiõe ordinis, & celebrãdo iteri añ põtificis dispẽsationẽ irregularitatẽ incurrit, ac irregularis efficit, ea. q. dẽ irregularitate,

laritate, quæ à solo papa fit delebilis, secundum Specu. in titu. de dispensatione. §. iuxta propositionis, nu. 17. Hosti. & Io. And. in c. nisi cum pridem. §. 1. de renunciat. Archi. Domini. & Præposi. in c. de his, in 2. 50. distin. Areti. & omnes, in d. c. nisi cum pridem. §. 1. & in c. fin. de tempo. ordinat. & Soci. in c. ad audientiam, nume. 27. de homicid. & Bertachinnm, in tract. de episcopo, in 1. par. 2. lib. q. 30. & Cæsarem Lambert. in tract. de iure patrona. in 1. par. lib. 2. q. 9. articu. 18. nu. 4. ubi istorum opinionem tuetur ab omnibus ferè contrarijs, & fatetur esse communem. & huiusmodi nefandum crimen committentibus pœna, etiam statuta est, quod deponantur, & in monasterium detrudantur, ut in c. clerici, de excess. prælat. ideoque ecclesiastici iudices tales sodomitas post depositionem ob huiusmodi canonis dispositionem perpetuis carceribus, & obscuris includere consueuerunt, in quibus miserrimam mortem ipsam exoptando uitam agunt, nisi fuga eos liberaret, & nõnulla alia tractantia de huius nephandi criminis grauitate traduntur per Afflict. in constitu. Neapo. lib. 3. rubr. 42. nu. 10. Lucam de penna, in l. 3. col. 3. C. de exactor. & exceptori. lib. 12. Parisi. consi. 163. lib. 4. & per Cæsarem Lambert. in d. articu. 18. sed hodie episcopis licitum, permissumq; est dispensare super omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto prouenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio uoluntario oritur, & sic quilibet episcopus in sua dioecesi delinquentes quoscunque sibi subditos per se, aut vicarium suum in foro conscientiæ gratis absoluere potest in quibuscunque casibus occultis, etiam sedi apostolicæ, reseruatis imposita pœnitentia seculari, ut expresse uidetur statutum in concil. Tridentino, in sessio. 24. cap. 6. fol. paruo. 261.

Cõis opi.

OPINIO CCLVI.

Sodomiæ crimen iustam, & legitimam causam præbet dissoluendi matrimonium quoad thorum, unde ob hoc nephandum scelus contra naturam peti potest separatio thori absque aliquo dubio, & maritus dimitti debet, c. omnes accusationes. 32. q. 7. & notat Cald. Ant. Abb. &

Ana.

Ana.in c.maritis,de adulte.Silueſt.in uer. diuortium,q.7. Afflict.in conſtitutio.repudium,nu.2.rub.44.lib.3.& Caſſa.in conſuet.Burg.rub.7.§.3.nu.6. & opinionem iſtorum communem dicit Barba.conſi.64.uol.1.Abb.in d.c.maritis,& Lamber.in tracta.de iurepatr.in 1.par.2. lib.q.9.art. 18.in fin.ſed glo.in d.c.omnes,in uer.ſodomita,& Inno.in c.1.de adul. diſſentiunt ab iſta communi abſque aliqua ratione militante in iure, ideo ſequor communem, tãquam ueriſſimam, cui uidetur inhærere Hierony. in epiſtola ad Damaſum,uel ad Amandum presbyterum.3. epiſtolarum tomo,& apertiſſimè Amb.1.ad Corin.c.7.dum aſſerit,aut quærat uſum uxoris interuertere, quibus profectò uerbis innuere uidetur uxorem poſſe petere cõiugij diuortium, ac ſeparationem quoad thorum, ſi à uiro ad uſum contra naturam tentata fuerit,quod,etiam Barba.aſſerit,in d.con ſi.64.quem ſequitur Deci.in l.1.nu 8.C.de ſec.nup. Cõis opi.

OPINIO CCLVII.

Solitum inducitur ex unico actu,ac ex unica uice,l.Mella.§.ſed,& ſi alimenta,de ali.& ciba.lega.& ibi Bar. Curti. iuni.conſi.19.nu.4. Ang.& Pau.caſtren. in l.cõſentaneum, C.quomodo,& quando iudex,& Gozadi. cum alijs ſignatis per eum conſi. 53.nu.5. ubi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam. Conſuetum uero exigit ſaltem binos actus,ut tradit Deci.conſi.222.nu.10.& conſil.441.nu.11. in l.ut liberos,nu.11.C.de collatio.& in c.1.de conſuetu. Cõis opi.

OPINIO CCLVIII.

Spoliatus beneficio non eſt aliquo modo reſtituendus, ſi contra eum obijciatur notorius tituli defectus, c.ad decimas,de reſtitu.ſpoliat.in 6.tenet,& firmat Inno.in c conſtitutus de filijs presbyt.Præpo.in c.2.3.q.1.Domi.in d.c. ad decimas, col.3. Henric. in c. cum ueniſſent,de inſtitut. Ant.col.pen.& Franch.in 7. differentia, in c.bonæ,de appellatio.in 6.Imo.& Abb.in c.in literis, nu.2.& 28.de reſtitu.ſpoliat.idem Abb.& Aret.in c.ſi conſtiterit,de accuſat.& Caſſadorus,in deciſio.3.nu.4.& ſeq.in titu. de reſtit. ſpoli.

Cōis opi. ſpol.qui fatetur iſtam eſſe cōem opinionem, & Gomeſi.in reg.de annal.poſſeſ.q.58. ſed ipſemet in reg. de nō iudicā. iuxta form.q.5.meminit quādoq; in Rotę prætorio prædi ctam Inno.ſententiam communem reprobatam fuiſſe, ipſe uero ſpreta aſſertione iſta friuola non diſcederem à dicta communi,tanquam in iure ueriſſima, imò eam totis uiribus ſequendam fore in iudicando,conſulendoq; ſuadeo, & huic opinioni Inno. & ſequacium inter alia unum fundamentum obſtare uidetur,uidelicet ꝙ prędo in beneficio eccleſiaſtico reſtituendus foret ante omnia,d.c. in literis, cui quidem fundamento realiter reſponderi poteſt nō habere locum hoc, quando conſtaret in iudicio ſpoliatum eſſe prædonem,tunc certè negari ei debet omnino reſtitutio,ſecundum Inno.& Imo.ibi,& Corſet.in tract.de excellentia regis.q.72. item ſpoliatus minime reſtitueretur ante omnia quando ex huiuſmodi reſtitutione irreparabile damnum ſequi poſſet. ſecundum Pau. caſtren. Alex.& Iaſ. in l.2.C.de edic.diui Adri.tollen. Legiſtas omnes,præſertimq; Alex.& Ripa, in l. naturaliter.§. nihil commune.ff. de acqui.poſſ.& Iacob.Menoch.cum alijs per eum congeſtis,in tract.recuper.poſſeſ.in primo remedio.num.279.& Cōis opi. ſeq.ubi fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & optime declarat.

OPINIO CCLIX.

Sportulæ ſolui non debent de iure canonico in foro eccleſiaſtico, & ſic hoc iure clerici ad ſolutionem ſportularum non tenentur,c.cum ab omni.de uita,& honeſta.cler. & hinc eſt,ꝙ iudex eccleſiaſticus ordinarius habens beneficia ſufficientia non poteſt à litigantibus petere ipſas ſpor Cōis opi. tulas,ſecundum Io.Andr.Panor. & cæteros communiter, in d.c.cum ab omni.per tex. ibi. Similiterq; iudex delegatus habens ſufficientes redditus minimè ſportulas recipere poſſet,ſecundum Abb.in d.c.cum ab omni,col.penul.& Corſet.in ſing.in uerſi. ſportulæ. Sed ſtante conſuetudine in contrarium,tūc profectò de neceſſitate huiuſmodi ſportulæ ſoluendæ forent,ut uoluerunt Specu.in titu.de ſalar. §. 1.uer.ſi uero ordinarius,Imo.in l. Pantonius aliàs ſi uni,

de re

de re iudi. glo.& Bar.in auth.offeratur,in uersi. sportulis, C.de litis contestat. glo. Io.Fabri,& omnes in §.tripli,institu.de actio.& ibi etiam Ias.nu.46.qui ostendit istam esse magis communem opinionem,& licet Roma.sing.180.asseueret sententiam glo.& Ioan.Andr.in clemen.statutum, de elect.contrariam,uidelicet,φ talis consuetudo non ualeat esse communem,nihilominus eum reprehendit Corset.in d.sing.in uers sportulæ,& in effectu præmissa opinio Specu. censetur magis communis, obseruaturque in practica,teste Ioan.Ant.de Nigris,in extrauaga.Clementis 7. de uita,& honesta.cleri.nu.32.quæ reperitur,in fin.sui repertorij super capitulis regni. De iure uerò ciuili in foro seculari sportulæ recipi possunt per iudicem,l. cum clericis, & authen. ibi posita,ubi omnes scriben. not.C.de episco. & cleri. & §. sportularum,auth.de san. episco. Ideo si plures libelli porrecti in iudicio essent, tunc tanquam pro pluribus sportulæ soluerentur, secundum Bald. in l.edita, in repet. Paduana,col.15. uersic. decimoquinto quæritur quomodo cognoscimus. C. de eden. Cæterum aduerte,φ pro libello cumulato non soluerentur, nisi unicæ sportulæ,ut per Bal.eleganter,in c.ad ultimum,in fin. argu. illius tex. de causa possess. & propri. subdentem ibi quod absque dubio aliquo uerum foret, si respiceret unicum interesse. Debētq; ipsæ sportulæ solui etiam arbitris,secundum Bar. in l.fin.nu.2.per tex.ibi,C. de principibus agentium in rebus,lib.12.Specu.in titu. de arbit.in §.sequitur,Flori. in l. sed,& loci,§.in iudicio,ff.fini.regun. Alberi. per tex.ibi,in l. Labeo,§. ait prætor,ff.de arbit. Marcum Ant.Blancum, in tract.de compromissis,quęstio.8.nume.22.& Io.de Arnono in commentario. 104. nota uenales sententias,& in commentario seq. ubi ostendit hoc procedere quoque de iure regni Neapo. Sed tales sportulæ ipsi iudici, seu arbitro per pauperes litigantes solui non debent, secundum glo.Henric.Boic.& cæteros,in d.c.cum ab omni,in uersi. præter,Marc.Ant.Blan.in d.q.8. sub nu.22.Io.Ant.de Nigris,in d.extrauag.Clementis 7.num.33.ubi luculenter,& doctè more suo hoc interpretatur.& Io. de Arnono in cōmentario. 30. cum hodie in regno omnes causæ sint summariæ.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCLX.

Statutum in partibus tuſciæ loquens de inteſtato habet locum in pupillo propter communem uſum loquendi in tuſcia,& ſic ſtatutum hoc diſponens q mater filijs inteſtatis, uel ab inteſtato non ſuccedat de uerbi proprietate in pupillo, qui proprie inteſtatus non decedit locum habet, & per conſequens mater ad hæreditatem ipſius pupilli defuncti non admittitur ſecundũ Bar.in l. 1.ff.de ſuis,& legi. per text. ibi, quem ait interpretationem huiuſmodi, ſeu extenſionem facere ex communi uſu loquendi,& licet magna altercatio ſit ſuper hoc dicto Bar. per ea, quæ latè tradit Alex. in l. generaliter, col.2.C. de inſtitu. & ſubſti. ubi ponit duas opiniones principales,& latiſſimè per Dec. conſi.466.ubi refert,& ponit duas communes, & cõſ.563. nu.2.ubi inquit magis communem opinionem Bar. in d.l. 1.& uberius per Curti.iun.conſi.134.per totum,& num.5. tamen quicquid ſit, quando Deci. & alij inferunt contra Bart. uidentur ſe fundare ex diuerſitate rationis unius caſus ab altero,ſed ratio diuerſitatis aſſignari non poteſt, & ideo Corne.conſi.318.ex pluribus uidetur,nu.7.uol.1.firmat,q omnes fatentur,quòd apparenter communi uſu loquendi talia ſtatuta, etiam correctiua extendãtur, & quòd communis uſus loquendi ampliet,& reſtringat diſpoſitionem,& ſic opinio Bar.ex rationibus,& authoritatibus congeſtis per præcitatos Docto.in locis præmiſſis uidetur uerior,& communior,& eam ſequor, prout eam quoque ſequitur, fulcitur, & ab omnibus contrarijs tuetur Ruinus conſi.50.nu.2. 7.& 12. uol.3. ubi profert hoc magnum, & utile uerbum, quòd re uera communis opinio non eſt in contrarium,ut præſupponit inaduertenter Alex.in d.l. generaliter,& ei inhæret etiam Boerius conſi.34.nu.1.

Cõis opi. (margin, beside "conſi.466")

cõis opi. (margin, beside "nu.2.ubi inquit magis communem opinionem")

OPINIO CCLXI.

Statutum diſponens quòd delinquẽs in feſto beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri non comprehendit delinquentem,ſeu uulnerantem in nocte,quæ ſubſequitur feſtum beatæ Virginis,quia nox ipſa, quæ ſequitur huiuſmodi

ſuſmodi feſtiuitatem non comprehenditur ſub die præcedenti,& ſic delinquens non uenit puniendus aliquo modo duplici pœna, nec ſub diſpoſitione huius ſtatuti comprehenditur,ut tenuit per optimas rationes conſulendo Federi. de Senis conſi.44.factum tale eſt, quem ſequuntur omnes ſcriben. in l. more Romano, ff. de ferijs, Fely. cum alijs citatis per eum,in c. eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtitu. in c. ſi perfodiens, in ſecundo notabili,& in c.cõſuluit, de offic.deleg. in quibus locis ipſe fatetur iſtam eſſe communem opinionem,& idem teſtatur Cotta,in memoriali, in uerſ. diem,circa fin. Cõis opi.

OPINIO CCLXII.

Statutum requirens ad probationem alicuius negocij teſtes optimos, uel optimæ famæ, & conditionis,tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari,atq; probari,ut uoluit Angel.in l.2.§.diem,ff.quemad.teſta.aperi. Marſil.ſing.187.qualitas oppoſita poſt medium,Petrus de Moncada cum alijs ſignatis per eum,in tracta. de teſtibus, nu.392. cum alijs ſeq. quem fecit ad perficiendum tractatum Ioannis Croti, qui morte præuentus ſuum tractatum de teſtibus perficere nequiuit; ideo iſte tractatus Petri continuatiue ponitur cum tractatu Croti, & eandem opinionem ſequitur, tuetur, & magis communem, ac ueram eſſe refert Alciatus,in tracta.de præſumptio.in 3.regula.præſumptio.2.nume.10. Cõis opi.

OPINIO CCLXIII.

Statutum factum,conditumq; in odium,ſeu præiudiciũ certæ perſonæ non poteſt dici nullum,ſecundum Deci. in c.cum omnes,in 1.lectu.nu.15. cum alijs ſeq. de conſtitutio.& in c.conſuluit,el 3.nu.32.de appellatio. ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem contra Abb.ibi contrarium aſſeuerantem,& de eadem communi contra Abb. facit mentionem Curti.iuni etiam,in l.2.nu.7.ff. ꝙ quiſq; iuris,& in l.fin.nu.25.C.de edicto diui Adria.tollen.cæterum opiniones iſtas ad realem concordiam reducere nititur Cõis opi.

ritur Aret.in rub.nu.7.de constitutio. & licet de nullitate statuti huius conditi in præiudicium particularis personę dici nequeat,tametsi ab eo appellari potest,atque permittitur, secundum Bart. in repeti. l. omnes populi, nu.53.ff. de iust.& iure Ias.in l.1.nu.3.& seq.ff.de legibus,Ripam in 1.libr.responsorum, c.22.nu.4.& Deci.in d.c.cumomnes, in 1.lectu.nume. 15.in quibus locis ponunt hoc pro regula cum ampliationibus, limitationibusq; quamplurimis.

OPINIO CCLXIIII.

Statutum de compromissis faciendis inter coniunctos ualet,& tenet,atque ob publicam utilitatem inductum est, secundum Bar.Bal.col.fin.& Pau.castren.col.1.in 1.consti tu.codicis,Bar.in l.ambitiosa,col.5.& Alex. in add. ibi.ff. de decret. ab ordin.faci.quorum utique opinionem appro bat, limitat à contrarijs quibuscunque tutam derelinquit, & denique communem esse, atque contradictorem habere nullum fatetur Marcus Ant.Blancus,in tract.de com promissis,in 1.quæstio.nu.1.& seq.

Cõis opi.

OPINIO CCLXV.

Statutum disponens ꝙ causæ inter affines compromitti debeant,ultra ꝙ ualeat,ac publicæ utilitatis occasione inductum sit, ut in præcedenti opinio.docuimus,nihilominus est etiam fauorabile,ut uoluerunt Bal. in l.affinitatis, C.communia,de succe. Fulgo.in l.4.§. prętor, ff.de in ius uocan.Bal.Pau.castren.Roma. Saly. Corne.Deci.& cæteri,in l.qui se patris,C.unde libe. Roma. & Salyc.in l.1.C. unde uir,& uxo.Ias.in l.de quibus,ff.de legi.Ancha. consu lendo consi.158.Alex.consi.207.in prin.uol.6.Soci.cons. 4.in fin.uolu.1.Cuma.consi.50.& Marcus Ant.Blancus,in tract.de compromissis,in prima quæstio.num.3.& seq. ubi citat complures alios eiusdem sententiæ, respondet contrarijs ferè omnibus,eam limitat,ac simul magis communem fore inquit,& ei pariter inhæret,atque profitetur cõmunem Petrus de Benintendis decisio.21.sub nu.23.

Cõis opi.

OPI-

OPINIO CCLXVI.

Statutum executionem paratam personalem instrumenti guarentigiati concedens, seu permittens creditori principali mentionato, ac in instrumento descripto prodest, quoque cessionario creditoris prædicti, ut ipse, etiam possit uigore istius statuti petere executionem instrumenti cõtra debitorem obligatum, secundum Io. And. in add. Spec. in titu. de cessio. actio. sub rub. Iacob. Butri. Bal. Saly. Rom. & Deci. in fin. in l. 1. ff. si cer. peta. Ang. consil. 38. Cyn. Bal. & Alex. nu. 24. in l. si sic, ff. de lega. 1. Salyc. in l. si à creditore, C. de actio. & oblig. Benedict. de Blas. in tract. de instrumen. guarentigiato, in 1. par. principali, quæst. 9. Pau. castren. col. 2. & Alex. nu. 9. in l. postulante, ff. ad senatuscon. Trebel. ubi scribit istam esse magis communem opinioné, & Ioan. Bapt. Bonius et in tract. de stat. urb. præscrip. titu. contra om. credit. glo. 19. nu. 48. fol. paruo. 53. & ita consuluit Roma. consi. 142. & sic petere posset executionem dicti instrumenti cessionarius, sicut posset creditor principalis, siquidem transit ius in cessionariũ cum priuilegio suo instrumento cohærente, secundum præmissam communé sententiam, & ob hoc certè in regno Neapolita. cessionarius instrumentum undique liquidum posset præsentare, secundum formam ritus magnæ curiæ uicariæ, incip. item quòd si debitores, aut debitrices, in titu. de instrumentis, & eorum præsentationibus, ut uo'uit glosator ibi, & Maranta sub dubijs, & irresolutis uerbis, in tract. de iudicijs, in 6. par. prin. in uer. proposui in principio huius septimæ partis, nu. 9. fol. 107. nihilominus practica contrarium obseruat in regno, teste Bolognetto, in d. l. 1. ff. si cer. pet. nu. 59. per rationem ibi assignatam per eum, & expresse firmat, ac optimè probat Afflict. in constitutio. eos qui scienter, nu. 14. rub. 55. lib. 3. & ꝙ hoc fieri, & admitti nequeat uidetur colligi planè ex deductis, ac notatis per Bal. & Sal. in l. per diuersas. q. 10. C. manda. ubi tenet quòd ubicunque ex statuti, uel instrumenti forma, ac dispositione capi, & excommunicari possit debitor ad instantiam creditoris nulla citatione interueniente, tunc equidem hoc fieri, ac peti non posset per cessionarium, sicut creditor poterat uigore in-

Cõis opi.

cõis pra.

instrumenti prædicti, nisi in primis, & ante omnia constet de cessione, & eius iuribus, & sic necessario apparere debet ante executionem faciendam audito, & citato prius debitore istum esse uerum cessionarium, & sequitur Ang. in d. l. postulante. Roma. in d. consil. 142. in fin. Alex. consil. 95. col. 4. & consi. 443. col. 2. uolu. 1. Barba. consil. 15. libr. 1. & ista est communis opinio, ut constat ex citatis per Boeri. decisio. 10. ubi meminit ita fuisse uotatum, ac decisum in sacro Burdegalensi senatu, & sequitur Marsi. in l. si quis ne quæstio, nu. 8. ff. de quæstio. & in sing. 26. ubi inquit hoc in actu practico pluries obtinuisse, ideo non mirandum est de assertione facta per Bolognet. in d. l. 1. sed contrarium obseruari uidisse testatur Cotta in memoriali, in uer. hæres censetur eadem persona cum defuncto, post medium.

Cõis opi.

Et ita sensit Marsil.

OPINIO CCLXVII.

Statutum conditum per ciuitatem de præstanda elemosina ecclesiæ quolibet anno potest reuocari per eandem ciuitatem etiam post acquisitionem factam ipsi ecclesiæ, secundum Cy. Imo. Alex. nu. 5. & Ias. nu. 9. cum alijs seq. in l. non amplius, § 1. ff. de leg. 1. Fulgo. & Pau. castren. in l. priuilegia, C. de sacrosan. eccle. Saly. in auth. Cassa. in 5. q. eo. titu. Deci. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. nu. 23 1. & seq. ubi etiam Fely. in q. 12. ostendens istam esse communem opinionem, in contrariam uerò partem, uidelicet, quod ciuitas elemosinam, quæ uigore huiusmodi statuti religiosis dari consueuit reuocare nequeat inclinarunt Bart. in d. l. priuilegia, nu. 3. Gemi. in c. quæ in ecclesiarum, col. 3. de constitu. & in c. 1. col. 7. de constitu. in 6. Roma. in auth. similiter, in 9. speciali, C. ad le fal. Caccialupus, in rep. l. admonendi, fol. 14. ff. de iureiur. & Ant. Francis. de Doctoribus in scholijs ad Alex in d. l. non amplius, §. 1. in litera, c, ubi fronte aperta attestatur istorum sententiam ueriorem fore, atque secundum eam consuluisse apud partes Germaniæ Collegium Paduanum, tamẽ spreta opinione hac concurro cum prima Cyn. & sequacium assertione communi, cui uidetur inhærere Ias. etiam cum aliquo moderamine consi. 1. col. 6. uol. 1. prout facit, in d. l. nõ amplius,

Cõis opi.

§.1.nu.15.Alex.consi.260.uol.2.col.5.& seq.Calcan.con sil.12. col.4.& Aegidius Bossius,in practi.crimi.in titu.de principe,& priuilegijs eius, num.222.fol.255.ubi pariter meminit de communi opinione.

OPINIO CCLXVIII.

Statutum prohibens alienationem in forensem ualet, & tenet,secundum Bar.in l.fin.col.fin.C.de sacrosan.eccl. Bald.& Ang.in.l.ea lege,C.de cōdi.ob causam Bar.Ange. Imo.Alex.Ias.& cæteros omnes communiter,in l.filiusfamilias,§.diui,ff.de leg.1.Alex.consi.56.col.fin.uol.1.consil.154.uol.2.consi.53.uol.3.& consi.126.col.1.uol.5.Io. And.Anchara.Domi.& Francum,in c.fin. de immu.eccle. lib.6.Ruinum consil.49.circa fin.uolu.3.& Tiraquel.cum alijs copiosè signatis per eum,in tracta.de utroq; retractu in præfatione,nu.14.Deci.consil.661.nu.1.& Ripam,nu. 79.in d.§. diui ubi meminit istam esse communem opinionem. & huiusmodi statutum prohibēs uendere extraneo, aut forensi non solum tenet ut supra, sed fauorabile est ét tanquam principaliter cōditum ob publicam utilitatem, ut possidentes ipsi bona immobilia ad onera grauari possint, atque exactio illorum facilior sit,secundum Alexan. consi.116.col.pen.uol.6.Pau.castren.consil.342.col.2.Signorolum consi.21.nu.3.& 5.& Ripam in responso 2.nu. 11.& in d.§.diui,nu.79.80.102. Cōis opi.

OPINIO CCLXIX.

Statuto,uel consuetudine induci potest quòd ualeat captatoria uoluntas,ut alter pro altero testetur,& sic captatoria uoluntas ultima per statutum ipsum approbari posset,secundum Angel. in l. captatorias,ff.de hæredi. instit. Alexan.Soci. Ripam, & alios, in l.secunda,ff.de uulga. in princi. qui cum Ias. perhibent istam communem opinionem fore,& sequitur Alexan.in l. captatorias,C. de testa. mili. & Couarruuias,in cap.cum tibi, numero decimotertio, de testa. Cōis opi.

OPINIO CCLXX.

Statutum puniens maleficium,an extendatur ad mãdantem dic ꝙ statutum disponens per uerba in rem concepta, utputa pro homicidio perpetrato, uel pro furto sit pœna mortis,tunc etiã mandans tenebitur ea pęna,sed si in personam loqueretur statutum ipsum, puta si quis homicidiũ commiserit, tunc mandans non propriè homicidium fecisse uideretur,sicq; pœnam ordinariam nõ subiret,uerum aliam mitiorem,secundum Bart.in l.aut qui aliter,§.fi.nu. 3.ff.ꝙ ui,aut clam,Deci.nu.3.& seq.& Cagnolum,nu.2.in l.is damnum dat,ff.de regu.iur.Ias.cum alijs congestis per eum,in l.si is,qui pro emptore,nu.82.ff.de usucap.& Carrerium copiosè in sua practi.crimi.in §. circa igitur tertiũ de homicidio commisso,num.59.in quibus locis audacter firmant istam communem opinionem fore. sed huiusmodi distinctio,tãquam uerbalis à plerisque reiecta est, & sic, ut utroque casu pœna ordinaria teneatur firmat esse communem sententiam Gandinus,in rub.C.de transactio.col. 10.& in rub.de pœnis,colum.4.ipse uerò primæ sententiæ Bar.& sequacium,tanquam mitiori,ueriori in pũcto iuris, & communiori inhæreo.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXI.

Statutum disponens, ut per iudicem in certis causis nulla iuris solemnitate seruata procedi possit, tunc quippè, etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere posset ipse iudex,secundum Bar.nu.3.Bal. & Ang.in l.milites,C. de testa.militis,Roma.in rub.de arbitr.q.17.Bar. & Bal.in l.1.ff.de mili.testa. Bart. in l.prouinciarum,C.de ferijs,& Ancha.in clem.sæpe,de uer.sig. quia hæc feriarum obseruatio inducta iure humano censetur. Cõtrariam uerò partem firmauere Imo.& Roma.in l.si cum filiusfam.ff.de dona.per d.clemen.sæpe,cum ibi nota.Alex.nu.4.& seq.in d. l.milites, & Tiraquel.de priuilegijs piæ causæ priuilegio. 156.tamen quicquid Docto. isti suadeant,ob hoc igitur in actu practico nullo modo recedendum foret à prima opinione Bar.& sequaciũ,quæ uera, cõisq; ex relatis apparet.

OPI-

OPINIO CCLXXII.

Statutum,seu lex generaliter loquens non uidetur comprehendere dotem, ac bona dotalia, l. fin.C. de iure dot. ubi Saly.Ias.in l. 1. 3.nota.ff.solu. matri. & in l.quod dicitur,col.2.ff.de uerb. oblig.Bal.Nouellus,in tract. dotis,in 6.par.priuileg. 47.Goza.consil.43. nu.11.& sequen.Ruin. consi.61.nu.3.uol.3.& Negusantius,in tracta. de pignoribus,in 8. par. primo membro, sub numero 23. ubi perhibet istam esse communem sententiam, atque Decio contrarium asseueranti respondet.

OPINIO CCLXXIII.

Statutum loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato,& sic procedit quoque in ipso creditore ex legato,ut per Deci.nu.26.Curti.iuni.nu.69.& Ias. nu.46.in l. 1.ff.si cer.peta.ubi docet istam communem opinionem fore,attento communi usu loquendi,& Alex.ibi,nu.37.& 40.& Soci.nu.43.præterea statutum hoc extenditur quoq; ad creditores ius hypothecæ habentes,ideoq; debet etiam legatarium comprehendere, qui habet tres actiones ex testamento, rei uendicatione, & hypothecæ, ut not.Guid.Papæ decisio.487. Cõis opi.

OPINIO CCLXXIIII.

Statutum disponens quòd credatur iuraméto damnum passi,uel creditoris non procedit in fauorem forensis, ut per Deci.consi.550.nu.8.& Parisi.consi.12.nu.26.uolu.3. ubi docet istam communem opinionem fore, quod quidem procedit etiam si ipse forensis solueret onera merè realia,ut per Alex.cons.3.aliàs 41.uol.7.sed statutum hoc larius interpretati fuimus,in prima parte. in opinio. 292. exordiente statutum quod de damno dato stetur iuramento damnum passi. Cõis opi.

OPINIO CCLXXV.

Statutum disponens q; testamenta insinuentur, aliàs nō habeant firmitatem aliquam, tunc si testator prohiberet in suo testamento illud insinuari debere, profectò ex defectu huiusmodi insinuationis testamentum ipsum non ualeret, quia testator prohibere nequit insinuationem à l. municipali requisitam, secundum Bar. nu. 8. & omnes, in l. nemo potest, ff. de leg. 1. cuius opinionem communem esse scribunt ibi Ias. in 2. lectu. nu. 41. Io. Anniba. nu. 272. & Ripa, numero quinquagesimoseptimo.

Cōis opi.

OPINIO CCLXXVI.

Sterilitas, exiguitas, uel damnū intolerabile, per quod concedatur mercedis, atq; pensionis remissio stabitur opinioni ualgi, secundum glo. in l. si uno, in prin. ff. locat. & in l. licet, C. eod. titu. cui inhæret Cardi. & Ant. in c. propter sterilitatem de locato asserens istam esse communem opinionem, & idem ibi fatetur Barba. nu. 24. scribens sententiam Bar. contrariam, in l. si merces, §. uis maior, ff. de locato, nu. 4. communiter ab omnibus reprobari, licet ipse concludat, ut hoc iudicis arbitrio relinquendum, seu definiendum sit, & cum eo casu eueniente semper in consulendo, iudicandoque tanquam tutè, atque rectè agens concurrerem.

cōis opi.

T

OPINIO CCLXXVII.

Testamentum monachi ritè conditum ante ingressum monasterij, utique non rumpitur, nec irritatur, & sic illud monachus post professionem destruere, mutare, aut reuocare nequit, secundum Ang. & Inno. in l. 1. ff. de testa. Ant. Putri. Abb. nu. 61. & Augu. Beroum, nu. 513. cum alijs seq. in c. in præsentia, de probatio. & Ias. in auth. si qua mulier sub nu. 27. cum cæteris seq. C. de sacrosan. eccle. ubi existimat istam opinionem ueriorem esse, atque communem dicit Dilectus, in tracta. de arte testan. titu. 3. de liberis instituen. cautela 9. nu. 1. & seq. & Vasquius, in tract. de successionum

Cōis opi.

sionum processu, titu. qui testari non poss. lib. 1. §. 1. nu. 52. in contrariam uero partem inclinarunt Bar. Bald. & Pan. castren. in d. auth. si qua mulier, Deci. in d. c. in præsentia, nu. 242. cum alijs seq. & Vasquius ubi supra, tamen reiecta sententia hac Bart. & sequacium inhærendum esse puto in actu practico communi præmissæ, cum qua sentit etiã Rubeus consi. 155. & Couarru. in c. 2. de testa. nu. 9. & Clarus in tract. de testam. lib. 3. q. 28.

OPINIO CCLXXVIII.

Testator uenditionem prohibens, omnem aliam alienationem censetur prohibere, tam in ultima uolũtate, quàm inter uiuos, l. pater, §. fundum, ff. de leg. 2 glo. in l. 2. C. pro emp. Bar. & cæteri omnes, in l. filiusfami. §. diui, ff. de leg. 1. & ibi Ripa, & Alciat. in q. 8. ubi firmat istam sententiam communem esse, & Soci. quoque consi. 43. col. 1. uol. 3. Cõis opi.

OPINIO CCLXXIX.

Testem exemptum à iurisdictione iudicis, corã quo falsum testimonium deposuit, posset ipse iudex illum punire de huiusmodi periurio, ac falsitate tex. est, in l. nullum, C. de testi. & l 2. & ibi Bal. C. de sportulis, & Marsi. latè, in l. 1. §. præterea, nu. 27. ff. de sicarijs, quodq; procedit etiam, si iudex esset delegatus, qui quippe posset uti eadem punitione, secundum Bart. & cæteros, in d. l. nullum, & in c. super his de pœnis, & notant gloss. in l. quæsitum, ff. de testi. & in clem. 1. de offi. deleg. Abb. & Deci. in c. præterea, eod. titu. & Specu. in titu. de teste, §. 1. uersi. quid de delegato. Aliqui uero Doct. nõ modicæ authoritatis, & præsertim Bal. inclinauere in contrariam sententiam, in l. diuus Pius, ff. de falsis, per tex. ibi, ubi probatur hæc incidentia crimina in iudicio puniri non posse ab eo, qui caret ordinaria iurisdictione; tamen prima opinio uera est in delegato principis, & secunda sententia in delegato inferioris à principe, & cum hac distinctione senserunt Io And. in add. Specu. in d §. 1. uersi. quid delegato, & sic delegatus inferioris à principe non potest testem in casu præmisso punire, sed

tenetur

tenetur eum remittere ad iudicem ordinarium, & eãdem distinctionem sequuti fuere Panor. & Anania. in c. 1. col. pen. de crimine falsi, Fely. in d. c. præterea, Ias. & cæteri omnes, in l. 1. §. qui mandatam, ff. de offi. eius, col. pen. Marsi. in d. l. 1. §. præterea, nu. 27. & Marcus Antonius Blancus, in tract. de compromissis, in q. 8. in uer. testes, nu. 14. folio paruo. 165. & denique constat apertissimè frequentiori iuris utriusque interpretum suffragio esse receptam. sed in clerico deponente coram iudice laico falsum ex communi opinione docuimus supra in opinio. clericus productus. non posse per iudicem laicum puniri, ac esse remittendum ad iudicem ecclesiasticum.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXX.

Testes esse possunt fœminæ, ac eorum testimonium admittitur, & recipitur in causis matrimonialibus, saltim, quando de matrimonio ipso probando agatur, tex. est in c. super eo. il secondo, de testi. & ibi tradit Abb. in 3. not. & omnes. Henric. in c. quoniam, eod. titu. & ista est communis opinio, teste Soci. iuni. consi. 29. nu. 8. & consi. 31. num. 13. uol. 2. & ita consuluit Boeri. consi. 40. nu. 58. cum alijs sequen. & hoc ampliatur similiter procedere quamuis tractetur de matrimonio separando, secundum Abb. in d. c. super eo, nu. 3. not. Deci. consil. 163. sub nume. 11. & consil. 342. nu. 1. Soci. d. consil. 31. nume. 18. & Zasi. not. consil. 2. 3. 4. & 5. libr. 2. Ampliatur quoque hoc, & interpretatur utiliter quòd parentes in eademmet causa matrimoniali, ac coniugali ad testimonium admittuntur, d. c. super eo, ubi hoc explicant Imo. Abb. Henric. & Felyn. Areti. consi. 13. & Parisi. consi. 55. nu. 28. & consi. 58. uol. 4. col. 1. ideoq; apparet patrem, matrem, sororem, & reliquos cognatos ad testificandum admitti in causa coniugali, ac matrimoniali arbitrio tamen iudicis, qui cautè perpendet quanta istis testibus fides adhibenda sit ex qualitate causæ pendentis, & ex cognitione pari, seu dispari personarum, quod notat Hostien. & Felyn. post alios relatos per eum, in d. c. super eo. Lanfran. in c. quoniam, uersi. testes, numero quinquagesimonono, de probati. Aret. consilio octuagesimosecundo,

Cõis op.

ſecundo,colum.ſecunda,Soc. conſilio decimoſeptimo,colum. quarta,uolum. primo,& Alciat.in tracta.de præſumptio. regu.1. præſumptio. 2.nume. quarto, & opinionem iſtam ſequitur quoque, & inquit eſſe communem Soci. in tracta. fallentiarum, in reg.427. incip.teſtes parentes pro liberis,nu.6.& ſcripſimus latè ſupra,in 1.par.in opinio.teſtificari,uel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio. Cõis opi.

OPINIO CCLXXXI.

Teſtes ante litem conteſtatam produci non poſſunt, & producti eorum dicta non recipiuntur aliquo modo, ſed bene poſt conteſtationem litis prædictæ,cap.quoniam frequenter, ut lite non conteſta. ubi hoc firmant, & tenent Ioan.Andr. Innocen. Ant.Butrig. & Imo.Bar.in l.de ætate,numero tertio,ff.de mino. & Lanfran. in cap.quoniam contra,in uerſi.teſtes, numero trigeſimotertio, & ſequen. de probatio. ubi fatetur iſtorum opinionem eſſe communem,& eam approbat,& utiliter limitat,in 13.caſibus Soci.in tract.fallentiarum,in reg.242. incip. lite non conteſtata,& pleniſſimè Lanfran.in loco præmiſſo. Cõis opi.

OPINIO CCLXXXII.

Teſtes admittuntur pater, & mater ad probãdum ſuper ætate filiorum, non ob hoc faciunt plenam, nec ſemiplenam probationem, ſed aliqualem præſumptionem, & inſtructionem iudici,ſecundum glo. in l. etiam.ff.de probatio. Ioan.Andr. in add.Specu.in §. primo,in titu. de teſti. Bar.in l.de ætate,ff. de dam. infecto, & Soci.in tracta. fallen.in reg. 427. exordiente teſtes parentes pro liberis,nume. octauo, ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Lanfran. in cap.quoniam contra,in uerſi. teſtes, numero 59. poſt medium,de probatio.. aliqui uerò Docto. aſſeruerunt contrarium, quos recenſuimus in prima parte, in uerſicu. teſtificari, uel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio in 2.limitatio. poſt prin. Cõi. opi.

OPINIO CCLXXXIII.

Testes nulliter recepti per iudicem, possunt, & debent iterum examinari, etiam post publicationem, secundum glo.Cardi.Floren. Ancha.col pen.Ant.Io.Ligna.col. 1. & Imo.col.2.in clemen.2.in uersi. ritè receptis, de testi. glo. fin.in c.cum causam,ex.eod.titu.ubi idem uoluit Hostien. col.fin.Ioannes And.in fin Bal.col.fin.Ancha.col.ultima, Ant.col.fin.& Imo.col.pen.Specu.in titu.de teste,§. 1.uersic.quid si idem testis,& seq.& ibi pariter Ioannes Andr in add.Bar.col.fin.& Bald.col.2.in authen.at qui semel,C.de probatio.Bar.in l.qui per salutem,in fin.ff.de iureiuran.& Alex.ibi,nu.2. qui præsupponit istam esse communem opinionem,& Ias. qui latè hoc prosequitur,Imo.in c.per tuas, col.1.de testi.Fely.in c.in literis,col.2.de offi.deleg. & Iaffredus Lanfrancus decisio. 384. quando examen testiũ est nullum,& scripsimus in 1.par.in opinio. testes possunt regulariter produci usque ad publicationem in causa, in prima limitatio. unde si testis ipse culpa iudicis minus rectè examinatus sit.& eius receptio,etiam post publicationem testium iterum examinari posset,secus autem si culpa partis id factum fuit,ut per glo. in d.c.per tuas,& ibi Imo.col. 2.Panor.col.2.& omnes alij communiter. Ange.& Ias.qui alios citat,col.1.in 6. nota. in l.si quis ex argentarijs. ff.de eden.

Côis opi.

OPINIO CCLXXXIIII.

Testes monachi, ac fratres minores possunt adhiberi in testamento, in quo eorum monasterium hæres institutum sit,& sic in hoc testamento, & in alio; in quo fieret legatũ, seu donatio monasterio pro fabrica ecclesię essent monachi, fratresq; mendicantes ipsi idonei testes, c.insuper,ex. de testi.& ita uoluerunt glo.in §.cogitandum,in uersic.testes,in auth.de monachis,Specu.in titu.de teste,§. 1. uersi. quid de monacho,& Io.And.ibi,in add.Bar.in l.in tãtum, §.uniuersitatis,circa fin. ff.de rerum diuisio.& in sua minorica Bal.per tex.ibi,in c.nuper,de testi.Franc. Aret. consi. 160. longa est ista conclusio,col.13.& seq.Ac.& Bal.in repeti.l.1.C. de sacrosan. eccle. col.17. q.3.tertiæ par.Ferrarien.

rien. in sua practi. papien. in for. iuramenti testium, nu. 32. & seq. ubi meminit ita consuluisse Ange. Perusinum, Fran. de Ramp. & Bar. de Saly. ac obtinuisse in contingentia facti, & opinionem istorum sequuntur quoque, aiuntq; indubitatam esse de iure canonico Fab. Areti. & grauissimus Iureconsultus D. Thobias Nonius, nu. 7. & seq. in §. sed neq; hæres, institu. de testamen. ubi eam tuetur, atque optimè declarat. item monachus, ac frater minor potest esse testis in iudicijs, secundum glo. in d. §. cogitandum, sed hoc falsissimum apparet, præsertimq; de iure canonico, ut ex. de cleri. & mona. per totum, & sic tam monachi, quàm clerici in iudicijs testes recipi, examinariq; nequeunt absque superioris eorum licentia, ut firmauit Specu. in d. uersi. quid de monacho, Alberi. in auth. si dicatur, C. de testi. Lanfr. in c. quoniam contra, in c. 8. de testibus, nu. 87. de probati. & Io. de Amicis consi. 77. nu. 17. & seq. ubi consuluit quod de licentia prædicta debet apparere in actis, aliter monachus examinatus nihil probat secũdum eum, & est uerissimum, & similiter ipse monachus in causa monachi testis adhiberi potest, secundum glo. in d. §. cogitandum. & ita se habet communis obseruantia, & consuetudo, teste Nata, in repeti. §. ex imperfecto. sub nu. 181. subdente ibi. quod est ualde rationabilis, nam solent à testatoribus adhiberi, tanquã legaliores sub spe quod eorum uoluntates non reuellent.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXXV.

Testes interrogari non possunt super interrogationibus, per quas eorum turpitudo detegitur, nec tunc respondere tenentur, c. quis aliquando, §. non tibi dico de pœnitentia distin. 1. nam testis interrogari nequit, an commiserit homicidium, secundum glo. in c. 1. de exceptio. in uersi. confessi, ubi refert nusquam uidisse hoc fieri, & hoc nõ mirum, siquidem iniqua, atque iniusta est huiusmodi interrogatio, etiam si crimen publicum sit, & testis infamatus appareat, ut per Imo. & Felyn. nu. 10. in c. cum causam, il primo, de testi. post Innoc. in c. 2. de confess. & quamuis, circa ista fuerit interrogatus testis, & responderit, nihilominus parum, aut nihil prodesset, ac releuaret, quoniam erit repulsandus,

pulſandus, & ſimul repellendus à teſtimonio, ſecundum Bal. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiuran. in fin. Henric. Areti. col. 2. & alios, in c. inquiſitionis, §. tertię, de accuſatio. alios uero caſus circiter. 27. in quibus quis interrogationibus reſpondere non cogitur, recenſuit Lancel. Corrad. in prac. ſeu tract. de decurio. lib. 1. c. 9. de pręto re. §. 2. tit. de interrogatione. nu. 5. cum alijs ſeq. fol. 27. ſed ex iudicis officio paſſim interrogatur teſtis, num ſit conſanguineus, & cuius ætatis, & pariter interrogari permiſſum cenſetur an ſit inimicus litigantis, nam inimicitia ſine culpa, turpitudineq; ipſius teſtis contingere poteſt, ut firmauerunt glo. Io. And. Henric. Felyn. & cæteri communiter, in d. §. tertiæ. De his uero, ex quibus nulla ipſius teſtis turpitudo apparet interrogari poteſt, ac reſpondere tenetur, ſecundum gloſſ. in c. quærendum. 2. q. 7. & in d. c. cum cauſam, in uerſi. de cauſis, quam ſequuntur Abb. & omnes communiter, ut recitant Felyn. ibi num. 10. & Alex. in d. §. idem Iulianus, col. fin.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXXVI.

Teſtes eſſe non poſſunt infames infamia facti, & ſic omnino à teſtimonio repelluntur, ſecundum Doctor. omnes uarijs in locis iuris noſtri, & Alberi. Roſa. in tracta. de teſtibus, in §. conſequenter, numero ſeptimo, & ſequen. ubi perhibet iſtam eſſe communem opinionem in negocio criminali, mixto, uel ciuili graui, & in cauſa ingratitudinis, de quibus per Soci. in regula. 415. & ſequen. & pariter aſſerunt nihil probare. Sed in ciuilibus admittuntur, ut copiosè docuimus, in hac ſecunda par. in opinione teſtis eſt idoneus infamis, eſt bene uerũ quòd eis diminuitur de fide, ut ſi uiles perſonæ ſint, etiam eis fides non adhibeatur abſque tormentis, ſecundum Bar. in l. cunctos populos, numero duodecimo, C. de ſumma trini. atque uoluit poſtremo Abb. in c. teſtimonium, numero ſexto, de teſti. & Iaſ. in l. prætor. §. cogentur, numero 7. ff. de eden. teſtes ipſos de facto non fore omni exceptione maiores.

Cõis opi.

OPINIO CCLXXXVII.

Testes esse non possunt meretrices in causis criminalibus, secundum gloss. in l.3.in uer.lege Iulia, ff.de testibus, Inno. in c.cum P. Mãconella, de accusa. Car. Alex. in cităta, de simon. Marsil. in pract. crimi. in §. diligenter, nu. 139. & Ias. in l. cunctos populos, in 2. lectu. nu. 54. C. de summa trin. ubi meminit istam esse communem opinionem, & ita consuluit Alex. consi. 11. uol. 1. & Franciscus de Placentia consi. 84. nu. 8. posito inter consilia crimi. diuersorum collecta per Io. Bapt. Zilettum, in 1. uol. & huic sententiæ inhæret quoque Lancillotus Conradus, in practi. seu tracta. de decurionibus, lib. 1. cap. 9. de prætore. §. 2. nu. 17. similiterq; concubina in causa sui amasij minimè ad testificandum admittitur, ut uoluerunt Bal. & Saly. in l. etiam, in fin. C. de testi. & Bal. in c. in literis, de testi. licet, & male Ang. senserit contrarium, in l. 2. §. si uir, ff. ad Silla. Cõis opi.

OPINIO CCLXXXVIII.

Testes deponentes Titium possedisse decem annis, nullamq; mentionem facientes determinatam de quibus non probant præscriptionem, nisi deponant de eodemmet tẽpore, & de eisdemmet annis, unde allegans ipsam præscriptionem ad fundandum eius intentionem articulare, atq; probare debet, ꝙ decem annis possedit inchoatis tali die, & completis tali tempore, aliter testes deponendo ꝙ possidere uiderunt decem annis ipsum Titium, nec specificent, ac ostendant de quibus annis absque dubio nihil probant, quia ignoratur an uoluerint deponere de eisdem annis, an de alijs, secundum Bar. in l. Celsus, ff. de usucapio. nu. 27. & 29. cui inhærent Bal. in l. fin. col. 7. C. de edic. diui Adri. tollen. Areti. institu. de usucapio. in princ. Bald. & Ange. in l. super longi. in fin. C. de præscript. longi tempo. Alex. consi. 51. circa fin. & consi. 72. colum. prima, uolu. primo, & copiosè Balbus cum alijs relatis per eum, in rep. posita, in fin. sui tractatus, de præscript. d. l. Celsus, quæstio. sexta, numero decimooctauo, cum alijs seq. ubi deducit istam esse Cõis opi.

P commu-

communem opinionem,& Lanfrancus quoque, in c. quoniam contra,de probatio.in c.8.de testibus,nu.94.

OPINIO CCLXXXIX.

Testes quinque omni exceptione maiores requiruntur necessarijq; sunt ad probandum felloniam, seu ingratitudinem contra uassallum,text.est in c.1. quot testes sint necess. ad proban. & c. quem quidem tex. non fore authenticum, neque seruari asseuerat cum alijs relatis per eum, Molin.in consuet Paris.de feud.§. 10.sed illum tex.esse authenticum,habereq; plenam fidem, sicut cæteræ leges, atque pro lege seruari uoluerunt omnes Doct. ut inquit Iacobi.de feud.in uersic.dictiq; uassalli,il primo.nume.55.& ait esse communem sententiam omnium Bertran.consil. 115.nume.31.uolu.5.

Cõis opi.

OPINIO CCXC.

Testificari in criminalibus negocijs contra clericũ non potest, qui tale uitium corporis patiatur, quod à promotione, & sacerdotio repellat, & sic mutilati membris, seu corpore in testes aduersus clericos non admittuntur, secundum Abb.antiquum Fely.Deci.cæterosque, in c.1.de except.& omnes,in c. ipsi Apostoli,ubi à Gratiano Fabiani decretum adducitur. 2. q.7. scripsit enim Fabianus Papa epistola.2.ad episcopos orientales non fore testem idoneum in criminali causa contra sacerdotem eum,qui clericus non sit, nec clericus esse possit, & opinionem istorum sequitur quoque Bal.in sua margarita,in uersi.mutilari, & Marsili.in practi.crimi.§. nunc uidendum,nu.52. & communem esse scribunt Fely.& Deci.in d.c.1.

cõis opi.

OPINIO CCXCI.

Testibus duobus de metu deponẽtibus magis creditur, quàm centum deponentibus de spontanea uolũtate, & sic potius creditur duobus testibus affirmantibus metum in actu illatum fuisse, quàm centum dicentibus liberè actum

gestum

gestum, secundum Innocen. & omnes Canonistas, in c. super hoc de renunt. Bal. in l. obseruare, §. proficisci, in 8. q. ff. de offic. procons. Ang. in l. si quis ad se fundum, C. unde ui, Abb. in c. 1. de his, quę ui, metusve causa fiunt. Corset. in sing. in uer. mille testes, consulentem ab hac opinione non esse recedendum in iudicando; quam communem esse inquit Deci. in c. fin. col. fin. de appella. & patet apertissimè quoque istam fore communem sententiam ex congestis per Parisi. consi. 138. nu. 8. uol. 4. & Alciat. in tract. de præsumpt. in reg. 3. præsump. 7. nu. 4. Cõis opi.

OPINIO CCXCII.

Testibus duobus conuinci possunt Cardinales, sicut, & Pontifex duorum testimonio condemnatur, secundũ Ab. in c. per tuas, in fin. de maior. & obed. Roma. in repet. auth. similiter, C. ad leg. falcid. in 34. priuilegio ultimarum uoluntatum. Deci. nu. 2. cum seq. & omnes, in c. at si clerici, de iudi. ubi Augustinus Berous asserit, nu. 8. & seq. istam esse magis communem opinionem, licet ipse, & male senserit contrarium, & cum communi præmissa uidentur concurrere etiam omnes Theologi, præcipueq; Augusti. de Anchona, in tract. de potestate ecclesiastica, in 5. q. articuli. 5. concludentes, quòd quantum ad conuincendum de crimine inter summum Pontificẽ, & Cardinales nulla differentia constitui possit, ideo omnes isti, aut duobus, uel tribus testibus conuinci poterunt, & hoc qnoque uoluit Felyn. post quamplures congestos per eũ, in d. c. per tuas, & postquam ostendimus apertissimè Cardinales duorum dicto conuinci posse, adde ꝙ duo etiam testes requiruntur ad cõdemnandum Papam, pront latè scripsimus, in 1. par. communium opinionum, in uer. testes duo sufficiunt ad condẽnationem cuiuscunque delinquentis. Cõis opi.

OPINIO CCXCIII.

Testibus uniuersitatis an plene credatur? in hoc reperio uarias Doct. opiniones, & in primis Baldus consi. 468. qualiter, nu. 6. uol. 3. tenet ꝙ si testes non sentiunt commodum, uel incommodum immediatum possunt pro sua cõi-

Cōis opi. tate deponere, & secundum eum ita Docto. cōiter sentire uidentur, & idem firmat Rom. consi. 7. nu. 4. & Gerard. sing. 24. utrum ciuis, ubi distinguit, aut non litigatur principaliter de utilitate spectante ad ciues, & sunt idonei testes, tex. est in §. legatarius, instit. de testa. aut quæstio est super re principaliter spectāte ad commodum, uel incommodū ciuium, & non sunt idonei testes, l. omnibus, C. de testa. & opinionem istam sequuntur complures alij relati per Co-

Cōis op. uarru. in sua pract. c. 18. nu. 4. & meminit communem esse. altera fuit opinio Fulgo. in consi. 174. ubi dicit, & concludit cōem esse opinionem, ꝙ testes de uniuersitate in causa suæ uniuersitatis admittantur ad testificandū, qñ ex uictoria nullum sunt habituri commodū, idemq; uoluit Corn. consi. 333. nu. 27. lib. 1. subdens ibi hoc utile uerbum ꝙ nō conuenit instare, an sint integri, sicut alij. aliam ēt reperio sententiam Lanfr. in c. qm̄ contra, in uer. testium, nu. 121. de proba, quod si illud super quo litigatur singulorum cōmodum concernit, utputa si uersatur lis super nemore, in quo quilibet accipere pōt ligna ꝓ usu suo, & detinere aīalia ad pasculandum, & tunc unus de uniuersitate non poterit pro ea testificari, & idem firmat Bertran. consi. 51. nu. 1. uol. 2. Parisi. consi. 27. nu. 98. & consi. 104. nu. 135. uol. 1. & Grammati. consulendo consi. ciuili. 77. nu. 1. & seq. ubi explicat ita in sacro regio senatu Neap. obtinuisse, & Afflict. decisio. 440. ubi refert fuisse determinatum, in d. sacro cōcilio in casu præmisso nullam esse faciendam uim in testibus uniuersitatis, & ista est cōis opinio, teste Couarr. in d.

Cōis opi. c. 18. sub nu. 4. ubi hoc latè explicat, & Petro de Benintendis decis. 70. uniuersitas castri rugumagni. nu. 7. & seq. atq; de eius ueritate, & interpretatione latè scripsimus, in 1. par. in opinio. testes de collegio, uel uniuersitate seculari non probant pro ea per totam. Alia uerò fuit opinio. Gui. Pap. consi. 193. in fin. ubi uoluit illos de uniuersitate posse pro eorum uniuersitatibus deponere, licet reportarent cōmodum in uniuerso. per nota. Cyn. & Doct. in l. parentes, C. de testi. & hoc idē expresse firmat Marsi. in l. 1. §. seruum municipum, nu. 1. & seq. ff. de quæst. ubi asserit oēs Doct. tenere illos de uniuersitate posse testimoniū ferre in causa suæ uniuersitatis, quia nullus de uniuersitate dici pōt depo-

nere

nere in causa propria, cũ aliud sit uniuersitas, & aliud singuli de uniuersitate, & sequitur quoq; Deci. cõs.342.nu.4. & cõem esse asserit, & Couar.ubi supra. postremò, & ultimò in alia opinione fuit Alex.cõs.99.nu.15. lib.5. quem sequitur Capic.decisio.152.nu.6. ꝙ testes de uniuersitate in nemorum litibus admittantur ad perhibendũ testimoniũ, qñ daciarijs aliquid pro lignis soluunt, & similiter Alexã. consi.68 nu.16.uol.2. firmat, ꝙ ubicunq; in causa uniuersitatis est quæstio de molendino, seu de alijs rebus quarum utilitas in cõi peruenit, & tunc homines illius erũt idonei testes, & eiusdem sententię fuit Io.de Amicis cõs.8.nu.25. & seq.ubi, nu.30. scribit istam esse ueram, cõemq; opinionem, & sic magis cõis, & uera opinio est ꝙ testes de uniuersitate possunt pro ea testimonium ferre, qñ utilitas in cõi peruenit, & quamuis, & malè contra istam cõem Cępol.in tract.seruit.rus.præd.in tit.de iure pascendi, nu.10. & seq. & Grammat.in d.cõs.77.nu.2.post alios cumulatos per eũ asseuerent ꝙ prędicti testes uniuersitatis non sentientes cõmodum, uel incommodum in specie probent pro ea, tamẽ eis non plenè credendum est, nec erunt idonei testes, & in sententia hac uidetur residere Couarr.in d.c.18. sub nu.4. cum quadam admonitione, quam ipse facit iudici satis tuta; sed suasio istorum Doct. parum, aut nihil me mouet ad discedendum à memorata cõi, quæ est uerissima, & eam sequendam fore in iudicando, & consulendo suadeo, prout ei inhæret Deci.in d.cõs.342.nu.4 ac fatetur carere difficultate, atq; discrepantia Io.de Amicis, in d.cõs.8.nu.30. & ita determinauit quoque Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis, in d.decis.70. in fi. Cõis opi.

OPINIO CCXCIIII.

Testimoniũ unius testis regulariter non est admittendũ c.licet uniuersis, c.ueniens, & c.in omni negotio, de testi.& l.ubi numerus, ff.de testi. & unus testis minimè probat, etiam quòd sit præclaræ authoritatis, & dignitatis, cap.ego solis.9.distin. glo. in c.sicut, de senten.excommuni.de qua meminerunt Abb. in c.in ecclesijs, de maior. & obedien. Felyn.in cap.post cessionem, colum.quarta, de probatio.

& notat Iaſ.in repeti.l.admonendi,ff.de iureiu. num.189. Abb.& omnes,in c.conſtitutus,de appellatio.& ponit pro regula cum aliquibus fallentijs Soci.in tract.fallen.in reg. 423.teſti uni. hoc uero lim itatur non procedere in probā da prima tonſura, nam prima tōſura probari poteſt vnius teſtis teſtimonio, ubi de alterius præiudicio non agatur, ſecundum Bal.& Fely.in d.c.licet uniuerſis, Iaſ. in d.l.admonendi,nu.198.Marſi.in l.1.§.idem Cornelio,nu.4.poſt medium,ff.de quæſtio.& Gerardum ſingu.49.ſecus autem eſſet, ubi tractaretur de iuriſdictione iudicis declinād a ex cauſa clericatus,uel eſſet quæſtio,& lis ſuper beneficio,ſeu eſſet controuerſia inter iudicem eccleſiaſticum, & ſecularem ſuper iuriſdictione in clericum exercenda, tūc quippè plenè per ſcripturam, uel per duos teſtes probari oportet,ſecundum Bal. Alberi. poſt Cyn.in l.ſi qua per calumniam,C.de epiſco.& cleri.& ita hoc limitant, interpretantur,& declarant etiam Afflict.in conſtitu. Neapolitana,ti. 3.nu.12.Rebuffus,in practi.benefic.tit.de forma literarum tonſuræ,nu.24.& aduerte hic,quod regulariter clericatus, ac tōſura probari debet literis,& ſcripturis,ut per tex. ubi Iacob.Butrig.in d.l.ſi qua per calumniam,& tradit Fely.& omnes,in d.c.poſt ceſſionem,Rebuffus,in d.titu.de forma literarum tonſuræ,nu.22.& Grammati.deciſio.81.nu.1.& 4. Cæterum, ubi opponitur, & allegatur ſcripturam fuiſſe amiſſam, & perditam hoc caſu poteſt probari per teſtes,l.l. teſtium,C.de teſti.l.ſi ſolennibus,C.de fide inſtru. gl. communiter recepta ab omnibus,in c.ſi iudex laicus,in uer.fecerit,de ſenten.excom.in 6.& notat Guido Papæ.q.474.& Rebuffus,in d.tit.de forma literarum tonſuræ,nu.23. & licet tonſura,ac clericatus probari poſſit literis facientibus mētionem de ordinatione ipſa clericali, nihilominus hoc non procedit in bulla,ac litera pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factā, nam clericatus non probatur ex eo, ꝙ Pōtifex beneficium conferendo in ſua bulla nominet ipſum clericum, ſecundum Io.And.in c.non licet,de reg.iu.in mercu.Calderi.& Ant.de But.in d.c.poſt ceſſionem,Panor. in c.dudum,col. 2.de præſump. Afflict.loco,de quo ſupra,Ancha.& Franc. in d.c.ſi iudex,& Grammati.d.deciſio.81.nu.3. & ſeq. poſt

Cōis op.

alios

alios cumulatos per eum, ubi scribit istam esse communẽ opinionem. Cõis opi.

OPINIO CCXCV.

Testimonium dicens in causa criminali, si ex eo mors illata, seu secuta fuerit, etiam præmissa protestatione efficitur irregularis, secundum Felyn. post alios, in c. postulasti, de homicid. glo. ad hoc optima, quæ in laico loquitur, in c. 1. 51. distin. & in clerico glo. in c. testimonium, 11. q. 1. & notant, & firmant, etiam Abb. in c. de cætero, col. 1. de testib. & ibi Fely. ubi hæc est communis opinio omnium Doctorum. & idem notat Crotus, in tract. de testib. nu. 69. Cõis opi.

OPINIO CCXCVI.

Testimonium dicere potest mutus sciens scribere, secũdum glo. in c. testes per quamcunque scripturam, in uersic. quæ nouerunt, & uiderunt post prin. 3. q. 9. Specu. in tit. de teste, §. nunc tractandum, uer. quid de muto, Bonifa. in tracta. maleficio. in rub. de testibus, & qui repelluntur à testimonio, nu. 57. fol. paruo. 47. & ista est communis opinio, teste Præposit. in c. cum apud de sponsalib. & Ripa, in l. 1. nu. 34. & 37. ff. de uer. obli. & eam sequitur Marsi. in l. de minore, §. plurium quoque, nu. 8. ff. de quæstio. cum alijs relatis per eum, & diximus licet in alio proposito, in 1. par. in opinione testis non potest tradere in scriptis dictum suum post princip. Cõis opi.

OPINIO CCXCVII.

Testis citatus, & relatus nolens dictum suum deponere in termino sibi præfixo potest per iudicem ordinariũ cogi ad deponendum, non autem per arbitrum, secundum Alberi. in l. si quando, C. de testib. & per consequens iudex secularis testem istum debet, & potest transacto termino ei concesso compellere ad ferẽdum eius testimonium imponendo ei mulctam, l. 3. §. exigere, ff. de tab. exhib. uel captis pignoribus ad instar tutoris nolentis, & recusantis satisdare, ut in §. sciendum, institu. de satisda. tut. & ita uoluerunt

Coīs opi. Cyn.Bar. Bal. Ang. Alberi.& alios, in d.l. si quando, quorum opinionem sequitur quoque, declarat, & inquit esse communem Lanfran. in c. quoniam contra, de probatio. in uer. testes, nu. 31.& declarat similiter Bar. in d.l. si quando, nu. 5. 6.& 7. in regno uerò Neapol. obseruatur contrarium, nam testes uocati per iudices delegatos uenire recusantes transacto termino eis præfixo in tertia parte eorum bonorum mobilium fisco applicanda condemnantur, ut habetur in constitutio. in pecuniarijs litibus omnibus, & hoc procedit certè in ciuilibus causis; sed in criminalibus testes isti maiori pœna condemnari debent eiusdem constitutionis determinatione, ante fin.

OPINIO CCXCVIII.

Testis non est idoneus pater spiritualis in causa filij sui spiritualis, secundum Bal.& Alex. col. 2. in l. generaliter, ff. de in ius uoc. Fulgo. in l. 5. §. prætor ait, eod. titu. Saly. in l. testis idoneus, ff. de testi. Franc. in c. 1. col. 3. de cogna. spir. lib. 6. Afflict. in constitutio. Neapol. exordiente mores dissolutè uiuentium, uer. 30. & Bertran. consi. 178. nu. 13. uol. 2. in contrariam uerò partem, uidelicet ꝙ pater spiritualis non repellatur à testimonio inclinauerunt Bart. consil. 92. in quæstione uertente inter dominum Simonem, col. 3. Bal.& Saly. reuocando sententiam in melius, in l. parentes, C. de testi. Io. Ana. in c. cum dilectus, col. fin. de accusa. alter. Alberi. in tract. de testi. in 1. par. primæ par. colum. 8. Franc. Aret. in c. cum oporteat, colum. 4. de accusa. Roma. Alex. sibi contrarius Soci.& Ias. in d.l. generaliter, Corne. consi. 61. uisa copia processus, col. 3. uol. 3. Io. Plat. in §. testes, institu. de test. Alex. consi. 42. col. fin. consil. 125. col. 2. uol. 4. & cons. 186. col. 2. uol. 7. Fely. in c. cum nuntius, col. 1. de testi. Cæpol. causarum ciuilium consi. 5. col. 1. Ias. in l. cum apertissimi, col. 2. C. de indi. & in §. pœnales, instit. de actio. Saly. & Flo. in d l. testis idoneus, Aufrer. in tracta. de reprobationibus testium in litera, p, uer. pater spiritualis, Orian. in repet. c. quoniam contra in materia testium, de probatio. Bertran. sibi contrarius consil. 300. circa fin uol. 2. Benedic. in c. Rainutius, in uer. & uxorem nomine Adelasiam,

lasiam,nu.767.de testa.Cotta in memoriali,in uersi.commater.post,princ.& Ruinus consi.81.numero decimonono,uolumi.tertio,& istorum opinionem non me latet esse magis ueram, magisque communem, ut attestatur illam pariter sequendo Alex.de Neuo,consil.vigesimo,nume.7. & aduerte, quòd licet pater spirituatis, secundum dictam communem sententiam repellendus non esset à testimonio ferendo, tamen eius fides non foret usquequaque integra,secundum Fulgosi.consi.11.emphyteute,Alex.consil. 237.col.fin.uol.6.Bertachi.in suo repertorio,in uer. com pater.uersi.14.Deci. dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis,in c cum speciali,col.2.de appel.Alciat. in l.1.in prin. C.de in ius uocan asserentem istum testem non fore omni exceptione maiorem,& Ripam,in l. admonendi, nu.181. ff.de iureiur.& hoc uerissimum existimo,& semper obseruaui in causis ciuilibus,& criminalibus,& sæpissimè obseruari uidi in actu practico. sed quid è contra an filius spiritualis pro patre spirituali possit esse testis,uide Fely. declarantem,in d.c.cum nuntius,in uer.& in quantum.item Baiolinus non potest esse testis quandiu nutrit, postea uerò eius testimonium admittitur,secundum Bal. in l.parentes C.de testi.& Lanfran.in d.c.quoniam,in uer.testes, nu.61. ubi ait istam esse communem opinionem. Cõis opi. Cõis opi.

OPINIO CCXCIX.

Testis est idoneus infamis infamia facti, hoc est improbatis,& leuioribus præditus moribus in causa ciuili,secundum gloss.in l.3.§.duæ causæ,ff.ad Carbo. & in c.testimonium,de testi.in uer.in hoc casu,& utrobique Doc. sed nõ foret iste testis dignus tanta fide,quanta reliqui integri testes,secundum glo.& Bart.in l.1.C.de summa trini. Barto. in l.Cassius,ff.de senatorib. Marsil. in singu. 109. infamis, & Abb. in d. c. testimonium dicentem arbitrio iudicis relinquendum esse quantum ex hoc fides test s prædicti diminuatur, quod inquit communiter receptum ab omnibus scribentibus Lanfran. de Ori i. in c. quoniam contra, de probat.in uer.testes,nu. septuagesimoquarto, & ibi Benedic.Vadius,in add.& de istis testibus infamibus de facto

ponit

ponit aliqua exempla Orianus loco de quo supra. & infamia ista aduerte, imò nota perpetuo q probatur, ac uerificatur etiam per testes nullo modo iuratos, secundum gl. in c.tua, in uerb testimonio, de coha.cle. & mulie. Bald.in suo reperto.in uer.infamis, col. 1.& Marsi.in d.sing. 109.in fin.

OPINIO CCC.

Testis iurans die iuridica, & deponens die feriata ualet, & tenet eius testimonium, secundum Specu. in titu. de ferijs, §.sequitur, uersi.quid si sciuit.glo.singularem, in cle.iudices, de offi.deleg. Alb.in l.iureiurandi, C.de testi. Bal.in l.si quando, eo.tit. Lanfranc.in c. quoniam contra de probatio.in c.8.de testibus, nu.15.& Ang.in l.damni infecti.ff. de dam.infect ubi profert hoc magnum uerbum ita seruari in curia, & in toto mundo, prout attestatur etiam Albe. de Rosa.in tract.de testibus, nu. 148. & sic obseruat praxis quoque in regno uigore ritus magnæ curiæ vicariæ exordientis item q si testes producti in dicta curia, disponentisq, testes iuratos die non feriata posse examinari die feriata, & notat Maranta, in tract.iudiciorum, in 6. par.in 6. actu, de testium productione, nu.4. & 7.fol. paruo.134. & in nono actu eiusdem.6.par.nu.32.

Cõis opi.

OPINIO CCCI.

Nuncio publico plene creditur, eiusq; relationi statur, quoad citationem, c.cum parati, ubi glos. & omnes, de appel.& latè scripsimus supra in prima par.in uersi. nuncius, sed hoc non procederet ubicunque nuncius assereret citatum per eum dixisse nolo uenire ad iudicium, nec ad iudicem accedere, tunc quippè iste citatus ob huiusmodi uerba prolata, & ob relationem per nuncium factam censetur uerus, & manifestus contumax, c.uenerabilibus, §.secus, de sent.excommuni.in 6.& notant Cardi.& alij, in clem.vnica de dolo, & contu. q.8.& Abb.in c.cum parati, col.pen. de appellat. tamen citati prædicti responsio debet per testes probari, nec sufficit sola ipsius nuncij relatio, ut dicatur contumacia manifesta, secundum gloss. in d.§. secus, in

uer.

uer.in iudicio,quam sequuntur ibi Domi.& Franc.Bald.& Imo.in d.c.cum parati,& Ias.in l.properandum,§.& siquidem,nu.9.C.de iudi. & ista est communis opinio . in contrariam uero partem,uidelicet,quod memorato nuncio referenti citatum dixisse nolle uenire credendum sit, inclinarunt Cardi.in d.clemen.unica.q.8.Præposi. Abb. & Deci. nu.45.in d.c.cum parati,& Fely. qui alios huius sententiæ refert,in c.ad petitionem,num.20.de accusa. sed quicquid isti suadeant, ob hoc non foret discedendum à præmissa communi, quæ uerissima , ac tutissima redditur ex relatis per Ias. in d.§. & si quidem,& ista communis opinio uidetur conformis constitutioni regni Neap. citationis literæ, in qua disponitur non fore standum dicto nuncij iurati, nisi fiat intimatio, seu notificatio citationis corã duobus, uel tribus testibus, unde hoc iure utimur, & seruamus hodie formam dictæ constitutionis, ut per nuncium fieri debeat relatio se citasse Titium talibus testibus præsentibus, uidentibus,& audientibus,aliter sibi non crederetur. Côis opi.

OPINIO CCCII.

Testis esse non potest excommunicatus, & sic à testimonio repellitur,c.ueniens,il secondo,de testi. & c.decernimus,de senten.excommu.in 6.& tenent omnes Doct. in c. intelleximus,de iudi.& in c.testimonium, de testi. & Ruinus consi.7.nu.15.uol.5.& Lanfran. in c.quoniam contra, de probatio.in uer. testes, nu.76.ubi ait istam opinionem esse indubitatam,& communem,sed hoc fallit non procedere in crimine hæresis, quia tunc testes excommunicati, & criminis socij admittuntur in inquirenda hæresi,c.in fidei,de hære.in 6.cum declaratione ibi tradita, & per Ioannem Franciscum Ponzinibium,in tracta.de lamijs, nu.84. conclusio. 21. fallit etiam prædicta communis non habere locum,ubicunque excommunicatus esset absolutus,tũc enim post absolutionem impetratam à dicta excommunicatione. potest esse testis,secundum Deci. in d.c. testimonium, & istam inquit esse communem opinionem Lanfrã. in d.c.quoniam,in uer.testes,nu.76. sed si opponeretur testem productum per partem esse excommunicatum, uel Côis opi.

infamem,

infamem, ob hoc igitur non retardaretur eius examinatio, uerum exceptio hæc reseruanda esset in fine iudicij, secundum Specu.in titu.de testi.§. 1.uers quid ergo si præmissa deijciens, ubi hoc ipse limitat, nisi pars obijciens exceptionem huiusmodi uellet incontinenti eam probare, quia est audiendus, si habet probationes in promptu, secũdum plura citata ibi per eum, ideo optimè pro cautela tradit Follerius, in practi.crimi.in fragmentis, titu.de excommunicatis, num.228.& circa fin.dictæ practi.quòd si testes allegati fuerint excõmunicati in iudicio absolui debeant, & hæc omnia posuimus, etiam supra in opinio.excommunicatus non potest esse testis.

OPINIO CCCIII,

Testis esse non potest inimicus contra inimicum suum, l.3.& ibi Bar. Alex. & cæteri, ff.de testi.l. 1.§.quæstionum, ff.de quæstio.§. si uero dicat odiosum, auth. de testi. & ibi not.& in auth si dicatur, in fi.C.de test.Bertran.in tract.de reprobatio.testium, in uer. Ermaphroditus, nu.60. Ferrarien. in sua practi. Papiensi, in forma iuramenti testium, §.protestante, nu. 11.& seq. Melchior de Facinis de Padua consi.82.nu.4.& sequen.uolu.1. posito inter consi. criminalia diuersorum collecta per Ioan. Baptistam Zilettum, Marsil.in l.1.§.præterea, nu.1.ff.de quæstio.& Ripa, in c.1. de indi.nu.14.ubi scribit istam esse communem opinionẽ, & hoc adeo uerum est, atque procedit, q̃ inimicus, etiam reconciliatus à testimonio repellitur contra inimicum, & sic suspicio inimicitiæ non tollitur per reconciliationem, quoties ea nuper contigerit, quoniam non statim post reconciliationem est idoneus testis, qui pauloante erat inimicus, ideo expectandum est, ut amicitia sit lõgo tempore confirmata, & obliuioni tradita omnia inimicitiarum uestigia, tex.est, & ibi gl.in c.accusatores.3.q.5.in uer.inimicitias, Anan.col 3.& Fely.col.fi. in c. per tuas de simonia, Ro.sing.319.Anania.cõsi. 17.col.2.uolu.1.& ibi Bolognimis, in add.Inno.col.fin. Abb col.2, Anania.col.3. & Fely. nu.4.in c.cum oporteat, de accusatio. Ias. in l.apertissimi, col.2.de indi.Maranta, in tract.iudiciorum, in 6.par. in 2 actu

Cõis opi.

actu, de appellatione,nu. 64.fol.paruo. 169. Marsil.in d.§. præterea,nu.4.Crauet.consi.9.numero 6.& consil.73. numero decimotertio,Iacobus Nouellus,in tracta.ad defensam,in rub. an indicia pro reo danda sint,incip. solet communi sententia dici,nume. 43. & seq. & complures alij signati per Tiraq.in tract.de causa cessante,in 2.par. limitatio.16.nu. 7.ex quibus constat istam communem opinionẽ fore. ampliantur quoque præmissa q in crimine læsæ maiestatis,simoniæ,hæresis,aliorumq; enormissimorum delictorum inimicus ad testificandum minimè admittitur, ut uoluerunt Specu.in tit. de accusa.§.1.Bar. in l. in quæstionibus,ff ad le.Iuliam maiesta.Bal.in l.in his,§.1.in fin.sol. matri. Roma. in l.si uerò,§.de uiro,col.21. eod.titu.Alex. consi 127.in fin.uolu.4.Abb.in c.inquisitionis,§. tertiæ,de accusa. Crauet. in d. consilio nono,sub numero sexto, & Marcus Antonius Blancus,in pract.crimi.in rub.incipien. postquam uidimus, quæ indicia sunt ciuilia,numero decimonono,& hoc per text. in d.c.per tuas,quem communiter omnes citant pro singulari,teste Marsil. in d. §. præterea,sub nume.1.licet ipse ibi alleget alterum tex. similem, in c.cum P.ex. de accusa. & aduerte quòd præmissa iura disponentia inimicum recipi non posse in testem ueniunt intelligenda procedere in inimico capitali, non autem in inimico nõ capitali, nam iste inimicus admittitur quamuis minus fidei sibi adhibeatur, secundum Innocen. in d.c. cum oporteat,& Cyn. Bald. Alber.& cæteros,in d.auth. si dicatur,ubi Saly.allegat rationem, quoniam pro leui inimicitia de facili quis mentiri non censeretur,quemadmodum pro graui, & istorum opinioni inhærent Alberi. de Rosa.in tract de testibus,in prin.sub nume.18. & Bertran. in d.tracta. de reprobationibus testium,numero sexagesimo, in quibus quidem locis eam exprimunt communem fore. & quis dicatur inimicus capitalis, & quibus modis probetur capitalis inimicitia, uide Canonistas declarantes,decidentesve,in d.c.cum oporteat.Barto. & Bald.in d. auth.si dicatur,Ant. Butr.in c.ueniens, il secondo,de sponsa.Felyn.in c.quoties,colum.3.de testi.Alberi. in l. pen.in princ.ff.solu.matri. Ancha.consi.246.col. secunda, Alex. consi.99.uol. 1.Corne.consi.101.colum.quarta,uolumi.2.

Cõis opi.

Cõis opi.

Cõis opi.

Io.de

Io.de Amicis consi.119.nu.10.Mantuam consil.27.nu.31.uol.1.Soci.iuni.consi.73.nu.14.uol.2.Parisi.consil.58.nu.73.uolu.4.Grammat.consi. crimina.46.nu.5.Pari.de Puteo.in tract. sindica.in uersi.suspitio, Anto. Rosel.in tract. de testi.col.3.& Crotum,in tract.de testi.nu.97. & Marsil. in d.§.præterea,nu.7.cum alijs seq.

OPINIO CCCIIII.

Testis deponens Sempronium possedisse octo annis, & plus,tūc quippe huiusmodi adiectio, plus, ad minusculam partem idest ad quartam partem annorum trahenda non est,& sic illa adiectio,& plus tanquam incerta nihil operatur, & ob hoc præscriptio decem annorum impleta non est,secundum Bar.nu.5.& Fulgo.in l.cum furti,ff.de in litem iuran.Iacob.de Arena,Cyn. Odofred. Iacob. Butrig. Bal.Alberi.Areti.Pau.castren.Fulg. & Ferdinandum Vasquium,in l.si quis in suo,C.de inoffic.testa.nu.3.ubi ostendit istorum opinionem communem fore, & sequitur cum alijs innumeris relatis per eum, & communē pariter scribit Balbus,in rep.l.Celsus.q.6.nu.14.& seq.ff.de usucapio. posita,in fin.sui tracta.de præscrip. Natta,in rep.cle.sæpe, col.5.de uerb.sign.Aret.consi.104.col.2.Alex.consil.108. col.3.uol.2.Imo.consi.83.in fin.& cons.105.in fin.& Car. consil.107. & scripsimus latius supra, in 1. par. in opinio. 378.testis deponēs per dictionem, licet & malè idem Bar. in d.l. si quis in suo, nu.2. senserit contrarium,quem omnes communiter reprobarunt,teste Vasquio ibi,nu.3.

Cōis opi.

OPINIO CCCV.

Testis productus ad probandum de continua possessione deponens Titiū possedisse à decem annis citra nō probat possessionem longi temporis, nec præscriptionē, quia non concludit,cum una die possidere potuisset, & uerificata foret eius depositio,secundum Hosti.Io.And. Fely.col. 5.& cæteros omnes Canonistas,in c. licet causam,de probatio.per tex.ubi Bart.in l. Celsus,nu.23.ff.de usucap.Bal. in l.indicia,in fin.C.de rei uendi. & in l. falsus,col.3.C.de fur.

sur. Alex.consil. 110.in fin. uolu.1.Bald.& Iaſ.col.fin.C.de trãſactio.Ferrarien.in ſua practi.Papien.in forma reſpon. rei conuenti,in §.præſcriptionis,num.21.Alex.in ſcholijs ad Bar.col.5.ſuper uer. ſed circa, in d.l.Celſus,& Balbum ibi,in rep.q.6. ſub num.9.& ſequen.ubi præſupponit iſtorum opinionem communem eſſe. Cõis opi.

OPINIO CCCVI.

Teſtium falſitas,ut excludatur lex præſumit uarietatem loci,& temporis, ſecundum Bald.in l.Imperator,col.2.ff. de ſta.hominum,Saly.in l.de tutela,C.de reſtitu. in integ. Alex.in l.iuris gentium,§.quod ferè,ff.de pact.& conſ.70. uol.1. immo ſi aliquod uerbum aptũ ſit falſitatem importare ad excludendum falſitatem iſtam interpretatio fit, ut non importet,ſecundum Bar.in l.gerit,col.5.ff.de acquir. hæredi.& Bal.in l.1.C.de ſacroſan.eccle.& in l.errore,C. de teſta.ideoq; ne committatur falſitas, maxima ſubtilitas adhibenda eſt,l.fin.& ibi Bal.C. de fideiuſ. & ſic ſi fieri poteſt teſtes debent reduci ad cõcordiam, c. cum tu,de teſti. & l.ſed & ſi poſſeſſori,& ibi Iacob.But.ff.de iureiu.& Bar. in l.1.in fin.C.de uſufru.& Alex.in l.diuortio.nu.6.& ſeq. ff.ſolu.matri.cæterum aduerte,quoniam iſti teſtes reducti ad concordiam non probant,ſed duntaxat concordia ipſa tollit cauſam periurij,ſeu falſitatis, ſecundum Bart. in d.l. 1.C.de uſufru.nu. 18.& But.in l.cum de ætate,ff.de proba tio.Deci.& Zaſium,in l.2.§.creditum,ff. ſi cer.peta.& Legiſtas omnes,in d.l.ſed & ſi poſſeſſori,& Canoniſtę ferè omnes,in d.c.cum tu.dicunt magnum uerbum ꝙ Legiſtæ cõmuniter hoc tenent, & hoc idem audacter fatetur Alberi. in tract.de teſtibus,in fin.nu. 16.& ſeq. Hoſtien. uero aſſeruit contrarium,uidelicet tales teſtes probare,& idem uidetur concludere Bar.in rub.C.ſi ex fal.inſtru.ubi tenet ꝙ etiam teſtis improbè,ſeu impropriè loquens probat,quorum opiniones concordare nituntur cum communi iſta Legiſtarum Butri.& Imo.in d.c.cum tu,& Alberi. in d.tracta.de teſti. in fin.& Bolognet.in d. §.creditum, num.16.& ſeq.& caſu quo tibi non placeat conſonantia,uel concordia hæc noli diſcedere à dicta communi in conſulendo, Cõis opi.

etiam

etiam iudicando, quæ in iure uerissima est, & nullam habet dubitationem.

OPINIO CCCVII.

Testium examinationem ad æternam rei memoriam actor petere non potest, quando actoris uice fungitur, & agit de præsenti, secundum Canonistas omnes communiter, in c. Albericus, & in c. significauit, de testi. & in c. quoniam frequenter, in princ. ut lit. non contesta. & Legistas in lege Aquilia si deletum, ff ad leg. Aquil. & Corne. consi. 119. col. 5. & seq. uol. 2. & consi. 172. col. 2. eiusdem, uol. Bar. uerò, in auth. sed, & si quis. C. de testibus firmauit, ut actor ipse, etiam si non sit in sua potestate agere, petere examinationem testium non possit, nisi dubitetur de morte, uel absentia eorum, & sic ꝙ adsit timor mortis, aut absentię diuturnæ, & cum eo sentiunt Ang. & Bald. ibi, & Fely. in d. c. significauit, col. fin. & hoc ait relinquendum esse iudicis arbitrio Alex. de Neuo, consi. 44. nu. 5. & seq. ubi docet istam communem opinionem fore. sed contrarium expresse, uidelicet quòd, quando non est in potestate actoris agere omnes testes recipi debeant firmauere glo. & Abb. in d. c. significauit, col. pen. Io. And. in add. Spec. in titu. de teste, §. nunc tractemus, Saly. in d. auth. sed si quis. Imo. in d. c. quoniam frequenter, & Capicius decisio. 123. nu. 6. & seq. ubi appellat istam sententiam æquiorem, communioremq́; fore, & aduerte ꝙ citatio partis non requiritur, ubi agitur de examinatione ipsorum testium ad perpetuam rei memoriam, secundum Hostien. Io. And. Fel. col. pen. in d. c. quoniam frequenter, cæterum hoc haberet locum, quando timeretur potentia aduersarij, seu aliqua alia iusta causa occurreret, secus autem si nulla causa adesset, tunc enim deberet pars citari in huiusmodi examinatione testium ad perpetuam rei memoriam, siquidē regulariter in tali examinatione debet interuenire ipsius partis citatio. ita probat tex. in d. c. significauit, & not. glo. Innoc. & Abb. in d. c. Albericus & Maria. Soci. in repeti. rubr. de dil atio. fol. 13. in uer. 13.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPI-

OPINIO CCCVIII.

Tortura, seu quæstio absque nouis indicijs repeti non potest, nec debet secundum communem scolam Barto. & aliorum, in l. unius, §. reus, in prin. ff. de quæstio. Dyn. in tra-cta. de quæstio. uer. quid si aliquis fuit semel tortus, Ang. in trac. maleficiorum, in uer. fama publica. 3. q. in materia tor-turæ, Saly. in l. 2. in fin. C. de custo. reorum, Bald. in l. mili-tes, C. de quæstio. Abb. in c. cum in contemplatione, col. 2. de reg. iur. Guid. de Suzaria, in tract. de indicijs, & tortura, in prin. nu. 57, cũ alijs seq. & ibi Bologninus, in add. Alex. consi. 5. uol. 1. nume. 4. ubi exprimit istam esse communem opinionem, & Carrer. post alios congestos per eum, in sua practi. crimi. in prin. nu. 189 fol. 44. ubi eam in tribus casi-bus limitat, & plenissimè declarat, And. verò de Iser. & Af-flict. in constitutio. Neap. si damna clandestina, & Paris de Puteo, in tract. syndicatus, in uer. tortura, il tertio, de repe-titione torturæ noluerunt repetitionem ipsam torturæ ar-bitrariam esse, & ita communiter obseruatur, prout asseue-rant Doct. præcitati, & Carreri. ubi supra, sed à repetitio-ne torturæ sine nouis indicijs iudices omnes debent caue-re, sicut ab igne, teste Guid. de Suza. in d. tract. de indicijs, & tortura, nu. 59. licet tam in regno, quàm alibi auidi ina-nis gloriæ contrarium obseruent repetendo torturam ex primis indicijs contra communem theoricam præmissam, & non absque modico præiudicio eorum conscientiæ, de quibus rebus sic gestis in die iudicij reddituros fore ratio-nem non dubito. item tortura inferri nõ potest ex inditio remoto à facto, secundum Bar. & omnes communiter, in l. fin. ff. de quæstio. Gandi. in tracta. maleficiorum, in rubr. de quæstio. & tormen. & Io. de Amicis consil. 127. nu. 26. ubi præsupponit istam esse communem opinionem.

Cõis opi.

Cõis opi.

OPINIO CCCIX.

Transactioni iuratæ per mulierẽ factæ, in qua appareat enormiter læsa, ac decepta ultrà dimidiam iustæ extima-tionis futuræ litis nullo modo contrauenire posset, quia iuramentum hoc omnino aufert remedium, l. 2. C. de re-

ſcin.uendit. ſecundum glo. Innoc.Vincen.Io.And.& Ancha.in c.cum cauſam,de empt.& uend.Abb.conſi.12. col. 1.uol.2. Specu.in titu. de empt.& uendit.§.nunc dicendũ, uerſi.quid de tranſac.g'o.in l.Lucius,§.fin. per illum text. ff.ad Trebel.Bald.in rub.ex de tranſact.col.3.Ange.in l.in ſumma,ff de condit.indebit.Cyn.Bal.& Saly.in 3.q.in l.2. C. de reſcin. uendit. & opinionem iſtorum recitat eſſe ueriorem Alex.in l.ſi quis cum aliter,col.2.ff.de uerb.oblig.

Cōis opi. & conſi.42.ſuper præmiſſo themate,colum.4.uol.1. communem eſſe inquit,ac in actu practico ab ea non fore recedendum;& communẽ pręmiſſam citauerunt quoque nonnulli alij Docto. quos recenſuimus,in primo lib.communium opinionum, in uer. mulier omni iuri,quod habet in bonis paternis poſt medium . in contrariam uerò partem, uidelicet q remediũ d.l.2.procedat quoque in tranſactione iſta conſiderato futuro litis euentu inclinauerunt Ant. de But.Cardi.& Imo.in d.c.cum cauſam;Calder conſ.3.in titu.de tranſact.& Anani.conſil.33.circa primum,in 2.dubio,Ray.Bar.Ang.Imo.& Pau.caſtren.in d.l.Lucius §.fin. Bar.Imo.Pau.caſtren.& Romã. in d.l.ſi quis cum aliter, &

Cōis opi. opinionem hanc magis communem,& æquam eſſe meminit Fabianus de monte,in tracta. de empt.& uendit.in 8.q. col.4.& Deci. conſil.203. & ita ibi conſuluit cum aliquali tamen moderatione, cõcordia, ſeu diſtinctione relata per eum,& conſi.479.nu.9.cum alijs ſeq.& conſ.551.nume.6. uerum primam opinionem negatiuam faſſus eſt magis cõmunem Pariſ.conſi.96.nu.61.cum alijs ſeq.uolu.1.ubi ſic conſuluit,& Iacobus Mandellus etiam in patrocinio, ſeu conſi.1.nu.17.cum alijs ſeq.& Zaſius conſil.18.nu.16.uol. 1.& ſecundum eandem opinionem contra Bar.& ſequaces notauit quoque ſacrum regium concilium Neapolit. teſte Afflicto deciſio.220.nu.2.& quia deciſiones ſacri concilij Neapol. quæ proferuntur ſub nomine regis in dubijs caſibus ſuccedunt loco imperialis interpretationis, de qua in l.fin.C.de legi.ut per Afflict. deciſio.169. dicta cauſa, col. fin. merito ſequor priorem partem negatiuam, quæ in effectu eſt magis communis,ſecundum Pariſ. in d.conſi.96.& magis uera,ſecundum Afflict.in d.deciſio.220.nu.3.& Zaſium,d.conſi.18.nu.16.& Cotta in memoriali, in uer. uen

ditor

ditor læsus, ubi profert hoc utile uerbum, & inuitis dentibus Corne. in consi. signatis per eum fassus est istam communem sententiam fore.

OPINIO CCCX.

Tyrannum principem eius uassalli intolerabiliter oppressi possunt iustè, & licitè occidere, ut tenet, & latè probat Pari. de Puteo, in tract. sindicat. in prin. fol. 10. & Carrerius, in practi. crimi. in §. circa, il secondo, nu. 84. cũ alijs Regnicolis signatis ibi per eum. imò meritorium est ipsum principem tyrannum interficere, secundum Tho. de Aquino, in secunda secundæ artic. pen. cuius opinionem, tanquã periculosam reprobant Aug. de Ancona, in tract. de potestate ecclesiastica. q. 54. artic. 3. Fely. in c. cum nobis, ex. de præscrip. nu. 7. circa fin. d. nu. & communiter omnes Doct. secundum Cęsarem de Perinis, in add. constitutionum regni Neapo. in constitutio. inchoante si damna clandestina patientibus, in titu. de homicidijs, & damnis clandestinis, in fin. & contra sententiam istam Thom. fuit decisum etiã in concilio Cõstantiæ, teste Fely. in d. c. cum nobis. verum q tyrannus impunè, & licitè interfici possit latissimè probauit, & optimis, & ferè infinitis rationibus, & authoritatibus consuluit Cataldinus de Boncompagnis de uisso, in consi. 55. nu. 15. cum multis alijs seq. quod consi. reperitur inter consilia criminalia diuersorum collecta, per Ioannẽ Bapti. Zilettum, in primo uol. quod certe procederet in tyranno, qui per uim dominatur nullum ius habens ad illius republicæ regimen, hoc equidem casu posset à priuato occidi, ubi nullum aliud subesset remedium ad illam tyrannidem tollendam, ut notat Caieta. 2. 2. q. 64. artic. 3. etiam ueneno, & proditoriè, secundum Fabrum, & Ang. in §. ius gentium, institu. de iu. naturali gent. & ciui. sed si tyrannus esset uerus reipublicæ princeps iure successionis, aut electionis, tunc ob eius tyrannidem à priuato occidi non posset, imò hæreticum esset asserere hoc licere, ut tradit Alphonsus à Castr. lib. de hæresi, uer. tyrannus, & Domin. So to, lib. 5. de iusti. & iur. q. 1. arti. 3.

Cõis opi.

V

OPINIO CCCXI.

Venari licet recreationis causa, etiam in fundo alieno, auibus,& canibus,non autem laqueis,foueis,retibus,& cæteris similibus artibus fraudolentis,præterquam in occidendis,capiendisq; bestijs nociuis, prout sunt Leones, apri,& similes,c. 1.§.nemo retia de pace tenenda,ubi Afflict.Præpositus, & alij hoc expresse firmant, & est communis opinio,& sic aucupatio, seu uenatio capta in agris alienis efficitur capientis, nec domino fundi illam reddere tenetur, secundum glo.in l.diuus Pius,ff.de serui.rusti.præd.& in l.3.ff.de acqui.rerum domi.& Ange. Areti.in §. feræ igitur, sub nu. 1.instit.de rerum diuisio.ubi ait glo. communiter ab omnibus receptas esse, idemq; firmat Franciscus Marci decisio.530.nu.14.in 1.par.ubi hoc copiosè declarat, positq; plures uenationis species,nu. 1.cum cæteris seq.

Cōis opi.

Cōis opi.

OPINIO CCCXII.

Vendens rem ualentem decē pro quatuor, deceptus censetur ultra dimidiā iusti pretij in uno tm̄ nūmo, & ob excessum unius nummi ultra dimidiam prædictam sibi totū, ac integrum iustum pretium supplendum foret,secundum glo.in uersi.dimidiam Abb.in 2.nota. & cæteros,in c.cum causa,ex.de emptio. & uenditio.Bal.q.12.Saly.col.1.Pau.castren.nu.2.& seq.in l.2.C.de rescin.uendi. Ancha. in repe.c.canonum statuta,col.fin.de constitu. Cæpol.in tract. de simulatione contractu, nu.28.& seq. Abb.Ant. Burg.& Augu.Beroūm,sub nu. 16.in c.cum dilecti,de empt. & uendi.ubi perhibet istorum opinionem cōem esse,idemq; fatetur Tiraq.in tract.res inter alios actas,in 50.limitatione.

Cōis opi.

OPINIO CCCXIII.

Vendita re uni à duobus cum pacto retrouendendi, tūc quippe alter ex uenditoribus,data pretij parte non admittitur ad recuperationem partis, & sic promittens rem retrouendere duobus,à quibus eam emerat,non cogitur uni

uendere

uendere partem, quia contractum ipsum diuidere non cogitur, secundum Bar. Ang. Pau. castren. in l. si quis aliam de solutio. Bart. Alex. & Lancel. Deci. in l. cui usus fructus, de usufruc. lega. Bal. in l. fin. Gozad. Bonon. & Cagno. q. 12. in l. 2. C. de pact. inter empt. & uendit. Io. Plateam, in l. fin. C. de agrico. & censit. lib. 11. & Franc. de capite lista, in l. 1. in fin. C. quando non pet. partes, Francis. Aret. in l. cum seruus, col. 2. de acqui. hæred. & consi. 6. col. 1. & consi. 130. Fabianum, in tract. de empt. & uendit. in 2. q. 7. prin. quæstionis, Bertachi. in suo reperto. in uer. obligatus, in uersi. 125. Ias. in l. si duo patroni, de iureiur. & in l. stipulationes non diuiduntur, nu. 20. & seq. de uerbo. oblig. ubi ait ita omnes Doct. tenere, & sic tenendum esse in iudicando, & consulendo, Soci. in l. 1. §. sed, & quoties 3. not. ad Trebel. & consi. 200. col. pen. uol. 2. & consi. 125. col. 3. & consi. 16. uol. 4. ubi ostendit istam esse claram decisionem, nec ullum scribentium reperisse, qui ei aduersetur, & in hanc partem inclinat quoque Corne. consi. 51. nu. 5. uol. 2. Alex. cõsi. 143. uol. 7. Pau. castren. consi. 221. col. 1. uol. 1. nouiss. Bal. consi. 32. col. 1. uol. 2. Deci in l. eius qui, §. quas uerò not. penul. si cer. peta. Ruin. in d. l. stipulationes non diuiduntur, nu. 38. & seq. & consi. 82. nu. 4. uol. 1. & consi. 47. uol. 4. in fin. Mart. Bascoletus in suo arbore, diuidui, & indiuidui, nu. 58. dicẽs istam esse communem opinionem, Bertran. consi. 41. uolu. 3. & eandem sententiam appellat pariter communem Alexandrinus consi. 90. in prin. Alciat. in l. 4. §. Cato. num. 57. idemq; approbat Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ Parisi. consi. 33. nu. 42. uol. 1. Boer. decisi. 241. & copiose Tiraq. in tract. de utroque retractu, glo. 1. §. 23. Cõis opi.

OPINIO CCCXIIII.

Venditio ultrà dimidiam iusti pretij facta non ualet, l. 2. C. de rescin. uendi. ubi Doct. Bal. consi. 108. & 386. uolu. 1. & Corne. consi. 56. consuluit, 66. circa, & 201. uisis, uolu. 3. & consi. 284. copiosè, uol. 4. sed hoc nõ procederet, quãdo uenditio facta esset ad publicum incantũ, & sic ad subhastationem, secundum Ang. in l. 1. C. de præscrip. 30. anno. & in repeti. l. sciendum, col. 6. ff. de uer. obl. & Afflictum, in

tract. de iure protomiseos, in §. 2. sub nu. 19. fol. paruo. 47. in contrariam uerò partem, uidelicet q̃ remedium, d. l. 2. habeat etiam locum in re uendita ad subhastationem incli nauerunt Bart. in d. l. 1. C. de præscript. triginta anno. Roma. & cæteri omnes, in l. si quis cum aliter, ff. de uerborum obligatio. Soci. in tracta. fallent. in reg. 436. incipien. uenditio ultra dimidiam, numero 3. & istorum opinionem fatentur esse magis communem Alex. consil. 117. circa fin. uolu. septimo, Crauet. cons. 29. numero quarto, & Moder. in d. l. 2. & Francisc. Turzanus in suis opinionibus communibus opinio. 152. quamuis, fallitque regula præmissa in undecim alijs casibus, quos eleganter posuit Soci. in d. regu. 436. per totam.

Cōis op.

OPINIO CCCXV.

Vendito prædio ad mensuram, ut decē, uidelicet soluatur pro quolibet iugere, pertica, seu cuppa, tunc Ripa fluminis publici, cui prædium hoc uenditum inhæreret non ueniret mensuranda, nec computanda in precio, & mensura, sed cederet emptori, nisi aliud expresse esset inter contrahentes dictum, seu conuentum, secundum Bar. in tract. de fluminibus, uel tyberiadis, col. 8. nume. 4. cum alijs seq. Bal. in rub. col. 10. & seq. ff. de rerum diuisio. Fab. in tracta. de empt. & uendi. in 6. q. prin. col. 4. uers. circa quartum mēbrum. Areti. in §. riparum, institu. de rerum diuisio. Contrariam uerò partem tenuit Vbertus de bobio, Ray. & Cyn. in l. riparum, ff. de rerum diuisio. & Ias. in l. quominus, ff. de fluminibus, nu. 70. cum alijs seq. Cæterum quicquid isti Doct. antiqui, simul cum Ias. suadeant, ob hoc tñ non recedo à prima opinione Bart. imò eam sequor, tanquam cōem prout cōem esse explicat Alex. consi. 120. uolu. 3. & Ias. in d. l. quominus, ubi inquit, nu. 72. durum fore in actu practico ab ea recedere, & inibi Ripa, nu. 73. cū alijs seq. fatetur esse communem, amplectitur, & ampliat in uno casu, & in duobus alijs limitat, & sequitur pariter Hierony. Brixianus, in tract. de finibus, c. 23. fol. par. 18. Follerius in pragmatica de censibus, in rub. dummodo annualis census huiusmodi, nu. 7. & seq. fol. paruo. 218. & Bal. in d. l. riparum, ubi

Cōis opi.

ubi refert, & reijcit sententiam dictorum antiquorum.

OPINIO CCCXVI.

Venditor uendens terram incipiendo exprimere ipsam speciem, seu corpus determinatum in contractu uenditionis, scilicet terram iugerum quinquaginta, dato q postmodum adijciat mensuram, uel numerum, tñ uenditio dr facta ad corpus, & ad speciem, non aût ad mẽsuram, quæ hoc casu censetur facta enunciatiuè, transitoriè, & demonstratiuè, sed non taxatiuè, & restrictiuè, & profectò uenditio ista regulatur à mensura, ex quo in illa uenit id, quod est demõstratum per confines appositos, licet excedat numerum, & mensuram expressam, & hoc totum cõmodo dicti emptoris cedit, & sic ubicunque precium est unicũ pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, tunc totus fundus intra cõfines designatus uenditus intelligitur, esto, q mensura expressa minus in se habeat, secundum Oldr. consi. 197. in fi. Io. And. in add. Spec. in tit. de emp. & uendi. §. sciendum, in fin. Bal. in rub. C. de contrahen emp. q. 23. Saly. in l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrah. emp. in l. 2. C. eo. ti. Inno. & Io. de Imo. & cæteros, in c. 2. de donat. Bar. & Pau. castr. in l. Iulianus, §. si Titius, ff. de actio. empt. Io. de Ana. consi. 98. Alex. consi. 133. uol. 1. consi. 120. & 127. uol. 2. & cõs. 82. uol. 4. Corne. consi. 59. col. 2. uolu. 4. & Parisi. consi. 64. nu. 31. & seq. uol. 1. post alios multos congestos ibi per eum, & ista est communis opinio, teste Deci. cõsi. 347. nu. 1. & seq. Parisi. in loco præcitato, Hierony. Brixiano, in tract. de finibus, c. 88. per totum, & præsertim, nume. 6. & Benuenuto Stracca, in tract. de mercatura, in tit. de nauibus, in 3. par. nu. 6. fol. paruo. 156. & secũdum eam iudicauit sacrum regium concilium Neapo. teste Afflict. decisio. 68. & consuluit Parisi. in d. consi. 64. nu. 31. cum alijs seq. ubi tollit omnia contraria, licet Rota Bononiensis parum, aut nihil animaduertens determinauerit contrarium, teste Petro de Benintendis, in decisio. 30. & eandem sententiam communem limitauit Stracca, in d. tracta. de nauibus in allegato, nu. 6. cum alijs seq. Cõis opi.

OPINIO CCCXVII.

Vendi-tor. Promittens factum suum tantum in uenditione, si tractu temporis res empta euinceretur ex facto sui authoris, tunc profectò teneretur ipse uenditor de euictione, & sic de facto suorum authorum, prædecessorum, & hæredum tenetur, quoniam per dictionem huiusmodi taxatiuam non uidetur factum authoris excludi, secundum gl. in uer. interest Bar.Bal.Saly.Pau.castren.& cæteros, in l.si seruus, la ij.ff.de conditio.furtiua, & ibi etiam Alexan. in add. ad Bar.Cy.Bal.& Saly.in l.fin.C.de actio.emp.Areti.in §.fin. institu.de emp.& uendi.Ancha.consi.83. in nomine domini amen, Pau.castren.Ias.nu.9.& Roma.in l.stipulatio ista, Cõis opi. ff.de uerb. obl.ubi, col.10.meminit istam esse communem opinionem, quam sequitur quoque post alios signatos per eum Boer.decisio. 67.nu.3.cum alijs seq.vbi deducit istam esse communem sententiam, limitat, & ait ita in Burdegalensium senatu decisum extitisse, & licet ob dictionem taxatiuam in his uerbis promitto pro facto, & dato meo tantum, operetur, ut uenditor de euictione extranei non teneatur, non facit tamen quominus teneatur pretium restituere, ut consuluit pater ueritatis Alex.consil.188. si uendo, & hoc perpetuo disce ad practicam, siquidem multi dicerent oppositum.

OPINIO CCCXVIII.

Viuere quilibet præsumitur usque ad centum annos, l. fin.§.& nobis, C.de sacrosan.eccle.& l.an vsusfructus, in fi. ff.de usufruct. gloss.Barto.& cæteri, in l.2.§.si dubitetur, ff. quemad.testa.aper.Bar.Ange. Imo.& Roma.post glo.in l. sed & si de sua, ff.de acq.hæred.Ferrarien.in sua practi.Papien.in for.libelli, quo petitur hæredi. ex testa.§. possidebat, nu.2.fol.paruo.392.& Deci.consi.204.nu.4.& consil. cõis opi. 575.num.10.ubi recitat istam esse communem regulam, & opinionem. in contrariam uerò partem inclinauit consulendo Corne. consi.119. nu.8.uol.1.Deci.titubanter, in l. si emancipati, col.3.C.de collat.& Alciat.in tract.præsumptio.in reg.1.præsump.44. qui eam limitat, & declarat, &

Ruin.

Ruin.consi.189.nu.14.uolu.1.Parisi.consi.86.nu.20. cum alijs seq.uolu.4.& Couarruuias in suis resolutionibus,lib. 2.cap.7.nu.6.post alios signatos ibi per eum, Zuchar. in l. fin.nu.200.C.de edic.diui Adri.tol.& Francis. Coscius,in c.1.de constitutio. nu.23.& seq.& istam ultimam opinionem sequebatur ætatis nostræ monarcha & Iurisconsultorum princeps Præceptor meus D. Rainaldus Rodulphus Perusinus, dum publice interpretabatur, d.l.si emancipati,qui oculis (ut aiunt) linceis omnia arcana, recondita, & abstrusa iura intuebatur,& penetrabat, prout in suis lecturis imprimendis facile dignoscetur, forsan in breui téporis curriculo,tamen eius opinionem,& sequacium,tanquam in iure nõ ueriorẽ, & rationabiliorem omnino reijcio,& sequor primam sententiam,glo.& Bar.communem, quia amicus Plato,amicus Socrates, sed magis amica ueritas,& caue,ne te decipiat Corn.cõs.340.nu.9.& seq.uol.1. ubi temerè dicit istam glo.& Bar. opinionem iure nõ probari, & illam ait insolentes, & uulgus tenere, imo præcauendum est potius ab assertione Caroli Molinei hæretici attestantis à semetipso in scholijs ad Alex.consil.1.nu.42. uolu. 5. opinionem istorum contra communem his temporibus crebriorem fore. & aduerte ꝙ hoc tempus centum annorum statutum à Legistis uitæ hominis est etiam nimis breue, nam ante diluuium ætas hominum erat prolixior,ut in Adam,& Eua primis parentibus, qui uixerunt annis.930.Seth.912.Enoch.905. Caam.910. Malael.895. Iaphet.962.Mathusalem. 969. ut habetur per Augustinũ, c.15.de ciui. Dei. sed post diluuium Deus constituit tempus breuius,ut tradit Ioseph. de antiquita. lib.1.c.5. & 8. Licet quoque illo tempore satis longius esset tempus uitæ mortalium,ut habetur Gen.c.11.& hoc.siquidem ante diluuium homines erant religiosi, & ab ipso Deo facti, & pabula oportuniora eis erant præparata, ideo tantorum annorum curriculis uiuebant,deinde ob uirtutes, gloriosasq; utilitates,quas iugiter perscrutabantur,idest astrologiam, geometriamve, Deus eis amplius uiuendi solatia condonauit, quæ nunquam antea discere potuissent, nisi sexcentis uixissent annis,per tot enim curricula magnus annus implctur, hæc ibi Iosephus, adducens authoritates

tam

am græcorum, quàm caldeorum, ac ægyptiorum, & idem firmat, c. 14. eiusdem lib. & q tempore Mosis positus fuit per Deum tempus uitæ hominis annorum. 120. & post, tépore Dauid annorum. 70. & in potentatibus 80. Psalm. 79. quamuis ex loco geneseos præcitato scriptum sit, nō permanebit spiritus meus in homine in æternum, nam caro est, eruntq; dies illius. 120. sic etiá ante tempus Mosis erát anni. 120. & in declinationem deflexit uita hominis, cum habeatur ecclesiastici 18. numerus dierum hominum, ut multum centum anni, prout apud Legistas statutum est, & docuimus supra ex communi opinione. dum ergo tempus habemus operemur bona, Christoq; adhæreamus, cui uero Deo laus, gloria, & gratiarum actio debetur in sempiternum. amen. & si quid boni dictum extitit ipse altissimus princeps Deus fuit reuelator.

OPINIO CCCXIX.

Vxor non potest, secundo marito suo relinquere de bonis suis ultra quàm relinquat uni ex liberis ex primo matrimonio genitis, l. hac edictali, C. de sec. nup, & ibi Doc. ideo non ualet legatum, quatenus uxor plus leget secundo cóiugi, ut per Bal. consi. 105. quædam domi na, uol. 2. Abb. cósi. 117. uidetur primo, uol. 2, Fulgo. consi. 97. Antonius transiens, & Alex. consi. 158. circa primum, uol. 5. sed si mulier moreretur absque liberis maritus ex secú do matrimonio, tunc posset percipere duntaxat quantum percipit unus ex
Cōis filijs primi matrimonij secúdum communem opinionem
opi. Doct. quam allegat, & sequitur Alex. consi. 144. nu. 9. uol. 5.

OPINIO CCCXX.

Vxori hæredes mariti defuncti iure dotis bona immobilia statim tradere tenentur, mobilia uero intra annum, L. unica, §. exactio. C. de rei uxo. actio. not. in c. 3. de dona. inter uir. & uxo. & fructus ipsorum mobilium efficiútur abs-
Cōis que dubio aliquo ipsorum heredum, nec illos post anni di-
opi. lationem cum bonis mobilibus restituere tenentur, secundum glo. & omnes communiter, in l. diuortio, ff. sol. matr. glo.

glo.& cæteros omnes,in d.§.exactio. & licet Pau. castren. senserit contrarium,in d.l.diuortio,& eius opinionē Alex. ibi,nu.18.uerio.em esse docuerit,atque illam satis constā ter defenderit,Zasi.lib.2.responsorum,cap.3.nihilominus spretis prædictorum doct.suasionibus primæ sententiæ ipsius glo. & communi,tanquam tutissimę in iudicando,consulendoq; libenter inhæremus. sed interim,dum mobilia dotis non restituuntur, uxor uidua ab hæredibus mariti alenda uenit, si ipsa non habeat, unde seipsam alere possit iuxta glo.Bar.& reliquos communiter,in d.§.exactio,glo. & cæteros omnes,in d.l.diuortio,in princ ubi Alex.col.5. istam opinionem communem esse demonstrat, atque eam ait ęquiorem esse Abb.consi.39.uol.2.idemq; tenent Cyn. & Doct.in l.fi.C.de bonis mater.Zasi.in d.c.3.in fi. quamuis,& malè Pau.castren.in d.l.diuortio,& Abb.in d.consi. 39.inclinauerint in contrariam partem. si uerò uidua ipsa intra annum ad secundas nuptias conuolaret, seu transiret,tunc quippè hæredes primi mariti minimè tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimenta præstare, ut uoluerunt Cyn.in d.l.fin.Ferrariensis, in practica Papien. in forma libelli,quo uxor agit ad dotem,uel.ac etiam alimenta,& Ias.in §.fuerat,nu.15.institu.de actio. cōis opi.

Finis secundi, & vltimi Tomi.

Brunorus à Sole I. V. Doct. Venetus corrigebat.

VENETIIS, MDLXVII.

INDEX
OMNIVM COMMVNIVM OPINIONVM *CLARISS. IVR. CONS. DOMINI* FRANCISCI VIVII AQVILANI.

In quo omnia notatu digna in ipsis comprehenſa, ordine Alphabetico ita ſunt digeſta, ut nullus amplius ſuperſit labor notabilia inuenire cupienti.

A

Brauium

C

Cleri-

Con-

Eccle-

C

 rec

fra-

I

Litigator

Molen-

 op.

Pactum

 ſtitiam

sententia

 statu-

statu

statu-

dem

T

Testis

V

 dici-

Testis

V

gula-

Explicit Index.

Authore Domino Brunoro Sole. Veneto. Iur. Vt. Doc.